MONUMENTA VATICANA

RES GESTAS BOHEMICAS ILLUSTRANTIA

SUMPTIBUS COMITIORUM REGNI BOHEMIAE
EDIDERUNT AD RECENSENDOS HISTORIAE BOHEMICAE
FONTES DELEGATI.

TOMUS II.

ACTA INNOCENTII VI.

1352—1362.

PRAGAE 1907.

TYPIS GREGERIANIS.

ACTA

INNOCENTII VI.

PONTIFICIS ROMANI.

1352—1362.

OPERA

JOANNIS FRIDERICI NOVÁK.

PRAGAE 1907.

TYPIS GREGERIANIS.

PRAEFATIO.

I. DE REGISTRIS INNOCENTII VI.

Registra Innocentii VI., quibus cognoscendis multum studii nostris temporibus in variis libris et dissertationibus exhaustum est, hac praefatione amplius describere supervacaneum et inutile mihi videtur. [1])

Sufficit enumerare tomos registrorum, qui litteras in hac publicatione typis descriptas continent, qui sequuntur:

1. *Registra supplicationum*: tom. 23.—33. Tomus 28 huius seriei et altera pars tomi 30 (a fol. 238) ad registrorum camerae apostolicae seriem pertinent. [2])

2. *Registra Avinionensia* (chartacea): tom. 121—149 et 167. Tomus 167 in registris Urbani V, (anni VI pars II) positus est, sed maiore ex parte litteras Innocentii VI. continet, ut inscriptio in tergo eius: „Maxima ex parte Innocentii VI." demonstrat.

3. *Registra Vaticana* (membranacea): tom. 219—244 et 244 A—244 N. Tom. 235—244 registrorum vaticanorum continent registra secreta, tom. 242, 243 cameralia. Registra secreta anni IX e codice Divionensi Martene et Durand in secundo tomo „Thesauri novi anecdotorum" Lutetiae Parisiorum a. MDCCXVII ediderunt. Tomi 244 A—244 L continent archetypa Innocentii VI. [3])

---

[1]) Conf. A. Lang, Acta Salzburgo-Aquilejensia I, ubi praefatione omnes tomi registrorum Innocentii VI et omnes tractatus ac dissertationes de eisdem commemorantur.

[2]) Conf. P. Kehr, Bemerkungen zu den päpstlichem Supplikenregistern des 14. Ihs. Mitteil. des Jnst. für oest. Gesch. VIII pag. 87; W. Abraham, Sprawozdanie z poszukiwań w archiwach i bibliotekach rzymskich, Archiwum komysyi historycznej tom. IX pag. 131; A. Lang, l. c. Einleitung pag. XIII.

[3]) Conf. E. Wernsky, Bemerkungen über die im Vaticanischen Archiv befindlichen Register Clemens VI und Innocenz VI, Mitteil. des Jnst. für oest. Gesch, VI pag. 140—155; J. Donabaum, Beiträge zur Kenntnis der Kladdenbände des 14 Jhs. im vatikan. Archiv, Mitteil. des Jnst. für oest. Gesch. XI pag. 101—118.

4. *Registra camerae apostolicae*:
a) Obligationes et solutiones:
tom. 22, 23, 26—35.[4])
b) Collectoriae:
Rationes collectoriae Alamanniae nr. 4—6, 8, 9. Collectoriae nr. 290, 292, 352.[5])
c) Introitus et exitus 267 (1353), 272 (1354), 277 (1355), 278 (1356), 282 (1357), 286 (1358), 293 (1360), 294—297 (1361).[6])
5. *Instrumenta miscellanea.*

Distinctio haec ad exteriorem formam et dislocationem registrorum in archivio vaticano facta est, secundum originem et materiam in tomis contentam registra Innocentii VI. hoc modo[7]) dividenda sunt:

1. *Registra supplicationum*, ubi petitiones ad curiam missae inscribebantur

2. *Registra communia*, quae maxima ex parte litteras continent, quibus gratiae per supplicationes praedictas petitae conceduntur. Immo vero in registris communibus reperiuntur etiam „litterae de curia", res curiae Romanae attingentes, sed numerus eorum cum quantitate litterarum communium comparari non potest. Haec registra tomis chartaceis inscripta sunt et „Avinionensia" nominantur.[8]) In eis litterae a sede apostolica expeditae immedialiter describebantur. Registra Vaticana, in membrana venuste scripta, nihil aliud continent nisi apographa registrorum Avinionensium; sed nec eodem ordine, quo in Avinionensibus, nec omnes litterae registrorum Avinionensium in registris Vaticanis inveniuntur.

3. *Registra secreta*, quae litteras res curiae et emolumenta camerae apostolicae tangentes continent. Ad eandem seriem, ad quam registra secreta, etiam „*Archetypa*" pertinent. Inter eadem hoc maxime interest, quod in tomos registrorum secretorum minutae describebantur, in tomos „Archetyporum" inglutinabantur.[9])

4. *Registra camerae* apostolicae, in quibus varia acta et documenta actionis camerae apostolicae inveniuntur.

Supplicationum registra in proprio officio registrorum supplicationum originem suum habere constat, registra communia in cancellaria apostolica et registra cameralia in camera apostolica orta esse scimus. Registra secreta in propria camera secreta ortum habuisse[10]) viri docti prius putabant, sed iam J. Haller ostentavit unam tantum cameram apostolicam, non duas separatas fuisse,[11]) et

[4]) Conf. J. de Loye, Les archives de la chambre apostolique au XIVe siècle 1re partie pag. 186—189.

[5]) Conf. J. Kirsch, Die päpstlichen Annaten in Deutschland während des XIV Jhs Einleitung pag. XX—XLVI, J. Loye, l. c. pag. 119 179.

[6]) Conf. J. Loye, l. c. pag. 87—96.

[7]) Conf. M. Tangl, Die päpstlichen Register von Benedikt XII bis Gregor XI. Festgaben zu Ehren Max Büdingers pag. 290—291.

[8]) De divisione et conglutinatione registrorum Avinionensium conf. L. Klicman, Mon. Vat. Boh. I praefatio pag. VIII.

[9]) Conf. Werunsky, l. c. pag. 141 et Tangl, l. c. pag. 300.

[10]) Conf. Tangl, l. c. pag. 297.

[11]) J. Haller, Die Ausfertigung der Provisionen, Quellen und Forsch. aus ital. Archiven II pag. 13.

noviter E. Göller declaravit in eorundem registrorum inscriptionibus: „per cameram transierunt“ verbum „camera“ nihil aliud quam „cameram apostolicam“ significare.[12]) Camerarius, secretissimus curiae officialis, ab antiquis iam temporibus litterarum secretarum componendarum et expediendarum erat particeps. Tum quoque, cum iam officium secretariatus creatum fuerat, ad cuius curam expeditio litterarum secretarum pertinebat, secretarii non cancellariae, sed potius camerae apostolicae subiecti erant Secretarius enim in iuramento suo oboedientiam promittit papae et — camerario.[13])

II. DE MODO EXPEDIENDI LITTERAS COMMUNES.

Lectoribus editionis huius magnopere profuturum existimo, si clare cognoverint totam litteras communes expediendi rationem ab eo temporis momento, quo supplicatio ad curiam traditur, usque ad temporis punctum, quo littera e cancellaria apostolica exarata in manus petentis datur et litteram accipiens possessionem gratiae sibi factae assequitur. Hoc loco praecipue de provisionibus agitur, quae maximam partem huius editionis continent.

Supplicationes, quae ad curiam dabantur, in duas praesertim partes dividendae sunt:

1. *supplicationes singulae,*
2. *supplicationes in rotulos coniunctae.*

Supplicationes singulae triplicis fere generis[14]) sunt:

a) Supplicationes universali forma: „supplicat (significat, exponit) Sanctitati Vestrae“ compositae, quibus petens persona tertia brevi modo petitionem suam exprimit (conf. nr. 23). Forma supplicationum huiusmodi fixa erat, iamque supplicationes autographae ad curiam destinatae ei obsequebantur. In fine huius modi supplicationum papae resolutio adscribitur. Supplicationes tales, paucis exceptis, datam non habent. Data in fine posita ad papae resolutionem pertinet.

b) Supplicationes plena epistolarum forma compositae, quae allocutione papae verbis: „Sanctissime pater“ incipiuntur plenamque datam habent. Ita supplicatio Caroli IV sub nr. 196 sub sequente data ponitour: „D. Spire XXIII die mensis Novembris regnorum nostrorum a. octavo.“ Tum demum resolutio papae: „Fiat de anno et XL diebus G.“ sequitur, ad quam „D. Auinione XI kal. Februarii a. secundo“ pertinet.[15]) Supplicationes tales raro nobis occurrunt, non

---

[12]) E. Göller, Mitteilungen und Untersuchungen über das päpstliche Register- und Kanzleiwesen im 14 Jh. Quellen und Forsch. aus ital. Archiven VII, pag. 46—51.

[13]) Göller, l. c. pag. 51.

[14]) Kehr, l. c. pag. 92—96.

[15]) In editione nostra etiam haec supplicatio ut omnes aliae sub data resolutionis papae ponitur.

enim, nisi quod petitor supplicationem suam plus gravitatis habere volebat, hac forma utebatur.[16])

3. Resolutiones *„motu proprio"*, quae in registra supplicationum inscribebantur. Tales resolutiones non de forma, sed de facto nihil aliud nisi supplicationes sunt. Gratiae motu proprio non summo pontifice auctore, sed ad petitionem gratiam accipientis, etiamsi in eis de petitione nulla mentio fit, dabantur, ut iam inscriptio eorum in registra supplicationum demonstrat. Ita in registris supplicationum Nro 30 fol. 62′ talis nota de provisione motu proprio Nicolao Fridlini de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis facta iuxta supplicationem eiusdem Fridlini pro alia gratia ponitur. In fine huius resolutionis motu proprio simili modo, ut in fine supplicationis praecedentis, ubi „Fiat G." legitur, „Fiat motu proprio G." adscribitur (conf. nr. 947).

Itaque haec quoque resolutio „motu proprio" simili modo, ut praecedens supplicatio, papae approbandi causa in audientia perlegebatur. Notae praefatae de provisione „motu proprio", quae de facto nihil aliud nisi supplicatio est, respondet littera in reg. Vat. 141 fol. 133′ (conf. nr. 950) descripta, qua Nicolao Fridlini motu proprio canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis conferuntur

Forma motu proprio honoris causa, cum amplissimos dignitatis gradus possidentibus, cardinalibus, officialibus curiae, nepotibus papae etc. gratiae fiebant, papa utebatur.[17])

Rotuli supplicationum in duas praecipue partes dividendi sunt:

a) Rotuli, in quibus iam a petitore supplicationes coniunctae sunt; *b*) rotuli, quae diversas supplicationes non prius, quam in cancellaria apostolica in unum collatas continent.

Rotuli sub *a*) nominati maxima parte a principibus, praelatis, universitatibus ad curiam missi continent supplicationes pro diversis familiaribus et adhaerentibus ac sociis eorum, quae iam in originali in rotulos unitae erant et sic papae ad sanctionem dabantur.

A papa signatae in supplicationum registra eadem forma inscribebantur.

Rotuli sub b) nominati de variis supplicationibus ad curiam singulariter missis, in cancellaria apostolica in rotulos redigebantur et sic papae praelegebantur.

Eiusmodi supplicationes saepe secundum diocesim et nationem annectebantur. Facilis expeditionis gratia haud raro supplicationes pro similis gratiis hoc modo coniungebantur. Ita reperiuntur „Permutationes Alamannorum", „Rotulus confirmationis Alamannorum" et similiter.[18]) Haec ultima supplicationum species ab aliis eo maxime differt, quod in eis principalem tenorem originalium non habemus.[19])

[16]) Conf. Kehr, l. c. pag. 93, 94.

[17]) Conf. Kehr, l. c. pag. 96.

[18]) Conf. Kehr, l. c. pag. 92, conf. nr. 1067 huius tomi.

[19]) Quoad modos supplicationum superius enumeratos lectorem attentum facio sub nr. 1284 huius tomi unam exceptionem esse. — Ibi litterae Bohuslai abbatis monasterii Siloensis de electione praepositi Cunicensis papae ad confirmationem praesentantur. Supplicationis loco hic papae commentarius de electione abbatis datur, ad quem resolutio papae verbis „Fiat G" ut ad alteras supplicationes adscribitur.

In supplicationum rotulis saepius supplicationes mutilatae nobis occurrunt. Ita in prima supplicatione rotuli sub nr. 674 huius tomi legitur: „Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Karolus, Romanorum imperator et Boemie rex, quatenus cum alias dicta S^{tas} V^{ra} ad eius supplicationem omnibus visitantibus capellam per eum fundatam in castro suo Carlsteyn etc." (!). Statimque nova supplicatio verbis: „Item supplicat" incipit. Tales mutilationes nihil aliud, quam supplicationes in autographis rotulis existentes, sed a papa denegatae sunt. Qua de causa mutilatio iam nominata in registris descripta sit, patet. Registrorum scriptor supplicationes sequentes verbis „Item supplicat" inceptas non sine capite remanere voluit.

Evenit quoque, ut supplicationes denegatae cum aliis approbatis in registris inscriptae non cancellarentur, specialiter, si tenor earum ad alias in rotulo contentas supplicationes intelligendas necessarius fuit.

Ita in rotulo sub nr. 82 (pag. 36 et 37) supplicatio Johannis electi Nuemburgensis reperitur, ad quam sequens adnotatio in margine pertinet: „Ista licet non sit signata, fuit posita pro supplemento subsequencium"; similis supplicatio reperitur in rotulo sub nr. 192. Ab aliis supplicationibus in rotulis existentibus tales supplicationes eo quoque differunt, quod resolutio papae „Fiat G", quae in fine unius cuiusque supplicationis adscribi solet, apud eas deest. E contrario unum casum sub nr. 981 habemus, in quo supplicatio, quamvis in rotulo per „Fiat G" signata fuisset, cancellata et abolita existit; quam cancellaturam iam in originali factam fuisse sequens adnotatio in margine confirmat: „Attende, quod iste rotulus erat isto modo signatus et cancellatus".

Supplicationes ad curiam missae papae in audientia legi et ab eo viva voce approbari aut denegari solebant. Sic responsio apud nr. 703 „Si predecessor noster concessit, non indiget concessione nostra" impressionem immediatae dicendi rationis facit. Resolutiones viva voce a papa promulgatas fuisse etiam adnotatio de denegatione supplicationis: „ad istam non respondet papa" demonstrat. Rarius papa supplicationes propria manu signavit.[20]) In supplicatione Caroli IV sub nr. 157 de signatione tali mentio fit: „S^{tas} V^{ra} scripsit ‚Fiat', prout in supplicatione sanctissima vestra manu signata plenius continetur". Similiter legitur in rotulo sub nr. 752 pag. 297 „in petitione alias super hoc porrecta vestraque beata manu per simplex ‚Fiat' signata."

Resolutio ‚Fiat' tempore Innocentii VI. semper cum littera „G" unita est, quae siglam huius pontificis ut littera ‚R' siglam Clementis VI. repraesentat.

Approbatio supplicationis saepe a papa conditionaliter est expressa verbis: „Fiat, si alias sibi debeatur G", aut „Fiat, nisi alteri fuerit ius quesitum G", specialiter apud provisiones de beneficiis vacantibus.

In rotulis supplicationum resolutio papae in fine cuiusque supplicationis esse solet. Si supplicatio a papa approbationem non obtinuit, in rotulo cancellata fuit; saepe in fine eius de repulsa summi pontificis mentio fit verbis: „ad istam non respondet papa" seu „non erat signata" seu „ecclesia talis est nimis onerata".

---

[20]) Conf. Kehr, l. c. pag 98.

In fine rotulorum summaria resolutio ad omnes supplicationes in eis contentas pertinens verbis: „Fiat de omnibus“ aut „Fiat de omnibus non cancellatis“ aut similibus dverbis exprimitur.

Cum resolutione papae persaepe adnotationes, qua altera lectio dimittitur: „Sine alia lectione“, aut „Transeat sine alia lectione“, sunt unitae.

Resolutionem summi pontificis data sequitur, quae non ad supplicationem, sed ad eandem resolutionem pertinet. In rotulis data saepius in fine reperitur et ad omnes supplicationes praecedentes pertinet. Occurrit quoque, ut supplicatio quaevis in rotulo suam datam habeat, etiamsi omnes de eodem die sint. Si rotulus uno die perlectus et approbatus non fuit, duorum dierum datas habet, ut in rotulo Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, sub nr. 26 de 2. et 3. die Martii 1353 videtur.

Propria data supplicationis a data resolutionis papae in supplicationibus adscripta breviori, aut longiori temporis spatio differt, quod in illis raris supplicationibus, quae plena epistolarum forma componebantur et plenam datam habebant, observare possumus. Ita praefata supplicatio Caroli IV sub nr. 196 edita datam: Spirae 23. Novembris, pro qua resolutio papae datam: Auinione 22. Januarii habet. Alia exempla sub nr. 396 et 1195 reperiuntur, data supplicationis sub nr. 396 est: Pragae 4. Januarii, data resolutionis summi pontificis: Avinione 8. Novembris; data supplicationis sub nr. 1195 est: Nuremberg 13. Februarii, data resolutionis: Avinione 29. Aprilis. Kehr comparavit plura exempla talia,[21]) de quibus patet spatium temporis inter datam supplicationis et datam resolutionis variam dimensionem, nonnunquam unius mensis, alias dimidii anni habere; non solum loci distantia a curia sed etiam aliae causae hac in re momento fuerunt; una supplicatio archiepiscopi Salzburgensis data Salzburg 24. die Januarii signata fuit Avinione iam 28. die Februarii. In praescriptis exemplis vidimus unam supplicationem Pragae 4. die Januarii datam et non prius quam post 11 menses Avinione signatam fuisse

De data resolutionis igitur nullum certum iudicium datae supplicationis facere possumus, qua de causa omnes supplicationes in editione nostra sub data resolutionis summi pontificis ponuntur.

Data resolutionis in supplicatione eadem est, quae data litterae, qua gratia conceditur. Raro exceptiones de hac regula inveniuntur. Littera sub nr. 99 huius tomi data est id. Junii a. primo (1353, Junii 13.) et resolutio in supplicatione ad eam pertinente sub nr. 82 datam II id. Junii (Junii 12.) habet; hanc differentiam unius diei ad supplicationem cum multis aliis in rotulo contentam scriptoris errore facile declarare possumus, sed quo modo explicanda est, si ad nr. 880 et 1309—1313 inter supplicationis resolutionem et datam litterarum spatium trium annorum observamus? Fieri potuit, quod in hoc casu omissum fuit indulgentias in mortis articulo — litteras non magni ponderis — expedire, quae multo post ad reclamationem demum procuratoris alicuius missae sunt.

---

[21]) Kehr, l. c. pag. 94—95.

In fine supplicationum de provisionibus saepius legimus: „cum commissione examinis ad partes“ aut „examen committatur ad partes“ aut „sine examine“ et similiter (conf. nr. 102, 226, 228). Examen cuique viro subeundum fuit, exceptis viris gradus obtinentibus, qui voluit, ut provisio sibi facta valeat. Adnotationibus praescriptis, quibus nova resolutio „Fiat G“ additur, petitoribus absentibus ad supplicationem eorum permissum est, ut examen in diocesi faciant. Examinator ad talem casum fuit executor provisionis in diocesi. In fine rotuli sub nr. 752 reperitur specialis supplicatio pro examine in partibus. Arnestus, archiepiscopus Pragensis, supplicat, „quatenus, cum predicti omnes absentes non sine personarum discrimine pro examine nequeant ad Romanam curiam personaliter se conferre, dignetur S^tas^ V^ra^ eorum examen ad partes committere.“

„Committimus dicto archiepiscopo G“ respondet papa. Illa supplicatio demonstrat etiam praescriptas adnotationes: „cum examinis commissione ad partes“ etc., in quarum fine „Fiat G“ reperitur, nil aliud esse quam abbreviatas supplicationes pro examine in partibus.

Evenit nonnumquam, ut examen petitori plane remissum sit. In fine rotuli sub nr. 60 petitur, ut examen remittatur, vel ad partes committatur. Verbum „remittatur“ resolutio „Fiat G“ sequitur, sed postea cancellata est, ita ut altera tantum resolutio verbum „committatur“ sequens valorem suum retinuerit.

Supplicatio modo praefato approbata et data munita tum demum in registris supplicationum inscribi potuit.[22])

Post inscriptionem in registris registra cum autographis conferebantur. Multae adnotationes in registris ad collationem illam pertinent. Hoc modo ad supplicationem sub nr. 614 legimus „attende, quod non dicit, cuius dioc.“ Collator verbis illis adnotat, nomen diocesis iam in originali omissum fuisse. Iam prius legimus notas collatoris de cancellaturis in autographis. In fine rotuli sub nr. 60 ad resolutionem papae „Fiat G“, quae cancellata est, sequens nota in margine pertinet: „Ita erat in originali, sicut est hic.“ Sed contempto labore collatorum in nominibus saepius errores occurrunt, qui postea etiam in litteras transierunt.

Multas quoque abbreviaturas fixarum formarum tenoris supplicationum, quas scriptores registrorum fecerunt, animadvertimus. In rotulis non raro supplicationes sequenti modo abbreviatae nobis occurrunt: „N. N. de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae talis cum clausulis ut supra“ aut „N. N. de tali beneficio dignemini providere cum acceptatione etc., seu quod tale beneficium obtinet“, ubi verborum „cum non obstantibus et clausulis oportunis“ loco, sine quibus ratio supplicationis intelligi non potest, „etc.“ ponitur. Eius modi abbreviatura saepissime in rotulis supplicationum reperiuntur.

Supplicationibus in registris descriptis minutae fieri potuerunt. Minutae a specialibus officialibus cancellariae apostolicae — abbreviatoribus — componi solebant. Minutae secundum tenorem supplicationum conficiendae erant, animadvertendum autem est, a petentibus ipsis aut procuratoribus eorum expedienda-

[22]) Conf. J. Haller, Die Ausfertigung der Provisionen. Quellen und Forschungen aus ital. Archiven II. pag. 5.

rum litterarum gratialium diligentiam adhibendam fuisse. Posteriori tempore, ut exemplo utar, constitutum est, ut litteram accipiens advertat, ut minuta ad bonum scriptorem deferatur, ut nomina bene scribantur, „quia Itali plerunque nesciunt bene scribere nomina Alemanica.“ [23]) Modus expediendi litteras de a. 1525 permittit litteram accipienti minutam facere: „aut tu facies illius (i. e. litterae) minutam, si scias, vel per alium, quam portabis ad aliquem dictorum abbreviatorum revidendam.“ [24]) Stabilitatem omnium papalium institutionum respicientes quaerere possumus, idemne iam tempore Innocentii VI. possibile fuerit? Idem apud litteras de iustitia in formis „que non mutantur“ occurrisse iam Bresslau demonstravit.[25])

In registris Innocentii VI. saepe inter tenorem supplicationis et tenorem litterae tantas differentias animadvertimus, ut solum per adiutorem petitorem aut procuratorem explicari possint.

Saepe in litteris nomina et tituli personarum melius et plenius quam in supplicationibus describuntur. Sub nr. 26 in rotulo Annae, reginae Bohemiae, medicus eius sub solo nomine „*Reimbotus*“ commemoratur, sed littera sub nr. 31 pleniorem formam „*Reimbotus Eberhardi*“ habet. In supplicatione sub nr. 65 legimus „*Spitko*, miles Cracoviensis dioc.“, in littera sub nr. 66: „*Spitko de Tharnow.*“ Supplicatio pro Johanne Henrici de Kamýk in rotulo Caroli IV sub nr. 82 dicit per errorem: „non obstante, quod ecclesiam seu plebaniam de *Kemyk* noscitur obtinere, littera sub nr. 84 habet recte: „non obstantibus, quod parochialem ecclesiam in *Luthomericz* obtinet.“

In littera sub nr. 656, qua Petro Laurentii conceditur, ut provisio de scholastria ecclesiae Olomucensis sibi facta valeat, dicitur eundem Petrum dignitatem, personatum vel officium ad collationem episcopi Olomucensis expectare, sed in supplicatione sub nr. 655 nihil de tali expectatione percepimus; unde litterae scriptor illam notitiam habuit?

Tales lapsus haud raro in registris Innocentii VI reperiri possunt. Ad supplicationes, quae non prius quam apud curiam Romanam in rotulos coniungi solebant, id facile eo explicari potuit, quod in registris originalem tenorem supplicationum, quam scriptor minutae ante oculos habere potuit, non possidemus, sed exempla adducta non de hoc genere supplicationum orta sunt, sed de rotulis, qui iam hac ratione ad curiam missi, sic in registris descripti cumque autographis collati sunt. Experte procuratore in litteris expediendis id explicare non valemus.[26])

Minuta perfecta petens aut procurator eius curae habebat, ut tenor minutae in litteram bene rescribatur, quod in officio scriptorum fiebat.[27])

---

[23]) Conf. Haller, l. c. pag. 7 et 24.

[24]) Haller, l. c. pag. 22, § 7.

[25]) Bresslau, Urkundenlehre I. pag. 238.

[26]) Harum differentiarum inter tenorem supplicationum et litterarum causa tam supplicationes quam litterae in editione nostra typis dantur, ubi littera meliorem et pleniorem tenorem habet, littera in extenso et supplicatio in regesto, ubi in contrario tenor supplicationis plenior est, littera abbreviatur et supplicatio in extenso typis describitur.

[27]) Conf. Bresslau, Urkundenlehre I. pag. 239 ss.

Ibi littera taxata fuit et taxa, cuius altitudo sub plica litterae a latere sinistro adnotabatur, primo soluta. Bulla descripta ad abbreviatores deportata est, ubi accuratissima revisio tenoris fiebat, cuius occasione taxa secundo est soluta.

Tunc, si necesse fuit, ut litteram accipiens examinetur, si praesens fuit, examen fecit in cancellaria de bene cantando, legendo et construendo, absentibus permissum est, ut examen in diocesi facerent. Denique litterae in bullaria bulla plumbea suspensa est et taxa tertio soluta littera perfecta in registris descripta est. In registro taxa quarto solvenda fuit.

Innocentii VI. tempore in registris taxae cuique litterae inscribebantur. Taxae grossorum[28]) numerum indicant; notae numeri una supra alteram ponuntur et ab imo ad summum legendae sunt, ita $\genfrac{}{}{0pt}{}{X}{X}$ = 20 gross., $\genfrac{}{}{0pt}{}{\overline{V}}{X}$ = 16 gross., $\genfrac{}{}{0pt}{}{I}{\overline{X}}$ = $11^1/_2$ gross. Si litteram gratiosam etiam littera executoria comitabatur, qua executoribus mandatur, ut litteram accipientem in possessionem gratiae ei concessae inducant, in registris supra eiusmodi litteram duae taxae reperiuntur, prima pro littera gratiosa, altera pro littera executoria. Ita supra litteram sub nr. 15 huius tomi editam, qua Petro Henrici Albi de Brega beneficium ecclesiasticum reservatur, sequenti modo taxae adnotabantur: $\overline{X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}$, id est pro littera praefato Petro destinata 11 gr., pro littera executoria eodem modo abbati monasterii s. Vincentii prope Vratislaviam et archidiacono Legnicensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum exarata 13 gr. Si unius gratiae occasione plures litterae eodem modo conficiebantur, taxa in registris toties supraponitur, quot litterae confectae sunt. Ita apud litteram sub nr. 1008, qua Nicolaus in abbatem monasterii Milocensis praeficitur, sequenti modo taxae adnotantur: $\genfrac{}{}{0pt}{}{\overline{\overline{V}}}{X}$ $\genfrac{}{}{0pt}{}{\overline{\overline{\overline{V}}}}{X}$ $\genfrac{}{}{0pt}{}{\overline{\overline{\overline{V}}}}{X}$, id est 18 gr. pro littera Nicolao abbati, 18 gr. pro littera eodem modo conventui monasterii Milocensis, 18 gr. pro littera eodem modo archiepiscopo Pragensi destinata.

Ad litteram sub nr. 3 editam, qua Henricus in episcopum Lubucensem praeficitur, 7 litterae eodem modo pertinent. In registris taxa octies adnotatur: $\begin{matrix} X & X & X & X & X & X & X & X“ \\ „X & X & X & X & X & X & X & X \end{matrix}$, prima pro littera gratiosa, reliquae 7 pro litteris eodem modo Carolo Romanorum et Bohemiae regi et aliis exaratis.

Taxatio quaevis modis suprascriptis notata quater est multiplicanda, si summam de facto solutam obtinere volumus, quia quater: in banco scriptorum, in banco abbreviatorum, in plumbo, in registro solvebatur.[29])

---

[28]) Grossi turonenses 12—13 uno floreno auri continentur; si florenum auri de medio saeculo XIV quoad metallum cum nostra moneta comparas, obtines summam cca. 11—12 coronarum. Quoad pretium moneta medii aevi monetam nostri temporis aliquoties superat. (Conf. Kirsch, Kollektorien pag. LXXV et LXX.

[29]) De sexto anno pontificatus Innocentii VI in rubricis registrorum redditus camerae apostolicae de taxis adnotantur. Tangl enumerat summam omnium taxarum eodem anno solutarum per 4000 florenorum, quod quater multiplicatum 16.000 fl. efficit, summa non imponderabilis, etiam si eam cum totis proventibus curiae eiusdem anni, qui per 260.000 fl. enumerantur, comparamus. (Conf. M. Tangl, Das Taxwesen der päpstl. Kanzlei vom 13. bis zur Mitte des 15. Jhs. Mitteil. des Inst. für öster. Gesch. XIII. pag. 38—39.)

Sed non solum taxae in cancellaria apostolica ab accipiente litteram solvendae erant. Vidimus petentem aut procuratorem eius ab uno officio ad alterum litterae expediendiae causa declinare, qui ubique, si noluit expeditionem multum prolongari, rem suam pecunia adiuvare debuit.

Alvarus Pelagius iam prioribus temporibus mala ista in tractatu suo „De planctu ecclesiae“ in hunc modum illustrat:

„Nullus quasi pauper hodie ad papam intrare potest; clamat et non auditur, quia non habet, quid solvat. Vix aliqua petitio expeditur per eum, nisi mediantibus interventoribus corruptis pecunia. Corrigat (sc. papa) precia immoderata, que accipiuntur pro bulla pro scriptura litterarum; hodie sic immoderata salaria pro litteris et aliis accipiuntur in curia, quod per indirectum gratie spirituales et beneficiales venduntur; et omnes officiales quasi calumniatores et concussores sunt, ultra etiam constitutum precium extorquentes.[30])

Omnibus praescriptis stadiis superatis littera, nisi quaevis relatio ad cameram apostolicam fuit, petenti tradita est. Sed si de provisione beneficii vacantis, de quo camerae apostolicae annata solvenda erat, agebatur, littera perfecta in cameram portanda erat, ubi petens aut procurator eius de annata composuerunt. Si beneficium decimae papalis causa iam taxatum fuit, annata secundum taxationem decimae praescripta fuit, si non, media pars redditunm unius anni solvenda erat.[31]) Iuramento petentis aut procuratoris redditus praefati confirmabantur. Annatam termino praefixo solutum iri, tum petens solus, ut nr. 541, tum procuratores eius, ut nr. 529 et 723, tum petens et alii fideiussores, ut nr. 724 se obligaverunt. Obligationes tales accuratissime et cum assecuratione camerae fiebant. Saepe totam seriem testium in iis cognoscimus. Hoc modo cum beneficium petens aut procurator eius ad solvendam annatam se obligavisset, tradita est ei littera, qua beneficium ei conferebatur.

Littera accepta non est adhuc assecutus gratiam, quae ei littera tribuebatur. Cum de beneficio vacante ageretur, adeundi erant petenti aut eius procuratori cum bulla pontificia executores in diocesi a curia constituti, qui eum in possessionem beneficii induxerunt. Quodsi ad curiam ipse non fuerat ibique debitum examen non susceperat, examen hoc ipso tempore ei suscipiendum erat. Simili modo res perfecta est, si de beneficio, quod modo in litteris designato vacaturum exspectabatur, agebatur, uti, dum beneficium adhuc tenens honore auctus erit et novum beneficium obtinuerit. Cum igitur beneficium modo praefato vacaret, executor petentem in beneficii possessionem inducendum curavit. Si quis expectationem tantum beneficii alicuius ad collationem personae alicuius, ecclesiae, monasterii etc. pertinentis petebat, examine facto ei, ad cuius collationem beneficium pertinebat, bullam papalem et testimonium executoris de examine confecto proferre debebat. Postquam beneficium huius modi vacavit, candidatus in suam provisionem nitens tale beneficium petebat et postea in eius possessionem ab executore inductus est, nisi candidatus alius maiore iure fuerat. Si de canonicatu sub expectatione praebendae agebatur, petens primum canonicus

[30]) Taugl, Taxwesen, pag. 41.

[31]) J. Kirsch, Die päpstlichen Annaten in Deutschland während des XIV. Jhs. Quellen und Forschungen der Görres-Gesellschaft IX., Bd. I. pag. XLVIII.—XLIX.

acceptus est a capitulo, cui sua documenta (bullam quidem cum executoris testimonio) protulit. Quo facto expectabat, dum aliqua praebenda eius ecclesiae vacaverit. Numerus talium exspectantium persaepe grandis erat et data provisionis papalis decernebat, cui praebenda vacans prius conferretur.[32])

Propterea profecto duae provisiones de eodem canonicatu non eisdem datis muniendae erant, ut controversiis occurreretur. In supplicatione Caroli IV sub nr. 164 praestans habemus exemplum, quales ingratos eventus habere potuit, si in rotulo supplicationum sub iisdem datis duabus personis canonicatus sub exspectatione praebendae in eadem ecclesia tributus erat. Haec sunt duo exempla litteras unius de petentibus, cum datae eaedem essent, non esse missas. Carolus igitur postulat, ut datae in litteris eorum, quae „propter concurrenciam date per cancellariam (apostolicam) transire non possunt", permutentur.

Itaque ex omni errore formali retardatio in assecutione gratiae concessae sequi potuit. Priusquam petens in beneficium vacans inductus est, non solum menses, sed etiam anni praeterire potuerunt. Petens ad officium benevolentiamque curiae atque executorum in diocesi delegatus est. Cum generatim hoc tempore homines pecunia corrumperentur, certe celeriter eius tantum supplicationi responsum est, qui eam pecunia confirmaverat. Quae res respicienda est in utenda materia, quae Monumentis Vaticanis continetur; cavenda est praeceps opinio omnes supplicationes affirmative responsas iam acceptam gratiam significavisse. Fieri enim potuit, ut petens prius sit mortuus, quam omni formae satisfactum sit. In exspectativis alia res multo gravior hoc loco commemoranda est: papa mortuo, ante beneficium petenti collatum, si successor omnes exspectativas praecedentis pontificis abolevit, gratia tributa petens privatus est iterumque ei petendum erat. [33])

Et cum tota haec res usque ad ipsam beneficii collationem prospere cecidisset, ad tristes petenti eventus venimus, si expensam pecuniam numeramus. Annatae dimidiam annuorum proventuum partem absumpserunt, procurator officium suum bene pensandum curavit, solutiones eius valde auxerunt taxae officiales in cancellaria solutae et pecunia data officialibus curiae; domi vero executores profecto in examine et officio suo gratuito non operam dabant. Si petens praesens ipse ad curiam suae supplicationi responsum exigebat, multo plurem pecuniam solvit praetereaque in maiore erat periculo, ne praescriptis formis non satisfaceret. Hinc factum est, ut qui pauper provisione papali beneficium assecutus est, statim in initio sui officii in grande aes alienum incideret. Multos annatam solam aegerrime solvisse crebrae termini ad solvendum praefixi prolongationes testimonio confirmant.

Itaque admirari non possumus, si petentes beneficium statim novam provisionem quaerebant, ut pecuniam suam sanarent. Cumulatio beneficiorum necessaria facta est, solum ipsis candidatis divitibus exceptis.

---

[32]) K. Krofta, Kurie a církevní správa zemí českých v době předhusitské. Čes. časopis hist. XII. pag. 431. — Krofta rationem talis provisionis et examinis coram executoribus praecipue ex instrumentis publici notarii a F. Tadra in opere: Listář veřejného notáře ve 14. stol. Věstník kr. čes. spol. nauk 1893 VII. editis demonstrat.

[33]) Conf. Krofta, l. c. pag. 426.

III. DE FORMIS PRAECIPUIS LITTERARUM INNOCENTII VI et MODO HUIUS EDITIONIS.

Formae litterarum apostolicarum tempore Innocentii VI a formis praedecessoris eius parum discrepant. Differentiae perpaucae stili litterarum in regulis ab Innocentio VI. datis complecti videntur.[34])

Ea de causa non erat necesse hoc tomo formas litterarum plene publicari, ut a Ladislao Klicmann in tomo I. Monumentorum modo accuratissimo factum est; si de formis scribere volumus, ad litteras ab eo in extenso publicatas reicere possumus.

Maxima vero pars litterarum in Monumentis Vaticanis Bohemiae editarum provisiones apostolicas attingit. Ea de causa primum ad tales formas animum advertemus, quibus litterae provisionum conficiuntur. Formas provisionum saeculo XIV Camillus Krofta in suo egregio tractatu de curia Romana et administratione ecclesiastica terrarum bohemicarum tempore ante J. Hus[35]) plene et plane explicavit, ut in eis describendis non nisi tractatum eius potissimum sequi possimus.

A tempore Johannis XXII., qui de provisionibus artificium composuit, provisiones in duas praecipue partes dividendae sunt:

1. provisiones beneficiorum vacantium,

2. reservationes beneficiorum cuiuscunque speciei, quorum vacatio expectanda est.

A. Formae litterarum provisionem beneficiorum tangentium.

1. *Provisionibus de beneficiis vacantibus* diversa beneficia quocunque modo vacantia, id est canonicatus cum praebendis, praepositurae, archidiaconatus, decanatus, custodiae, scholastriae, ecclesiae parochiales, altaria etc. conferuntur. Forma huiusmodi provisionis in Mon. Vat. Boh. I. nr. 4 et nr. 9 reperitur. In contextu[36]) primum arenga universaliter de meritis, de eruditione aut de generis nobilitate loquitur. In editione nostra arenga ubique abbreviatur. Post arengam narratio de modo, quo beneficium collatum vacavit, et de iuris titulo, quo beneficium ad collationem et dispositionem apostolicae sedis pertinet, nos certiores facit.

Hic etiam de ultimo possessore et de recessu eius aut assecutione alterius beneficii narratur.

Ea de causa haec pars provisionis sine qualibet graviori abbreviatione editur (conf. nr. 34 et 171). Hanc narrationem dispositio sequitur, in qua *clausula* propria *collationis*: „beneficium huiusmodi . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus“ litteram accipienti gratia conceditur.

---

[34]) E. Ottenthal, Die päpstlichen Kanzleiregeln von Johannes XXII. bis Nicolaus V. pag 13. Unica nova clausula ab Innocentio VI. in litteras apostolicas inducta est. In litteris, quibus persona aliquis in ecclesia vel monasterio, ubi non est certus monachorum vel canonicorum numerus, recipi mandatur, sequens clausula est ponenda: „dummodo ecclesia vel monasterium huiusmodi ex receptione ipsa in unum non gravetur“.

[35]) Krofta, Kurie a církevní správa zemí českých v době předhusitské. Čes. časopis historický XII. pag. 277 ss. Conf. etiam praefationem eiusdem auctoris ad Mon. Boh. Vat. V.

[36]) Formas protocolli explicare supervacaneum esse existimo.

Tum *decreti clausula* ponitur, qua irritum et inane decernitur, si a quoquam quavis auctoritate contra gratiam in littera concessam attemptatum fuerit. Penultima *clausula* contextus verbis „*non obstantibus*“ incipit et longe lateque omnia statuta, omnes consuetudines, reservationes, indulgentias etc. omnia impedimenta enumerat, quibus tenor gratiae concessae quomodolibet impediri vel differri valeat. In fine clausulae huius omnia alia beneficia litteram accipientis adducuntur, quibus non obstantibus beneficium collatum accipere et retinere potest. Si quod beneficium eius incompatibile fuerit cum beneficio hac littera ei concesso, hoc loco destinatur, quod beneficium tale dimittere tenetur. Haec pars clausulae „non obstantibus“ talia et similia indicia singularia facit, qua de causa in extenso typis describitur, ceteris aliis omissis. *Clausula* ultima contextus, quae verbis „*nulli ergo*“ incipit, graciam concessam infringere prohibetur.

Ad litteram graciosam littera executoria pertinet, qua tribus executoribus mandatur, ut litteram accipientem in corporalem possessionem beneficii collati inducant.

Haec est forma provisionis beneficii vacantis, quando littera personae, cui gratia concessa est, immediate inscribitur. Persaepe littera solum executoribus inscripta et mandati forma edita est. Modo uni cum arenga „Dignum arbitramur“, modo tribus iudicibus mandatur, ut beneficium vacans personae, cui gratia fit, conferant. (Conf. nr. 34 et 35). In mandato post narrationem ante clausulam collationis saepe verbis: „si ita est“, „si vobis constiterit ita esse“, „si beneficium, ut praemittitur vacat“ conditio expressa est, a qua collatio gratiae pendet, quae igitur ab executoribus exploranda est.

2. *Reservationes beneficiorum*, quorum vacatio *expectanda* est, hoc modo dividendae sunt:

a) *Provisiones de beneficiis vacaturis*, quibus alicui de beneficio quolibet vacaturo cum cura vel sine cura ad collationem alicuius personae, collegii, ecclesiae, monasterii pertinente providetur. Forma huiusmodi provisionis in Mon. Vat. I nr. 2 reperitur. Post arengam brevi narratione plerumque dicitur, ad cuius considerationem litteram accipienti talis gratia concedatur. In dispositione ubique valor annuus fructuum beneficii reservati destinatur. Fructus beneficiorum, quae cum cura animarum coniuncta sunt, tempore Innocentii VI maxima ex parte valorem annuum 25 marcarum argenti excedere non valent, fructus beneficiorum sine cura valorem annuum 18 marcarum argenti. Modo beneficium cum cura, modo sine cura reservatur.

Formula reservationis beneficii cum cura vel sine cura huius est tenoris: „beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem, provisionem, praesentationem seu quamvis aliam dispositionem talis personae, collegii, ecclesiae, monasterii, communiter vel divisim pertinens, si quod vacat ad praesens, vel cum vacaverit . . . conferendum tibi . . . donationi apostolicae reservamus“.

Verba „cum vacaverit“ *clausula acceptationis* sequitur, qua instituitur beneficium reservatum, cum vacaverit, infra unius mensis spatium acceptandum esse.

Tum *clausula inhibitionis* illis, ad quos collatio beneficii reservati pertinet, inhibetur, ne de illo ante acceptationem huiusmodi disponere quoquomodo praesumant. Deinde clausula decreti et clausula non obstantibus ac clausula „nulli ergo“, quas iam prius descripsimus, contextus ad exitum adducitur.

Ad litteram graciosam littera executoria pertinet, qua executoribus mandatur, ut beneficium reservatum, cum vacare contigerit, litteram accipienti conferri curent.

In editione nostra litterae provisionum de beneficiis vacaturis paucis exceptis brevibus excerptis typis describuntur. (Conf. nr. 15.)

Formula reservationis sequenti modo abbreviatur: „N. N. reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant“. Reservationes beneficiorum vacaturorum mandati quoque forma conficiuntur, ubi simili modo formulis litterae gratiosae et executoriae unitis et mutatis mutandis uni executori mandatur, ut alicui beneficium, si vacat vel cum vacaverit, reservet. (Conf. Mon. Vat. I nr. 521.)

b) *Provisiones de canonicatu sub expectatione praebendae*, quibus alicui de canonicatu ecclesiae alicuius providetur et una de praebendis eiusdem ecclesiae, si vacat vel quamprimum vacaverit, reservatur. Forma contextus provisionum huiusmodi eodem modo, quo in forma praecedente videbamus, dividitur. (Conf. Monumenta Vat. I 6.) In dispositione sequentibus verbis haec gratia fit: „canonicatum ecclesiae talis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus, praebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad praesens vel cum vacaverit, (nunc *clausula acceptationis* sequitur) quam per te vel procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum infra unius mensis spatium, postquam tibi vel eidem procuratori de illius vacatione constiterit, duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolicae reservamus“ Deinde verbis „districtius inhibentes“ clausula inhibitionis incipit, quam clausula decreti sequitur. Postea *clausula „non obstantibus“* succedit, quae constitutionibus canonicatus solum tangentibus a clausulis talibus aliarum litterarum discrepat. Primum in ea constituitur, certum canonicorum numerum et quaslibet alias ecclesiae consuetudines eiusdem ecclesiae provisioni huiusmodi non posse obsistere, aut si qui in eadem ecclesia apostolica vel alia quavis auctoritate in canonicos sint recepti. In fine clausulae huius declaratur non posse impedimento esse, si litteram accipiens praesens non fuerit ad praestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesiae solitum iuramentum, dummodo absens per procuratorem, et cum ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud praestet.

In bulla executoria iudicibus mandatur, ut litteras accipientem vel procuratorem eius in ecclesia, in qua ei de canonicatu sub expectatione praebendae providetur, in canonicum recipi faciant, stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, deinde modo simili, quo in provisione de beneficiis vacaturis mandatur, ut ei praebendam, cum vacaverit, conferre curent.

Provisiones de canonicatu sub expectatione praebendae etiam mandati forma, in quo formulae litterae provisionis et litterae executoriae unitae sunt,

conficiebantur, quo mandato executori (tempore Innocentii VI. quasi semper uni executori) mandatur, ut alicui de canonicatu sub expectatione praebendae providere procuret, si eum ad hoc idoneum esse reppererit. (Conf. Mont. Vat. I nr. 304.)

Etiam provisiones de canonicatu sub expectatione praebendae in editione nostra brevibus tantum regestis typis describuntur (conf. nr. 24).

Eadem forma mutatis mutandis personis iam prius in canonicos a capitulis ecclesiarum assumptis praebendae in eadem ecclesia vacaturae reservantur. (Conf. Mon. Vat. I nr. 118, Mon. Vat. II nr. 14.)

3. *Provisiones de dignitatibus vel personatibus aut officiis*:

a) *Provisiones de canonicatu sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus seu officii*, quibus non solum praebendae, sed etiam quaelibet dignitates seu officia alicuius ecclesiae cathedralis vel collegiatae litteram accipienti reservantur, a formis provisionum de canonicatu sub expectatione praebendae non multum dissentiunt. (Conf. Mon. Vat. I nr. 87.)

Formula collationis provisionis talis tenoris est, ut sequitur: „canonicatum ecclesiae talis tibi conferimus et providemus etiam de eodem, praebendam vero nec non dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura . . . . si quae vel si qui aut si qua in dicta ecclesia (simul vel successive) vacant ad praesens vel cum vacaverint, ... conferendas vel conferendos aut conferenda tibi . . . . donationi apostolicae reservamus". Nonnumquam dignitatibus, de quibus hoc modo providetur, certi fines terminique verbis: „dummodo huiusmodi dignitas maior . . . . post episcopalem non existat" constituuntur.

Partibus reliquis formae contextus provisionis huiusmodi cum formis provisionis de canonicatu sub expectatione praebendae conveniunt. (Conf. nr. 83.)

b) *Provisiones canonicis de dignitate vel personatu aut officio.* Eadem forma mutatis mutandis personis iam prius canonicatus cum vel sine praebenda alicuius ecclesiae obtinentibus dignitates, personatus vel officia in eadem ecclesia reservantur. (Forma in Mon. Vat. I. nr. 52.) Tales quoque provisiones saepe mandati formam habent, quo uni executori mandatur, ut canonico alicui dignitatem, personatum vel officium reservet (Conf. nr. 755.). Provisiones de dignitatibus vel personatibus aut officiis in editione nostra regestis solum typis dantur. (Conf. nr. 83.)

4. *Provisiones beneficiorum certo modo vacaturorum* in media parte inter provisiones de beneficiis vacantibus et de beneficiis vacaturis poni possunt. Eis certa beneficia, quae brevi vacare sperantur, litteram accipienti reservantur. Ut si quis beneficiorum possessor alicui ecclesiae in episcopum praefectus et nondum consecratus fuerit, beneficia, quae obtinebat et quae consecratione eius vacabunt, aliis personis reservari solebant.

Forma talis reservationis in Mon. Vat. I nr. 11 reperitur. Narratio eius ut in provisionibus de beneficiis vacantibus nos de modo, quo beneficium reservatum vacabit, certiores facit. Dispositio huius est tenoris: „nos volentes tibi . . . . gratiam facere specialem, beneficium tale, cum praemisso vel alio quovis

modo praeterquam per ipsius N. obitum vacare contigerit, conferendum tibi . . . donationi apostolicae (collationi et dispositioni nostrae) reservamus". Ceterae clausulae cum aliis litteris expectativis mutatis mutandis conveniunt. In littera executoria executoribus mandatur, ut litteram accipienti, cum beneficium praenominatum, ut praefertur, vacare contigerit, conferre et assignare curent.

Provisiones hae, ut apud praecedentes videbamus, etiam per simplex mandatum fieri solebant, quo executori mandatur, ut beneficium tale, cum vacaverit, conferendum tali personae collationi et dispositioni suae auctoritate apostolica reservet. (Conf. nr. 304.)

5. *Provisiones motu proprio.* Gratiae praenominatae, quibus de beneficiis ecclesiasticis providetur, etiam forma motu proprio, id est impulsu summi pontificis, fiebant. Iam prius demonstravimus, pro litteris quoque motu proprio exarandis supplicatum fuisse. Litterae huiusmodi solum specialem favorem, quem papa litteras accipienti praestare vult, exprimunt. Ab aliis provisionum litteris clausula ‚motu proprio' differunt: „beneficium tale . . . . motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus." (Conf. nr. 906.)

6. *Confirmationes beneficiorum iam acceptorum.* Si quis auctoritate qualiscunque reservationis apostolicae aut auctoritate ordinaria quodcunque beneficium iam acceptavit et ad maiorem securitatem confirmationem a sede apostolica petiit, acceptatio talis ei speciali forma litterarum a sede apostolica confirmatur. (Conf. Mon. Vat. I nr. 1342, Mon Vat. II nr. 479.) In narratione, plerumque verbis „Exhibita nobis" inchoata, de acceptatione petentis, qui beneficium tale sibi, nisi apostolica obstaret reservatio, de iure debitum acceptavit (aut, qui de beneficio tali sibi provideri fecit canonice, nisi apostolicae reservationes obstarent), mentio fit. Deinde de supplicatione petentis, qui beneficium tale tempore acceptationis et provisionis huiusmodi dispositioni apostolicae reservatum fore dubitat, narratur.

In dispositione acceptatio beneficii a petente iam facta confirmatur.

Tenor clausulae confirmationis talis esse solet: „Nos igitur tibi, qui talia beneficia obtines (beneficia eius enumerantur), apostolica auctoritate concedimus, quod acceptatio et provisio praedictae de beneficio praedicto, ut praemittitur factae, et quaecunque inde secuta a data praesentium perinde valeant, ac si nulla per sedem apostolicam reservatio facta foret." In fine decernitur, qualia beneficia petentis dimittenda sint.

Clausulae, quae in bullis provisionum inveniuntur, in litteris confirmationum desunt. Clausulae „non obstantibus" loco, in cuius fine in provisionibus petentis beneficia enumerantur, iam in dispositione litterae confirmationis de beneficiis, quae litteram accipiens obtinet, certiores facti sumus.

7. *Confirmationes permutationum.* Si duo possessores beneficiorum ecclesiasticorum beneficia sua invicem permutare volebant, beneficia talia ad sedem apostolicam primum iis resignanda erant. Resignatione ad sedem apostolicam accepta, utrique litterae provisionum de beneficiis ab eis invicem permutandis dantur. (Forma in Mon. Vat. II nr. 1069 et 1070.)

In narratione de petitione desiderantium beneficia sua invicem permutare et de resignatione ad sedem apostolicam facta narratur, in dispositione petenti de beneficio permutato providetur. Forma resignationis et provisionis huiusmodi tenorem habet, qui sequitur: „Cum itaque nuper tu beneficium *a* et dilectus filius N. beneficium *b*, quae tunc temporis obtinebatis, cupientes illa ex certis causis rationabilibus invicem permutare, in manibus *X* (officialis curiae) duxeritis ex causa permutationis huiusmodi apud sedem apostolicam libere resignanda, dictusque *X* resignationes huiusmodi apud dictam sedem admiserit de speciali mandato nostro, facto sibi super hoc oraculo vive vocis, nos votis tuis volentes annuere favorabiliter in hac parte, beneficium *b*, per huiusmodi resignationem vacans . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus."

8. *Surrogationes.*

Cum duabus personis de quocunque beneficio ecclesiastico litigantibus et ad sedem apostolicam appellantibus, lite pendente una de vita decessit, omne ius, quod personae decessae in beneficio huiusmodi competebat, alteri personae a sede apostolica conferri solebat.

Litterae, quibus aliquis in tale ius surrogatur, in narratione materiam quaestionis et appellationem ad sedem apostolicam describunt, de morte unius litigantium, prius quam lis fine debito terminata fuerat, nos certiores facientes.

Formula surrogationis, qua in dispositione de iure huiusmodi alteri personae providetur, huius fere tenoris est: „ne igitur ad beneficium tale absque institutione canonica haberi contingat ingressum" (vel: „ne ad beneficium tale sine canonico titulo cuiquam ingressus pateat vitiosus") . . . . „te in omni iure et ad omne ius, quod tali personae competebat, auctoritate apostolica de speciali gracia surrogamus dictumque ius tibi conferimus et de illo etiam providemus, decernentes te ad omne ius praedictum nec non ad causae seu litis huiusmodi prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo causam ipsam inveneris et in quo dictus N., si viveret, posset et deberet admitti, fore vigore surrogationis et provisionis huiusmodi admittendum." (Conf. nr. 669.)

Tales surrogationes etiam mandati forma, quo executoribus mandatur, ut aliquem in ius huiusmodi surrogent, reperiuntur. (Conf. nr. 1293.)

9. *Provisiones praelatorum,* quibus alicui ecclesiae episcopus seu archiepiscopus, alicui monasterio abbas praeficitur, in narratione iuris titulum, secundum quem sedes apostolica hanc provisionem facit, demonstrant. Fundamenta talis iuris tituli, speciales vel generales reservationes apostolicae sedis, ibi enumerantur. Si quis abbas iam a conventu monasterii sui electus fuit, plerumque electio eius in narratione describitur et prout contra reservationem apostolicae sedis attemptata irrita et inanis reputatur, electusque talis auctoritate apostolica abbas praeficitur.

In fine narrationis verbis: „ne ecclesia praedicta (monasterium praedictum) longae (prolixae, ulterius) vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem . . . . diligentem, demum ad te . . . . (nunc virtutes litteram accipientis enumerantur) direximus oculos nostrae mentis."

In dispositione litteram accipienti de ecclesia seu monasterio providetur eique cura et administratio ecclesiae seu monasterii his verbis committitur: „Quibus omnibus . . . pensatis, de persona tua eidem ecclesiae (monasterio) . . . auctoritate apostolica providemus teque illi praeficimus in episcopum (abbatem) curam et administrationem ipsius ecclesiae (monasterii) tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo."

Simili modo, quo bulla novo praelato destinata, etiam ad alias personas, quas provisio de ecclesia seu monasterio tangit, litterae de provisione tali mittebantur. De provisione Johannis episcopi Luthomuslensis sub nr. 145 conficiebantur septem litterae: 1. novo episcopo Luthomuslensi, 2. capitulo ecclesiae Luthomuslensis, 3. clero civitatis et dioc. Luthomuslensis, 4. populo civitatis et dioc. Luthomuslensis, 5. universis vasallis ecclesiae eiusdem, 6. archiepiscopo Pragensi, 7. Carolo regi Bohemiae.

In editione nostra litterae sub nr. 4—9 nominatae in extenso, nisi tenorem earum iam supplicationes continent, communibus tamen formulis omissis typis describuntur.

B. Diversae formae litterarum in editione nostra saepius occurrentium.[37])

1. *Conservatoriae.*

Adversus occupatores, detentores et molestatores bonorum ad ecclesias seu monasteria spectantium a sede apostolica conservatores deputabantur, qui requisiti ecclesiae seu monasterio assistentes non permittant, ut eis a quolibet damna et iniuriae irrogentur et bona eorum indebite occupentur. Conservatoriae mandati forma, cuius arenga verbis „Militanti ecclesiae" incipiebant, conficiebantur.

Narratio de petitione ecclesiae seu monasterii, quibus iniuria illata erat, nos certiores facit et fixis formis omnes occupatores et omnia bona occupata enumerat. Propria clausula mandati huius est tenoris: „Nos igitur adversus occupatores . . . . et iniuriatores huiusmodi . . . . discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos . . . . praefatis ecclesiae vel monasterio efficacis defensionis praesidio assistentes, non permittatis eosdem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus . . . . ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel eis gravamina seu dampna vel iniurias irrogari, facturi dictis ecclesiae seu monasterio, cum ab eis vel procuratoribus suis . . . . fueritis requisiti . . . . iustitiae complementum, occupatores . . . . et iniuriatores huiusmodi . . . . per censuram ecclesiasticam . . . . compescendo." (Conf. Mon. Vat. I nr. 92.) In editione nostra conservatoriae brevibus tantum regestis typis dantur. (Conf. nr. 298.)

2. *Litterae fundationem monasteriorum tangentes.* Licentiae construendi monasteria seu domus in narratione de supplicatione fundatoris nos certiores faciunt, in dispositione ordini et fratribus, quibus novum monasterium tradendum est, licentiam recipiendi, fundatori licentiam construendi tale monasterium con-

---

[37]) Formae litterarum in editione nostra rarius occurrentium hic non describuntur. Tales formae secundum tabellas inferius typis datas et per maiorem partem sub rubrica „diversae litterae" in editione nostra inveniri possunt.

cedentes. Simili modo mutatis mutandis licentiae de novo construendi monasteria seu domus conficiebantur et litterae, quibus fundationes tales confirmabantur seu per executores confirmari mandabantur. Licentia fundationis plerumque his verbis exprimebatur: „Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, tali personae fundandi et construi faciendi . . . vobis (i. e. ordini et fratribus) recipiendi locum huiusmodi cum ecclesia (etc. omnibus pertinentiis), dummodo duodecim fratres dicti ordinis ibi decenter et congrue valeant sustentari . . . . licentiam elargimur." (Conf. nr. 1020.)

3. *Concessiones abbatibus, ut insigniis pontificalibus uti et benedictionem sollennem elargiri possint*, aut abbati alicui ad personam aut abbati monasterii alicuius et omnibus successoribus eius datae hac forma conficiebantur: Post arengam verbis „Exposcit tuae devotionis" inchoatam legitur: „Hinc est quod nos tuis . . . . supplicationibus inclinati, ut tu (et successores tui) in talibus festis in tali occasione mitra, anulo, baculo (sandaliis etc.) et aliis insigniis pontificalibus libere uti nec non in dicto monasterio et locis subiectis benedictionem sollemnem . . . . elargiri possis (possitis) . . . . tibi (vobis) auctoritate apostolica indulgemus." Cum prima tantum gratia fit, deest clausula de elargienda benedictione. (Conf. nr. 751 et nr. 990.) Litterae sub nr. 2 et 3 nominatae in editione nostra in extenso, nisi tenor earum iam notus fuerit, formulis communibus omissis typis dantur.

4. *Concessiones mulieribus libere ingrediendi monasterium* arenga: „Devotionis tuae" („Eximiae devotionis tuae") inchoatae huius sunt tenoris: „Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut tu cum quatuor matronis honestis monasterium tale . . . . semel (bis, quater) in anno dumtaxat libere ingredi valeas, dummodo earum, quae monasterio ipso praefuerint, ad id accedat assensus, et tu dictaeque matronae ibidem non comedatis nec (vel) etiam pernoctetis, devotioni tuae tenore praesentium indulgemus." (Conf. nr. 491.)

5. *Litterae indulgentiarum* in duas praecipue partes sunt dividendae: *a*) in litteras, quibus omnibus ecclesiam visitantibus, *b*) in litteras, quibus omnibus fabricae ecclesiae manus adiutrices porrigentibus indulgentiae conceduntur. Litteris sub *a*) nominatis saepissime arenga „Splendor paternae gloriae" inceptis his verbis indulgentiae largiuntur: „Cupientes igitur, ut ecclesia talis . . . . congruis honoribus frequentetur et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, quo ibidem uberius dono celestis gratiae conspexerint se refectos, ... omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in talibus festivitatibus (quae nunc enumerantur) et in dedicationis ipsius ecclesiae festivitate praefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, ... tot dies (unum annum et tot dies) singulis videlicet festivitatum ipsarum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, ut praefertur, de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus." (Conf. nr. 1298.) Litterae sub *b*) nominatae post arengam „Ecclesiarum fabricis" in narratione de constructione seu renovatione ecclesiae nos certiores faciunt et plerumque omnes Christi fideles rogant, ut ad tale opus subsidia erogent „omnibus vere poenitentibus et confessis, qui manus ad hoc porrexerint adiutrices," certum numerum dierum de iniunctis eis poenitentiis relaxantes, „praesentibus post decennium (vel alium numerum annorum) minime valituris". (Conf. nr. 914.)

6. *Dispensationes illegitime genitis, ut defectu natalium non obstante ad sacros ordines promoveri possint,* aut formam litterae gratiosae aut formam mandati executoribus destinati, ut aliquem dispensent, complectuntur. Unico numero (958), quo Leonardus Wernheri super defectu natalium dispensatur, ut unum vél duo beneficia ecclesiastica recipere valeat, excepto, omnes dispensationes super defectu natalium in hoc tomo typis datae mandati formam habent. Narratio mandati huiusmodi nos de defectu natalium, quem aliquis „de presbytero genitus et soluta," „de coniugato genitus et soluta," et similiter, patitur, et de supplicatione eius certiores facit. Si quis tacito defectu praedicto clericalem tonsuram et minores ordines suscepit, in supplicatione eius etiam pro dispensatione de tali inhabilitate petitur, qua de re in narratione mandati mentio fit.

Verba: „supplicavit .... quod huiusmodi defectu (et aliis praedictis) non obstante possit (in susceptis ordinibus ministrare et) ad omnes ordines (omnes superiores ordines) promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur" proprius mandati tenor sequitur: „mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis, quae circa idoneitatem personae fuerint attendendae, si dictus clericus alias sit idoneus nec sit paternae incontinentiae imitator, sed bonae conversationis et vitae, aliaque sibi merita suffragentur ad huiusmodi dispensationis gratiam obtinendam, secum super praemissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum animae suae saluti videris expedire". (Conf. Mon. Vat. I nr. 21.)

Litterae sub nr. 4—6 nominatae paucis exceptis regestis solum in editione nostra typis describuntur.

7. *Dispensationes super aetatis defectu et super irregularitatis vel inhabilitatis macula.* Si quis, nondum aetatem legitimam assecutus, beneficium aliquod ecclesiasticum impetrare voluit, a sede apostolica dispensationem super huiusmodi aetatis defectu petiit. Clausula dispensationis in huiusmodi gratia huius est tenoris: „tecum ut beneficium tale, ... defectu aetatis, quem pateris, in aetatis tuae anno tali constitutus, ... non obstante, (tecum, qui talem aetatis tuae annum complevisti .... super huiusmodi aetatis defectu ...., quod beneficium tale) libere recipere ac licite retinere valeas, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus". (Conf. Mon. Vat. I nr. 596.) Si quis tacito aetatis vel natalium defectu vel irregulariter — ad sacros ordines non promotus, ad sacros ordines ab alio quam loci diocesano promotus, reservatione apostolica vel iure alicuius alterius personae obsistente etc. — beneficium aliquod ecclesiasticum recepit et certum tempus possedit, a sede apostolica ei dispensatio de huiusmodi irregularitatis vel inhabilitatis macula impetranda fuit. In narratione talis litterae gratiosae de modo inhabilitatis petentis comperimus. Verbis: „Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo super praemissis de benignitate apostolica dignaremur" vel similibus littera talis ad dispositionem huius tenoris transit: „Nos igitur volentes te prosequi favoribus gratiosis, tuis supplicationibus inclinati, omnem inhabilitatis et infamiae maculam sive notam per te praemissorum occasione contractam auctoritate apostolica abolemus". Si litteram accipienti beneficium huiusmodi dimittendum erat, in fine additur: „Volumus tamen, quod dictum beneficium realiter et omnino dimittas." (Conf. nr.

443.) Dispensationes huiusmodi in editione nostra in extenso, nisi quod tenor earum notus fuerit, formulis communibus omissis typis dantur.

8. *Licentiae eligendi confessorem* arenga „Benigno sunt" inchoatae tenorem habent, qui sequitur: „Hinc est, quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati, vobis et vestrum cuilibet auctoritate apostolica indulgemus, ut aliquem idoneum et discretum presbyterum in vestrum possitis eligere confessorem, qui quociens oportunum fuerit, vestris confessionibus diligenter auditis pro commissis debitam vobis absolutionem impendat et iniungat poenitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter quae sedes apostolica sit merito consulenda" (Conf. Mon. Vat. I nr. 14, attende, quod ibi extrema clausula ab hac forma differt.)

9. *Licentiae, ut confessor in mortis articulo plenam peccatorum remissionem concedere possit*, hac forma conficiebantur. Arengam: „Provenit ex tuae devotionis" proprius tenor gratiae huius sequitur: „Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut confessor tuus, quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus et ore confessus fueris, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem tibi .... auctoritate apostolica concedere valeat, devotioni tuae tenore praesentium indulgemus ...." (Conf. Mon. Vat. I nr. 65).

10. *Licentiae de altari portatili* arenga: „Sincerae devotionis" inchoatae huius sunt tenoris: „Hinc est, quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi habere altare portatile, ... super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possis per proprium vel alium sacerdotem idoneum missam et alia divina officia sine iuris alieni praeiudicio in tua (et familiae tuae) praesentia facere celebrari, devotioni tuae tenore praesentium indulgemus." (Conf. Mon. Vat. I nr. 490.)

11. *Licentiae de celebratione missae ante diem* arenga „Sincerae devotionis" incipiunt. Tenor dispositionis litterarum hanc gratiam continentium est:

„Hinc est, quod nos .... tuis devotis supplicationibus inclinati, ut missam, antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, liceat tibi per proprium vel alium sacerdotem idoneum facere celebrari .... devotioni tuae auctoritate praesentium de speciali gratia indulgemus." (Conf. Mon. Vat. I nr. 444.)

11. *Licentiae de celebratione locis interdictis* arenga „Devotionis tuae" inchoatae huius sunt tenoris: „Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi praesentium indulgemus, ut, si forsan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis clausis ianuis ac excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce in tua et etiam familiarium tuorum domesticorum praesentia missam et alia divina officia facere celebrari, dummodo tu vel illi causam non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdici." (Conf. Tangl, Kanzleiordnungen pag. 310.)

Litterae sub nr. 8—11 nominatae in editione nostra regestis solum typis describuntur.

12. *Dispensationes de matrimonio iam contracto vel contrahendo*, aut forma litterae gratiam accipienti destinatae aut forma mandati ad executorem missi conficiebantur. Si matrimonium inter personas consanguinitatis vel affinitatis gra-

dibus se invicem contingentibus iam contractum erat, cancellaria apostolica plerumque mandati forma utebatur. In narratione de qualitate consanguinitatis vel affinitatis personarum, quae matrimonium tale contraxerant, et de supplicatione earum, ut cum iis de matrimonio iam contracto dispensetur, quia, si divortium inter ipsos fieret magna scandala et seditiones vel rancores inter consanguineos suboriri possent, certiores fimus. Dispositio huius est tenoris: ,,Nos igitur .... fraternitati tuae . . . mandamus, quatenus, si est ita, ipsis N. et N. ab invicem ad tempus, de quo tibi videbitur expedire, separatis, eos a dicta excommunicationis sententia, quam propter praemissa incurrisse noscuntur, auctoritate nostra iuxta ecclesiae formam absolvas .... et si tibi videatur expediens, quod huiusmodi dispensatio concedatur, super quo tuam conscientiam oneramus, cum eisdem N. et N., ut impedimento, quod ex consanguinitate huiusmodi provenit, non obstante, matrimonium invicem de novo contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere licite valeant, eadem auctoritate dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam decernendo."

(Conf. Tangl, Kanzleiordnungen pag. 348. Theiner, Mon. Pol. I pag. 534.)

Simplicior quoque nonnumquam forma dispensationis huius nobis occurrit, in qua mandatum de separatione coniugum deest, ut sequitur: „mandamus, quatenus, si ita est, cum eisdem N. et N. ut impedimento, quod ex consanguinitate huiusmodi provenit, non obstante, in dicto matrimonio licite remanere valeant, auctoritate nostra dispenses".

(Conf. Mon. Vat. I nr. 64.)

Si dispensatio de matrimonio contracto litterae gratiosae forma confecta fuit. mutatis mutandis illa simpliciori forma utebatur: „vobiscum, ut impedimento etc. ut supra .... dispensamus".

(Conf. Theiner, Mon. Pol. I pag. 584).

Si matrimonium inter consanguineos et affines nondum contractum fuit, a sede apostolica dispensatio de matrimonio huiusmodi contrahendo petenda erat. Narratio talis litterae simili modo, quo in dispensationibus de matrimonio iam contracto, gradum consanguinitatis vel affinitatis personarum, quae invicem matrimonium contrahere volunt, enumerat et de supplicatione earum ad sedem apostolicam loquitur. Accidit quoque, ut quidam de domibus principalibus prognatus supplicet, ut sibi super matrimonio cum quacunque muliere sibi aliquo consanguinitatis vel affinitatis gradu coniuncta dispensetur. In narratione de supplicatione eius huiusmodi comperimus. Dispositio dispensationum de matrimonio contrahendo huius est tenoris: ,,vobiscum, ut impedimentis, quae ex huiusmodi consanguinitate (vel affinitate) proveniunt, non obstantibus, matrimonium invicem libere contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere valeatis, auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali gratia dispensamus, prolem ex ipso suscipiendam matrimonio legitimam nunciantes", (mutatis mutandis mandati forma executoribus).

(Conf. Mon Vat. I nr. 50 et Mon. Vat. II. nr. 1271.)

In editione nostra dispensationes de matrimoniis maiore parte regestis tantum typis dantur.

C. Litterae secretae.

Litterae secretae quoad formam in tres praecipue partes sunt dividendae: *a*) epistolas, *b*) mandata, *c*) litteras. De formis epistolarum et mandatorum tractandum non mihi opus videtur, primo, quia a formis generaliter usitatis non valde differunt, deinde, quia epistolarum tenor non de fixis formulis et clausulis, ut tenor litterarum de gratia componitur, sed solutiori stilo secundum materiam, de qua tractatur, conficitur.

De litteris secretis hoc tomo typis datis media pars de variis litteris res camerae apostolicae tangentibus conficitur Non minima pars talium litterarum sunt facultates datae collectoribus aut missis apostolicis exigendi et recipiendi pecunias et fructus ad cameram apostolicam pertinentes et quitandi de eisdem. Forma, qua alicui potestas antedicta a sede apostolica datur, his verbis exprimi solet: „tibi quitandi et absolvendi (liberandi) N. N. de hiis, quae ab eis receperis (quae tibi tradiderint) . . . . plenam concedimus tenore praesentium potestatem (facultatem)". Si potestas talis nuncio alicui a sede apostolica misso, ut pecunias ad cameram apostolicam pertinentes ad sedem apostolicam deferat, datur, littera talis mandati formam habet, quo nuncio mandatur, ut pecuniam dictam recipiat. In fine mandati potestas absolvendi et quitandi tali nuncio conceditur.

Si facultas talis collectoribus sedis apostolicae inscribitur, formulam antedictam alia antecedit, qua collectori conceditur potestas petendi, exigendi, recipiendi a personis ecclesiasticis, capitulis, conventibus, collegiis pecuniarum et rerum quarumlibet quantitates et summas ecclesiae Romanae quovis titulo debitas. (Conf. nr. 281 et 418.) In editione nostra litterae secretae, iam notis exceptis, in extenso typis dantur.

D. Cameralia.

De litteris et actis camerae apostolicae in registris obligationum et solutionum et libris introitus et exitus nec non collectoriis descriptis sequentes in editione nostra saepius occurrunt:

1. *Obligationes servitiorum et annatarum* solvendarum. A quibuscunque praelatis occasione consecrationis eorum servitia, a quibuscunque beneficiatis, qui beneficium, cuius provisio quocunque titulo ad sedem apostolicam pertinebat, assecuti sunt, annatae camerae apostolicae solvendae erant. Obligationes, quibus praelati ad servitia solvenda se obligaverunt, huius tenoris erant:

„Tali die, indictione, anno, dominus N. promisit pro suo communi servitio (per . . . procuratores suos) . . . . x florenos auri et V servitia consueta, solvenda terminis talibus" (sequuntur termini, quibus debet solvere).
(Conf. nr. 150.)

Obligationes, quibus beneficiati ad annatas solvendas se obligaverunt, hoc modo conficiebantur: „Actum die etc., in domo domini N., clerici camerae apostolicae anno etc., qua die N. N. promisit solvere (finavit ratione provisionis sibi factae de tali beneficio et promisit) camerae apostolicae . . . . (pro annuali debito) x florenos auri de Florentia ponderis sententiae, (taxum) vel partem

mediam fructuum unius anni talis beneficii, de quo ei fuit provisum, (ratione provisionis sibi factae de tali beneficio) infra terminum talem sub poenis et obligationibus et clausulis consuetis (cum obligatione bonorum, iuramento, renuntiatione, submissione bonorum et sententiis consuetis). Praesentibus N. N."

Alia forma, qua obligationes annatarum solvendarum conficiebantur, haec erat: „N. N. fuit provisum tali data de tali beneficio . . . . Composuit die et anno talibus ad mediam partem fructuum . . . . solvendam camerae apostolicae pro annuali infra talem terminum: Praesentibus N. N.“

Eisdem formis mutatis mutandis camera utebatur, si obligatio non personaliter, sed per procuratores fiebat. Talis procurator, in se onus debiti recipiens, pro beneficiato promisit se annatam camerae apostolicae soluturum esse.

In fine compositionum saepe notae de prorogatione termini solvendi adscribuntur.

Conf. nr. 773 et 971.

2. *Quitationes de solutione servitiorum et annatarum.* Quitationes de solutione servitiorum hanc formam habebant.: ,,Universis etc. N. N. . . . . domini papae camerarius . . . . Ad universitatis vestrae notitiam tenore praesentium deducimus, quod dominus N. N. pro parte sui communis servitii (pro totali suo communi servitio), in quo . . . . erat camerae . . . . summi pontificis obligatus, x florenos auri praefatae camerae, nec non pro parte IIII servitiorum (pro totalibus IIII servitiis) familiarium et officialium domini nostri papae x florenos.... clericis camerae supradictae per manus N. N. . . . . solvi fecit. Datum etc.“ (Conf. nr. 160.)

E quitationibus de solutione annatarum una solum sub nr. 727 hoc tomo occurrit, quia in terris nostris maiore ex parte collectores annatas recipiebant et de eis beneficiatos in partibus quitabant; tales quitationes extant.[1])

3. *Visitationes praelatorum* ad limina apostolorum, ad quas omnes archiepiscopi, episcopi et alii praelati in certis terminis (bienniis, trienniis etc. secundum distantiam loci) obligati erant, aut personaliter aut per procuratores fiebant. Tales praelati aut procuratores eorum relationem status suae diocesis tradere et personaliter ante papam apparere debuerunt, nimirum non sine donis, quibus devotionem suam sedi apostolicae praestabant. Notae de visitatione tali hoc modo in registra obligationum et solutionum inscribebantur:

,,Die et anno talibus dominus N. episcopus (abbas) talis pro uno biennio proxime nunc transacto (pro duobus trienniis et similiter) personaliter (per. N. procuratorem suum) visitavit (sedem apostolicam cum devotione debita visitavit).“

Cameralia in editione nostra paucis exceptis in extenso typis dantur.

Capitulum hoc de formis praecipuis litterarum Innocentii VI. nunc ad exitum deductum copias formarum litterarum apostolicarum huius temporis longe non exhaurit, neque id consilium meum erat; nihil enim assequi volui, nisi ut lector litterarum in hoc tomo editarum, quarum maior pars in regestis solum typis descripta est, statim principalem tenorem formarum, quibus tales litterae conficiebantur, invenire posset.

---

[1]) Conf. Krofta, Kurie, Čes. čas. hist. XII pag. 446.

Modus, quo litterae huius tomi typis describuntur, a tomis iam editis non multum differt. Regulae in tomo primo pag. IX inveniuntur. In adnotationibus textui subiunctis litterae *R. Av.* registra Avinionensia, *R. Vat.* registra Vaticana, *R. Suppl.* registra Supplicationum, *Archet.* archetypa, *Coll.* collectorias, *Coll. Alam.* collectorias Alamanniae, *Obl. et Sol.* libros obligationum et solutionum, *Int. et Exit.* libros introitus et exitus significant.

A primo tomo editio nostra hoc solum differt, quod secundum instructionem historicae deputationis litterae typis hic descriptae plus abbreviantur.

Omnes litterae, quae formas saepe usitatas continent, ut litterae de canonicatu sub expectatione praebendae, de beneficiis vacaturis etc., ut iam supra adnotavimus, brevibus regestis typis dantur. Eodem modo litterae, quae de aliis publicationibus iam cognitae sunt, aut quorum tenorem iam supplicationes continent, typis describuntur. Cameralia solum, quorum tenor brevis esse solet quorumque descriptio regestis inutilis esset, exceptionem faciunt.

Litterae, quae dioceses extraneas tangunt et solum indirecte ad terras nostras pertinent, si, ut exemplo utar, alicui Bohemo aliqua gratia in extranea diocesi fit, simili modo regestis tantum typis dantur. De litteris Carolum imperatorem tangentibus tales, quae solum ad res imperii Romani pertinent, omissae sunt. Quare etiam litterae ad coronationem Caroli IV. in imperatorem Romanorum pertinentes in hac editione desunt.

IV

Tabellae.

A. Supplicationes.

Bohemia*) (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Nr. 5, 19, 26, 33, 47 49, 67, 82, 94, 100, 115, 120, 130, 132, 135, 139, 148, 153, 156, 161, 163, 164, 174, 179, 185, 188, 191, 192, 196, 198, 205, 206, 209, 214, 230, 236, 239, 245, 247, 249, 259, 261, 266, 268, 283, 299, 311, 318, 320, 342, 352, 360, 370, 382, 384, 388, 390, 396, 547, 565, 587. 589, 595, 597, 599, 603, 612, 614, 617, 638, 653, 670, 684, 693, 698, 703, 716, 717, 719, 728, 729, 741, 744, 746, 748, 750, 752, 766, 789, 797, 798, 811, 812, 815, 816, 843, 844, 856, 873, 877, 880, 913, 915, 917, 921, 926, 928, 932, 938, 947, 951, 956, 959, 960, 962, 973, 981, 992, 998, 1000, 1002, 1009, 1012, 1018, 1026, 1033, 1035, 1037, 1040, 1043, 1047, 1060, 1063, 1067, 1068, 1091, 1097, 1106, 1108, 1115, 1119, 1126, 1131, 1135, 1138, 1143, 1153, 1169, 1170, 1174, 1176, 1197, 1198, 1200, 1203, 1207, 1234, 1243, 1251, 1254, 1260, 1264, 1266, 1280, 1281, 1286.	43, 60, 67, 78, 82, 189, 198, 236, 239, 248, 270, 303, 305, 311, 323, 352, 359, 360, 399, 565, 581, 583, 585, 591, 605, 608, 610, 617, 623, 651, 655, 664, 668, 674, 677, 740, 752, 778, 780, 782, 791, 822, 837, 849, 856, 908, 917, 924, 932, 938, 963, 968, 978, 981, 985, 1021, 1047, 1060, 1067, 1114, 1119, 1120, 1122, 1153, 1159, 1171, 1174, 1196, 1206, 1207, 1208, 1234 1245, 1280, 1284.	23, 26, 37, 51, 60, 65 67, 78, 82, 96, 102, 118, 146, 168, 170, 192, 226, 228, 230, 233, 235, 239, 261, 265, 285, 287, 300, 323, 352, 360, 369, 371, 565, 571, 594, 601, 631, 647, 667, 672, 674, 687, 711, 734, 737, 752, 768, 771, 808, 826, 842, 877, 938, 963, 973, 981, 985, 996, 1047, 1052, 1082, 1086, 1094, 1099, 1115, 1122, 1123, 1125, 1128, 1139, 1142, 1143, 1146, 1152, 1157, 1174, 1184, 1200, 1213, 1234, 1241, 1280.	5, 26, 33, 60, 65, 80, 82, 92, 98, 102, 122, 157, 165, 170, 181, 192, 209, 213, 222, 232, 235, 248, 251, 256, 259, 260, 261, 263, 265, 289, 291, 293, 300, 305, 317, 321, 335, 336, 339, 350, 351, 352, 360, 369, 373, 378, 381, 384, 549, 552, 557, 560, 561, 565. 575, 577, 593, 609, 617, 620, 621, 625, 640, 642, 653, 662, 674, 686, 689, 704, 712, 720, 722, 726, 729, 738, 752, 767, 770, 794, 804, 839, 842, 877, 932, 938, 947, 972, 973, 980, 981, 988, 1026, 1033, 1040, 1060, 1075, 1091, 1105, 1110, 1115, 1123, 1142, 1146, 1159, 1168, 1173, 1176, 1178, 1183, 1184, 1193, 1195, 1198, 1200, 1203, 1212, 1213, 1228, 1239, 1240, 1251, 1254, 1255, 1267, 1268, 1269, 1286, 1287.

*) In prima columna numeri sunt supplicationum huius tomi Bohemiam tangentes, in secunda Moraviam, in tertia Silesiam, in quarta alias dioc. diversas tangentes. Eodem modo inferius numeri litterarum etc. in quatuor columnas divisae sunt.

B. Litterae.

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Provisiones de *beneficiis* (canonicatibus cum praebenda, dignitatibus, ecclesiis, altaribus etc.) *vacantibus*.	Alicui providetur de beneficio vacante. (Exemplum Mon. Vat. I. nr. 9, Mon. Vat. II. nr. 527.)	448, 459, 527, 639, 718, 790, 855, 858, 859, 949, 950, 1098, 1107, 1261, 1299.	458, 526, 665, 838.	38, 39, 40, 543, 735, 1100, 1242.	134. 221, 441, 478, 481, 486, 528, 544, 550, 562, 574, 579, 641, 948, 1113, 1256, 1262. 1289, 1294.
	Tribus executoribus mandatur, ut alicui de beneficio vacante provideant. (Exemplum sub nr. 35.)	25, 35, 131, 140, 141, 149, 424, 444, 731, 1036, 1093.	401, 454, 730. 781, 783.	119, 524.	91, 252, 294, 567, 580. 646, 721, 739, 795, 796, 1194, 1291, 1292, 1318.
	Uni executori mandatur, ut alicui de beneficio vacante provideat. (Exemplum sub nr. 34.)	34, 460, 747, 1013, 1201, 1202, 1252.	805, 857.	421.	480, 622, 1253, 1274, 1282, 1283.
Provisiones de *beneficiis vacaturis*.	Alicui reservatur beneficium, si vacat vel cum vacaverit. (Exemplum Mon. Vat. I. nr. 2, Mon. Vat. II. nr. 451.)	133, 215. 267, 268, 319, 451, 452, 453, 548, 590, 596, 598, 600, 604, 671, 916, 918, 961. 993, 999, 1001, 1109, 1136, 1137, 1244.	111, 271, 430, 582, 584, 586, 592, 606, 619, 624, 920, 944, 969, 979, 1022, 1051.	15, 105, 107, 109, 113, 231, 234, 368, 372, 450, 464, 533, 572, 602, 688, 769, 827, 1087, 1118, 1144, 1185.	61, 112, 330, 615, 817, 1154. 1199, 1210.
	Uni executori mandatur, ut alicui beneficium, si vacat vel cum vacaverit, reservet. (Exemplum Mon. Vat. I. nr. 521, Mon. Vat. II. nr. 408.)	16, 86, 246, 354, 364. 389, 408, 414, 465. 470, 490, 759, 760, 813, 814 879, 935, 936, 941, 943, 1042, 1175, 1301, 1302.	306, 308, 367. 409, 489, 676, 919, 940, 987, 1237, 1246	762, 765, 997. 1049, 1236.	967.
Provisiones de *canonicatu sub expectatione praebendae*.	Alicui providetur de canonicatu sub expectatione praebendae. (Exemplum Mon. Vat. I. nr. 6.)	6, 36, 88. 383, 504, 588, 845, 1116.	44, 201, 237, 366, 964, 1062.	24, 229, 568, 756, 986, 1117, 1129.	7, 9, 13, 14. 31, 64, 93. 114, 144, 158, 223, 264, 274. 340, 380, 484, 553, 576 618, 633, 1111. 1315.

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Provisiones de *canonicatu sub expectatione praebendae.*	Tribus executoribus mandatur, ut alicui de canonicatu sub expectatione praebendae provideant.				81.
	Uni executori mandatur, ut alicui de canonicatu sub expectatione praebendae provideat. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 304.)	28, 32, 41, 87, 89, 99, 110, 200, 353, 358, 391, 397, 398, 411, 436, 468, 471, 476, 757, 869, 878, 984, 1028, 1177, 1300.	63, 84, 238, 355, 365, 412, 467, 507, 532, 761. 909, 966, 982, 1050, 1172. 1238.	62, 85. 97, 103, 108, 219, 288. 357, 413, 466, 483, 503, 632 648, 1124.	27, 29, 30, 79, 106, 273, 309, 322, 356, 362, 363, 376, 379, 422, 475, 705, 713, 934, 983, 1025, 1027, 1041, 1205.
Provisiones canonicis de *praebendis.*	Alicui canonico praebenda reservatur. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 118.)		937.		989.
	Uni executori mandatur, ut alicui canonico praebendam reservet.	101.			
Provisiones de *dignitate vel personatu aut officio.*	Alicui providetur de canonicatu sub expectatione praebendae, dignitatis vel personatus aut officii. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 87.)	50, 83, 906.	925.		
	Alicui canonico reservatur dignitas vel personatus aut officium. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 52.)	95, 566, 871.		104, 427, 809.	
	Uni executori mandatur, ut alicui canonico dignitatem vel personatum aut officium reservet.	755.	307, 487, 758.	482, 942, 1140.	186, 764.
	Alicui personae dignitas vel personatus aut officium reservatur.			673, 965.	
Provisiones de *beneficiis certo modo vacaturis.*	Alicui providetur de beneficio certo modo vacaturo. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 11.)	929.		147.	58, 253, 438, 439, 810.
	Uni executori mandatur, ut alicui de beneficio certo modo vacaturo provideat. (Exemplum sub. nr. 304.)		284, 304.		626, 627.
	Provisiones *motu proprio.* (Exemplum sub. nr. 906.)	855, 906, 950.	925.		137, 216.

			Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Confirmationes.		Alicui confirmatur (de novo providetur) beneficium per acceptationem, collationem, electionem iam impetratum. (Exemplum sub nr. 479.)	456, 461, 479, 518, 874, 927 (elect.), 1010, 1132, 1285.	652, 656, 792, 793.	227, 1158.	521, 539, 819, 840
Confirmationes.		Alicui confirmatur provisio a Clemente VI. facta.		173.		8, 11.
Permutationes.		Alicui beneficium pro alio beneficio permutatum confirmatur seu ei de beneficio huiusmodi providetur. (Exemplum sub nr. 1069.)	1069, 1070.	457.	171.	48, 347, 455, 457, 836, 872, 1288.
Permutationes.		Alicui indulgetur, ut beneficium suum pro alio permutare valeat. (Exemplum sub nr. 410.)	410.			
Surrogationes.		Aliquis surrogatur in ius, quod litiganti de beneficio et lite pendente decesso competebat. (Exemplum sub nr. 669.)	957, 1127.	669.		
Surrogationes.		Executoribus mandatur, ut aliquis in ius, quod litiganti et lite pendente decesso competebat, surrogetur.		1293.		
		Concessiones archiepiscopo, ut de aliquibus beneficiis providere valeat.	754, 1163, 1265.			
		Provisiones praelatorum. (Exemplum sub nr. 802.)	145, 325, 802, 876, 1008, 1080.			3, 1231.
		Conservatoriae. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 92.)	298, 345, 955, 1187, 1303.		1096.	416, 578, 945.
Litterae *monasteria* tangentes	*Fundationes monasteriorum.*	Licentiae fundandi, construendi, recipiendi monasteria seu domus. (Exemplum sub nr. 1020.)	241, 417, 685, 742, 743, 1020.	240. 462		166.
Litterae *monasteria* tangentes	*Fundationes monasteriorum.*	Confirmationes fundationis monasteriorum.	685.			
Litterae *monasteria* tangentes	*Fundationes monasteriorum.*	Executori mandatur, ut fundationem monasterii confirmet.			242.	
Litterae *monasteria* tangentes		Confirmationes incorporationis ecclesiarum seu capellarum monasteriis. (Exemplum sub nr. 428.)	199, 428.	190.	169.	

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Litterae *monasteria* tangentes.	Concessiones abbatibus (praepositis monasteriorum), ut insigniis pontificalibus uti et benedictionem solennem elargiri possint. (Exemplum sub nr. 751.)	21, 751, 990, 1145, 1204			
	Mandata executoribus de monachis in monasterium recipiendis.	313.		286.	
	Mandata executoribus de recessis ab ordine et reconciliari cupientibus.	277.			
	Concessiones mulieribus libere ingrediendi monasterium. (Exemplum sub nr. 491.)	491, 492, 493, 699, 700, 701, 702, 745, 1045, 1046.			763.
Indulgentiae.	Litterae indulgentiarum. (Exemplum sub nr. 914 et 1298.)	154, 177, 197, 210, 343, 881, 887, 888, 889, 904, 914, 922, 923, 1044, 1048, 1235, 1298.			210.
	Praelatis conceditur, ut indulgentias elargiri valeant.	250.			
Dispensationes clericorum.	Dispensationes *de non residendo* apud ecclesiam et fructibus de eadem percipiendis.	1061.			437, 1061
	Dispensationes illegitime genitis, ut *defectu natalium* non obstante ad sacros ordines promoveri possint. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 21.)	68, 69, 70, 71, 72, 76, 77, 613, 706, 958.	74, 75, 611, 680, 824.	73.	
	Dispensationes super *aetatis defectu*. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 596.)	477		477, 933 939.	795.
	Dispensationes ab *inhabilitatis* vel *irregularitatis* macula. (Exemplum sub nr. 443.)	423, 443, 1011, 1092.	400.		90, 385.
	Litterae super tabellionatus officio.			520.	

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Licentiae diversae.	Licentiae *testandi*. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 244.)	155.	324		
	Licentiae *eligendi confessorem*. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 14.)	178, 180, 262. 1304	138		
	Licentiae, ut confessor *in mortis articulo* peccatorum *remissionem* concedere possit. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 65.)	22, 117, 121, 162, 193, 290, 386 472, 488, 494, 495 496, 497, 498, 501, 509. 510, 511, 512, 513, 514, 515, 530, 531. 536, 537, 563, 643, 644, 649, 663, 682, 694. 695, 696, 697. 803, 806, 807, 825. 882, 883, 884, 885, 892, 893, 894, 895, 897, 898 899, 900, 901, 930, 954, 1029, 1030, 1031, 1032, 1038, 1056. 1059, 1064, 1065. 1130, 1162, 1270, 1272, 1273, 1277. 1278, 1279, 1309, 1310. 1311, 1312, 1313, 1316	346, 499, 500, 538, 573, 628, 645, 678, 681, 823, 886, 896, 931, 1054, 1055, 1081. 1155.	194, 258, 301, 502, 635, 636. 828, 829 830. 831, 832, 834, 835. 890, 891, 1004 1007, 1023, 1066, 1084, 1148, 1151, 1258, 1297, 1307.	
	Licentiae de *altari portatili*. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 490.)	20, 175, 425, 1306.	679		
	Licentiae de *celebratione missae ante diem*. (Exemplum Mon. Vat. I nr. 444.)	176, 736, 1053, 1209, 1305.	833		
	Licentiae de *celebratione* divinorum *in locis interdictis*. (Exemplum Tangl, Kanzleiordnungen p. 310.)	207, 208, 753.			

	Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Dispensationes super *matrimonio* contracto vel contrahendo. (Exempla Tangl, Kanzleiordnungen p. 348, Mon. Vat. I nr. 64 et nr. 50, Mon. Vat. II. nr. 1271.)	55, 56, 116, 136, 683, 1003, 1189, 1271.	56, 1083, 1160	66, 225, 675 1083	56, 66, 225, 1160.
Concessiones cardinali, ut suum *archidiaconatum visitare* et procurationes recipere valeat. (Exemplum Tangl, Kanzleiordnungen pag. 335.)				42, 282, 542, 710.
Litterae *securi conductus*. (Exemplum Mon. Vat. I. nr. 470.)		1085.	1321.	4, 426, 1211.
Mandata executoribus *in causis* audiendis vel decidendis.	715, 1039, 1308.	292.		349.
Diversae litterae.	45, 128, 152, 159, 195, 210, 211, 217, 220, 297, 331, 338, 344, 392, 394, 395, 415, 525, 654, 749, 851, 875, 905, 1019, 1034, 1165, 1186, 1249, 1265.	297, 312, 1165, 1221.	167, 297, 361, 473, 1078, 1147.	10, 46, 54, 124, 210, 211, 218, 224, 254, 272, 297, 329, 415, 559, 733, 820, 875, 902, 1034, 1149, 1150
Litterae *secretae*. Epistolae. { Epistolae missionem et receptionem nunciorum et litterarum tangentes.	17, *57*,*) *59*, *151*, 204, 243, *279*, 295, 296, 328, 377, *387*, 431, *440*, *505*, 517, *616*, 650, *690*, 970, 1192, 1214, 1218, 1247, 1248.	295, 517.	295, *1322*.	310, *505*, 517, 970, 1214, 1218, 1247, 1248.
Litterae *secretae*. Epistolae. { Epistolae res camerae apostolicae tangentes.	*126*, *182*, 276, 295, *326*, 420, *485*, 558, 634.	295.	295, *485*.	276 558.

*) Numeri typis huiusmodi dati litteras tales in archetypis conservatas esse indicant.

			Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
Litterae *secretae*.	Epistolae.	Epistolae variae.	*143*, 203, *341*, *348*, *419*, *821*, *846*, *847*, 903, 910, 995, 1057, 1058, 1076, 1101, 1179, 1180, 1223, 1224, 1225, 1226, 1227, 1230, 1233.*)	*341*, *432*, 445, *446*, 449, *546*, *551*, 1221	*393*.	*341*, *348*, *508*, *546*, *551*, *846*, 910, 995, 1057, 1058, 1076, 1101, 1179, 1180, 1219, 1220, 1221, 1222, 1223, 1224, 1225, 1226, 1227, 1230, 1233.
	Mandata.	Mandata collectoribus et episcopis res camerae apostolicae tangentia.	1, 123, *127*, *183*, 244, 280, 302, 337, *434*, *569*, 708, 841, *852*, *853*, *854*, *860*.	*853*.	*433*, *434*	*853*.
		Mandata visitationes spectantia. (Exemplum sub nr. 275.)	275, *374*, 375,	375.	375.	375.
	Litterae.	Potestates exigendi et recipiendi pecuniam et fructus ad cameram apostolicam pertinentes et quitandi de eisdem. (Exempla sub nr. 281 et 418.)	*129*, *184*, 281, 405, *418*, *861*	405.	405.	405.
		Litterae diversae res camerae apostolicae tangentes.	327, *850*, *911*.		*523*.	*523*.
		Litterae secretae diversae.	912, 1215, 1216, 1217.	447, *545*.	*564*, *1321*.	2, 4, *506*, 516, *545*, 912, 1215, 1216, 1217.

C. Cameralia.

		Bohemia	Moravia	Silesia	Dioc. diversae
Cameralia.	Quitationes et notae de solutione annatarum.	1276	727.		
	Quitationes et notae de solutione servitiorum.	160, 315, 316, 407, 1017, 1102, (1166), 1167, (1181), 1182, (1190), 1191, (1275)	142.		255, 519, 555, 784, 1006, 1024, 1296.

*) Epistolae cuiuslibet tenoris ad Carolum IV in Bohemiam missae etiam sub hac rubrica (»Bohemia«) ponuntur.

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc)	Silesia (Vratislavlensis dioc.)	Dioc. diversae
Cameralia.	Obligationes ad servitia solvenda. (Exemplum sub nr. 150.)	150, 334.			1250
	Obligationes (compositiones) ad annatas solvendas. (Exempla sub nr. 773 et 971.)	469, 534, 535, 723, 724, 725, 776, 777, 799, 862, 863, 866, 946, 952, 953, 971, 975, 994, 1014, 1015, 1016, 1073, 1074, 1079, 1103, 1104, 1121, 1133, 1134, 1141, 1257, 1263, 1314, 1317.	403, 657, 661, 666, 692, 714, 786, 787, 788, 800, 866, 867, 991, 1072, 1229, 1323.	541, 772, 773, 774, 1112, 1161, 1290.	522, 529, 540, 554, 570, 607, 629, 630, 775, 785, 801, 848, 865, 867, 952, 1088, 1295.
	Prorogationes termini servitiorum solvendorum		125		
	Prorogationes termini annatarum solvendarum.		907.	1005.	1188.
	Visitationes praelatorum.	18, 429, 691, 1071.	202, 637, 1077.		257, 1259.
	Cameralia diversa.	12, 52, 53, 212, 278, 314, 332, 333, 402, 406, 435, 442, 463, 707, 709, 732, 779, 818, 864, 868, 870, 977, 1156, 1164, 1319, 1320	404, 658, 659, 660, 732, 1319.	172, 435, 474, 974, 976, 1089, 1090, 1095.	12, 52, 53, 212, 278, 314, 332, 442, 556, 707, 709, 818, 864, 1164, 1232, 1319, 1320.

D. Gratiae per supplicationes tantum per simplex „Fiat“ concessae.

	Bohemia	Moravia	Silesia	Dioc. diversae
Provisiones de *beneficiis vacantibus.*	33 (2)*), 716, 728, 729, 1251.	655, 778, 1196, 1206.	752, 771.	263, 289, 291, 335, 351, 373, 381, 565, 593, 642, 653, 712, 729, 767, 804, 1176, 1183, 1195, 1200, 1212, 1239, 1240, 1268, 1269.

*) Numeri uncinis inclusi, quot gratiae generis in prima columna expressi in numero antecedente sint concessae, indicant.

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
	Provisiones de *beneficiis vacaturis*.	320, 565, 614, 797, 798, 1119, 1174, 1176, 1203 (2), 1207.	608, 849, 1120 (2), 1122, 1207.	594, 672, 711, 877, 963, 1122, 1152, 1280.	317, 577, 609, 689, 980, 1115, 1184, 1213.
	Provisiones de *canonicatu sub expectatione praebendae*.	26 (2), 82 (3), 352, 752, 843, 1138, 1198, 1203, 1280 (2), 1281.	917 (3), 1119, 1174, 1207, 1280.	26 (2), 51, 60, 768, 842, 877, 1052, 1082, 1122 (2), 1174, 1213.	5, 26, 82, 102, 235, 378, 552, 557, 560, 674, 686, 842, 877, 1040, 1075, 1123, 1178, 1203.
	Provisiones *canonicis de praebendis*.	1203.			
Provisiones de *dignitate* vel *personatu* aut *officio*.	Provisiones de canonicatu sub expectatione praebendae, dignitatis vel personatus aut officii.				82, 181, 565, 674, 1075.
	Provisiones de dignitate vel personatu aut officio.	26.	565.	360.	
	Provisiones canonicis de dignitatibus factae.			1128.	
	Provisiones de *beneficiis certo modo vacaturis*.				261.
	Confirmationes (novae provisiones) *beneficiorum* per acceptationem vel collationem iam *impetratorum*.	163, 719, 752, 873, 973 (2), 1067 (3), 1091, 1153 (2), 1169, 1266	752, 1067, 1153.	226, 737, 973 (2).	98, 350, 620, 722, 972, 973, 1091, 1203, 1228, 1267.
	Confirmationes *permutationum* (provisiones de beneficiis permutatis).	1286.	248, 655.	1142.	213, 1142, 1286.
	Uniones beneficiorum	1203.			
	Conservatoriae.	299, 928.		667, 1094.	
Gratiae *monasteria* tangentes.	Confirmationes fundationum monasteriorum.	100.			
	Incorporationes ecclesiarum monasteriis.	156.			
	Gratiae de monachis in monasterium recipiendis.	82.			
	Concessiones libere ingrediendi monasterium.	1200.			

		Bohemia (Pragensis et Luthomuslensis dioc.)	Moravia (Olomucensis dioc.)	Silesia (Vratislaviensis dioc.)	Dioc. diversae
	Indulgentiae.	617, 684, 703, 1197, 1203.	740, 1114 (2), 1120.		938.
	Gratiae super fundandis capellis seu altaribus.	703. 1197.	359.		938.
Dispensationes clericorum.	Dispensationes *de non residendo* apud ecclesiam et de fructibus de eadem recipiendis.	640.			82, 640, 1269.
	Dispensationes illegitime genitis, ut *defectu natalium* non obstante ad sacros ordines promoveri possint.	67, 816.			82, 163.
	Dispensationes ab *inhabilitatis* vel *irregularitatis* macula.				98.
Licentiae diversae.	Licentia *visitandi sepulcrum dominicum* et alia loca ultramarina.	174, 179, 188, 880, 1135.		228	1063.
	Licentiae *eligendi confessorem.*	122. 1200.	78.		
	Licentiae, ut confessor *in mortis articulo* peccatorum *remissionem* concedere possit.	174, 179, 191, 192 (2), 230, 236, 299, 693 (2), 811, 880 (2), 962, 1114, 1198, 1200, 1208.	822. 1114.	228, 880, 1146.	662, 962, 1063
	Licentiae de *altari portatili.*	880.			
	Licentiae de *celebratione* missae et *divinorum.*	230.		228.	
	Licentiae de *celebratione* missae *ante diem.*	880.			
	Licentiae *de celebratione* divinorum *in locis interdictis.*		78.		
	Dispensationes super *matrimonio* contracto vel contrahendo.	1254.		1125.	1254.
	Diversae gratiae.	164 (2), 192, 205, 236, 247, 259, 370, 752 (4), 815, 913, 959, 1037, 1170, 1200 (3).	236, 323, 985.	65, 261, 323, 369, 1094, 1146 (2).	259, 336, 642, 726, 770, 1105, 1173.

V. QUOMODO DOCUMENTA HUIUS EDITIONIS PATRIAE HISTORIAM ILLUSTRENT.

Reservationibus generalibus et specialibus sedes apostolica omnia fere dignitates et beneficia ecclesiastica contingentia iura, quae prius ad episcopatum, capitula, patronos ecclesiasticos pertinebant, saeculo XIV currente ad suas pertraxit partes. Quae concentratio clero in certamine cum potestate civili ac praesertim in illis partibus, ubi principes independenti ecclesiae evolutioni sese ingerebant eamque turbabant, procul dubio multum profuit, sed mala, quae inde emanarunt, bonum illum effectum valde superabant. In parvo enim dioceseos circulo illos, qui beneficia petebant, nosse eorumque dignitatem et mores respicere (quin utique semper sic fieret) haud difficile, rebus autem tali modo in curia concentratis impossibile erat. Longa supplicantium cotidie in curiam advenientium agmina petitionesque a principibus, universitatibus, praelatis, nobilibus ad curiam missas ac rotulos super superque impletos cancellaria pontificia — etiamsi voluisset — perspecta habere nequaquam potuit. Tantae moli petitionum nonnisi formaliter potuit provideri, nullo respectu habito personalium proprietatum illorum, qui beneficia petebant.

Quam rerum faiem laconicum illud „fiat de omnibus", quod in fine prolixorum rotulorum occurrit, optime exprimit. Candidatorum examina, quae aut in curia aut coram executoribus in diocesi fiebant, non alium habebant finem, nisi ut formae praescriptae satisfieret. Qua ratione evenit, ut complura per dioceses beneficia talibus sint collata, qui locum ignorantes atque saepius linguam non callentes curam fidelium prospere gerere nullo modo valebant. Si quis enim supplicationes ad curiam missas accuratius inspexerit, facile videbit viros beneficia petentes maximam partem venisse ex clero, qui in magnis et parvis aulis principum cum saecularium tum spiritualium varia praestabat ministeria, atque haud paucos fuisse ministros et officiales curiae Romanae. Qui omnes in aularum, cancellariarum, nec non vitae publicae officiis victum quaerebant officiaque ecclesiastica non ut finem vitae, sed quasi medium ad alium finem, videlicet ad vitae prosperitatem desiderabant. Qua in re ne universitatum quidem rotuli eximi possunt; qui in iis occurrunt petentes, maiore ex parte pari modo alios fines prae oculis habebant.

Talem provisionum rationem animarum curae minime profuisse perspicitur. Clerus domesticus optimas praebendas illis, qui diocesim vix ac ne vix quidem viderant, conferri seque perpetuo postponi et non nisi pauperes vicariatus praebendarum obtinere, dum proprii earum possessores interim in huius vel illius principis degebant aula, aegre ferebat et ipse quoque fortunae inhians tritam illam ad curiam pontificis viam ingressus est, quo facto et candidatorum creverunt agmina et beneficiorum ambitio invaluit.

Sed alius, qui ex hoc provisionum systemate sequebatur fructus, multo magis iniquus erat, scilicet qui fiscum ecclesiae spectabat. Pro quavis praelatura obtenta haud parva servitia, pro quolibet beneficio annatae, quae dimidiam fere annuorum proventuum partem aequabant, pro quavis expectativa pariter taxae, quas supra iam commemoravimus, solvebantur, quae exactiones principalem red-

dituum curiae fontem constituebant. In servitiis et annatis istud pessimum erat, quod aequaliter dispertiri non poterant. Nonnulla beneficia sede saepius vacante penitus fere exhauriri potuerunt, dum alia per tota decennia ab illis immunia manserunt.

Modus quoque, quo tum a collectoribus papalibus in diocesi residentibus, tum a variis eorum agentibus exigebantur, quorum fama haud raro non erat optima, displicebat. Quo pacto curia in populo facillime simoniae notam incurrit — insatiabilitas et avaritia Romana proverbii instar erant, de ingentibus pecuniis ad curiam confluentibus mirae fabulae narrabantur.[39])

Exactiones cuiusvis generis vix umquam subditis placent et scandalum, quod eas sequitur, communiter cadit in eum, qui eas praecipit. Hic exactionum modus cum religione cohaerens, hae fabulae de aerario curiae apostolicae auro repleto oppositionem non evocare non poterant.

Adde saeculum XIV viva adhuc memoria tenuisse s. Franciscum de Assisi, „imitatorem evangelicae paupertatis effectum", cuius evangelium per sequaces suos, fratres de ordine Minorum, mille fluxit fontibus in totam Europam multumque in plebem influebat. Huic exemplari si comparabant fideles statum curiae, conclusio non erat in favorem eius.

Hic modus reservandi beneficia mox impugnari coeptus est. Inde a concilio Viennensi, in quo iam vox contraria audita est, usque ad finem saeculi XIV tota series scriptorum ecclesiasticorum reservationes et expectativas sicut praecipuam corrupti ecclesiae status causam designat.[40])

Res ecclesiasticae non utique eaedem erant in tota christianitate. Modus reservandi praesertim in occidente prius locum habuit, quam in terris nostris; cum enim in Anglia et Francia iam floreret, apud nos prima demum cepit initia. Pro generali rerum facie — in occidentali imprimis Europa — cognoscenda egregium opus J. Haller sequi potuimus, pro terris nostris Camilli Krofta opera[41]) inaestimabilis nobis erant pretii. Cum Angliam et Franciam iam Clemente V. sedem tenente provisiones inundavissent, Krofta pro tempore Joannem XXII. (1316—1334) praecedente 10 solummodo provisiones papales beneficiorum in terris bohemicis notat, pro tempore Joannis XXII. vero iam 250 enumerat.[42]) Saeculo XIV currente modum beneficia per provisiones conferendi de die in diem crevisse Krofta cathedralis ecclesiae Pragensis exemplo demonstrat. Quae Clemente VI. (1342—1352) pontificatum tenente provisionibus adeo inundata erat, „ut beneficium aliquod in eadem alio modo quam per provisionem apostolicam assequi impossibile fere evaserit". Idem auctor ostendit ex huiusmodi provisionibus praecipuum fructum tulisse exteros curiae aut bohemicae aulae regiae pro-

---

[39]) Conf. Haller, Papsthum und Kirchenreform, pag. 133.

[40]) Relego ad ea, quae de concilio Viennensi et de adversariis variorum ecclesiasticarum rerum scriptorum saeculi XIV. vocibus (Marsilius de Padua, Guilelmus Ockam, autor „Squalorum curiae Romanae" et „Speculi aurei" et al.) scripsit J. Haller in suo opere: Papstthum und Kirchenreform, pag. 55—57, 60—63, 74—82, 158—159 et aliis locis.

[41]) Krofta, Kurie a církevní správa zemí českých v době předhusitské. Čes. čas. hist. X. et XII. — Krofta, Řím a Čechy před hnutím husitským. Sborník Gollův, pag. 178—194.

[42]) Krofta, Řím a Čechy, pag. 186

pinquos, quae, cum Bohemiae rex simul Romanorum imperator esset, characterem magna ex parte parum bohemicum prae se tulisset, ex clero vero domestico eos tantum provisionum participes fuisse, qui aeque ac illi curiae aut aulae bohemicae ministeria praestitissent.[43]) Quos parvam tantum totius cleri in Bohemia partem constituisse per se patet. In aliis ecclesiis cathedralibus et collegiatis res non erant meliores. Tantum igitur abest, ut Krofta perniciosum istud systema apud nos evolutum esse soli curiae vitio vertat, ut illo praesertim tempore, quo Bohemiae rex imperator factus est, aulam regiam culpae participem fuisse demonstret.

Cum provisionibus papalibus aliud malum, res ecclesiasticas illius temporis in Bohemia premens, cohaeret [quod, si priora tempora conferas, multo evasit gravius], videlicet beneficiorum cumulatio. Quae tunc temporis in Bohemia iam non insolita, provisionibus apostolicis plurimum iuvabatur, cum istae aut ministris aulae regiae aut — haud adeo frequenter — personis curiae propinquis obtingerent.[44]) Sic etiam hac in causa magnam in rebus ecclesiasticis in peius ruentibus partem habuit potestas civilis.

Simul cum provisionibus fiscalis apparatus curiae terras nostras totus invasit. Servitia annataeque demum circa a 1320 apud nos solvi coepta sunt. Hynco, episcopus Olomucensis a. 1326 a curia nominatus, primus inter episcopos bohemicos ad servitia solvenda se obligavit.[45]) De exactione annatarum de beneficiis bohemicis prima, quae habetur, nota historica anno 1316 de solutione anno 1320 occurrit.[46]) Temporibus Clementis VI. et praesertim Innocentii VI., qui tales annatas „usque ad suum beneplacitum“[47]) sibi reservavit, annatae per repetitas reservationes ipsarum de beneficiis curiae reservatis reditus ordinarii camerae pontificiae factae sunt. In terris nostris communiter per collectores in terra residentes exigebantur, at praeterea directe mittebantur camerae pontificiae, qui mos invaluit in Germania, ubi collectorum usus non probabatur.[48])

Hoc modo evenit, ut brevi viginti annorum spatio terrae bohemicae, quae hucusque intactae fere manserant eiusdem mali, quod iam dudum Europam occidentalem inundaverat, vi atque impetu correptae, imo mox in summum verticem collapsae sint eo, quod Bohemiae rege imperium Romanum obtinente Bohemia eiusdem imperii centrum facta est.

Carolus IV., cum curia familialiter uteretur, minime impediebat, quominus papalis iste modus administrandi et fiscum regendi in terris suis evolveretur, moxque florem eius videre potuit Bohemia, ubi imperator residebat, gravissime tacta est.[49])

Omnibus saeculis praecedentibus tot bullae pontificiae in Bohemiam non venerunt, quot Carolo IV. regnante.

---

[43]) Krofta, Kurie, Čes. čas. hist., XII pag. 298.
[44]) Krofta, l. r. pag. 433.
[45]) Krofta l. c. pag. 20.
[46]) Krofta l. c. pag. 442.
[47]) Monumenta Boh. Vat. II. nr. 569, Krofta l. c. pag. 441.
[48]) Krofta l. c. pag. 445, 446.
[49]) Conf. Krofta, Řím a Čechy pag. 193

Pro pontificatu Innocentii VI., quem tomus II „Monumentorum Vaticanorum“ concernit, tabulas diversorum generum litterarum papalium, ad terras nostras pertinentium, confeci. Quarum finis est, ut partim rerum indicem aliquatenus suppleant, partim comparationi inserviant. Si huiusmodi tabulas statisticas istius temporis etiam de terris vicinis haberemus, comparare possemus, quomodo res ecclesiasticae in illis et in terris nostris se habuerint et praesertim, quantum in easdem curia hic et illic influxum exercuerit; quod scire sane nostra interesset. Hucusque approximativum solummodo iudicium ferri potest, quantum discrimen hac in re intercedat inter terras bohemicas et nonnullas de vicinis; singularia ne tractari quidem possunt.

Pro vetere provincia Salisburgensi omnem materiam, relationes eiusdem ad curiam concernentem, A. Lang collegit.[50]) Qui in editione eius ex tempore Innocentii VI. habentur numeri, circiter 300 sunt,[51]) in editione nostra numeri Bohemiam concernentes 600 longe excedunt. Cum territorium veteris provinciae Salisburgensis, quattuor episcopatus includens, geographicae extensioni Bohemiae fere sit aequale, utrumque conferre licet. Qua in re memoria tenendum est, territorium editionis Langianae esse regionem iam pridem cultura florentem, Italiae vicinam, antiquis iam iisque frequentibus nexibus cum curia Romana coniunctam, et tamen pro Bohemia ex tempore Innocentii VI. duplo plura argumenta pro istis nexibus cum sede apostolica occurrunt. Illud quoque attendere possumus litteras illas, quae Caroli IV. intra limites imperii actionem attinent, a nobis minime connumerari.

Cum illa editione, quam de Saxonia Borussica terrisque adiacentibus Kehr et Schmidt publicaverunt, numerus comparari non potest, quod fines illarum terrarum adiacentium incerti sunt nosque, quantam extensionem in computum trahamus, ignoramus.

Si Bohemiam cum Moravia et Silesia conferas, Bohemiam iterum litteris gratiisque papalibus relative plurimum gravatam esse invenies. Moravia sane et Silesia illius temporis simul sumptae quinta circiter parte Bohemia maiores erant, ita ut, si ob maiorem Bohemiae populationem partem aliquam detrahas, exspectes Bohemiam solam tot numeros habituram, quot Moravia et Silesia simul sumptae. Sed si in tabellis litteras gratiasque — eas quoque, quae in supplicationibus continentur — connumeres, sequentes numeros invenies:

Bohemia	Moravia	Silesia
539	164	167,

ita ut Moravia et Silesia simul sumptae ducentis octo numeris sint Bohemia sola inferiores. In quibusdam litterarum speciebus differentia ista magis adhuc ad oculos cadit:

[50]) A. Lang, Acta Salzburgo Aquilejensia, Bd. I. Die Urkunden über die Beziehungen der päpstlichen Kurie zur Provinz und Diözese Salzburg (mit Gurk, Chiemsee, Seckau und Lavant) in der Avignonesischen Zeit: 1316—1378, Vorwort pag. III. „die gesamten in Archiven und in der Literatur gefundenen Aktenstücke, welche die Beziehungen der alten Diözese Salzburg mit den . . . . vier Suffragan-Bistümern zur päpstlichen Kurie und ihren Organen . . . . beleuchten.“

[51]) Lang aeque ac in Monumentis Vat. Boh. supplicationes et litteras separatim numerat, ita ut illis litteris, quas signat minusculis, connumeratis summa totalis cum nostra comparari possit.

gratiae monasteria tangentes sunt . . .	pro Boh. 30,	pro Mor. 3,	pro Sil. 3
gratiae indulgentias tangentes	„ „ 23,	„ „ 4,	„ „ —
variae dispensationes	„ „ 19,	„ „ 6,	„ „ 4
licentiae variae (testandi, eligendi confessorem, remissionis in mortis articulo, celebrandi divina etc.)	„ „ 111,	„ „ 25,	„ „ 30

In litteris, quae maximi sunt momenti, videlicet in provisionibus de beneficiis vacantibus, tanta differentia non occurrit, quamvis hic quoque numerus Bohemiam concernens multo sit maior, quam exspectes (pro Boh. 39 tales litteras habes, pro Moravia 15, pro Silesia 12). Solummodo in reservationibus beneficiorum vacaturorum numerus, qui Bohemiam ex una et Moraviam Silesiamque ex altera parte tangit, extensioni territorii fere respondet: pro Bohemia 60, pro Moravia 33, pro Silesia 34. Exceptio adest in provisionibus de canonicatu sub exspectatione praebendae, qua litterarum ratione Moravia et Silesia maiorem exhibent numerum, quam in reliquis: Bohemia 47, Moravia 29, Silesia 35.

Sed dempta hac exceptione de regula, ad quam inferius revertemus, generatim Moraviam et Silesiam Bohemia multo inferiores esse vidimus. Si litteras et acta camerae pontificiae connumeres, duplo fere maiorem habebis pro Bohemia numerum quam pro Moravia et Silesia simul sumptis: Bohemiam 80 numeri concernunt, Moraviam 29, Silesiam 16, idque in documentis, quae gravissima putabantur, videlicet quae ad solvendas annatas servitiaque pertinent.

Dolendum profecto, quod huiusmodi statistica comparativa ad tempus Innocentii VI. sit restringenda. Cum sequentes tomi Monumentorum Vat. apparuerint similesque tabellae statisticae pro tota editione confectae erunt, conclusiones firmiores eaeque generales possibiles erunt. Simul utique exspectandum erit, donec vicinae quoque terrae fontes huius generis ediderint, ut clarior evadat imago, quantum exercuerit influxum potestas pontificia in res ecclesiasticas in illis quantumque apud nos.

In tali statistica comparativa etiam materia, quae per se alicui vilis videretur, tanti est momenti, ut in rem esset, si omnes huiusmodi fontium editiones etiam tabellis statisticis instruerentur.

Hucusque Bohemiam tempore Innocentii VI. quoad provinciam Salisburgensem et terras adiacentes multo arctius a curia constrictam esse e computo nostro videmus. Sed directa quoque argumenta nobis praesto sunt curiam ipsam sensisse, quantopere ecclesia Pragensis exempli gratia sit gravata provisionibus papalibus. Sic Ludovico, Hungariae regi, anno 1353 provisionem de canonicatu ecclesiae Pragensis cum exspectatione praebendae pro Simone Legnicensi petenti responsum est: „Ecclesia Pragensis est nimis onerata“.[52]) Anna, Bohemiae regina, easdem gratias in ecclesia Pragensi pro filiis Herbordi et Petri de Janovicz eodem anno expetens responsum accepit in primo casu: „Fiat in ecclesia Ratisponensi“, in altero: „Fiat in ecclesia Colocensi“.[53]) Cum Arnestus de Pardubicz archiepiscopus anno 1358 supplicaret, ut Prudotae de Všetat eadem gratia fieret in ecclesia Pragensi, Prudotae canonicatus contigit cum exspectatione praebendae

[52]) Mon. Vat. Boh. II. nr. 47, conf. Krofta, Kurie l. c. pag. 427.

[53]) Mon. Vat. Boh. II. nr. 26.

non Pragae, sed Vratislaviae. Quo in casu utique archiepiscopus ipse non multum sperans fore, ut supplicationi suae de canonicatu Pragensi affirmative responderetur, in fine supplicationis adiecit: „vel similem graciam facere dignemini eidem Prudotae in ecclesia Vratislaviensi“.[54]) In istis aliisque casibus eos, qui canonicatus ecclesiae Pragensis expetunt, omnes ad easdem gratias extra fines Bohemiae remitti videmus.

Quam malum in ecclesiae administratione fructum modus provisionum papalium generatim protulisset, iam diximus.

Ubi modus provisionum papalium iam prius evolutus est, mox eum impugnatum esse superius diximus. In Bohemia, ubi modus iste iusto celerius propagabatur, resistentiam illam aeque obtigisse per se patet. Quae eo maior erat, quo praeruptior fuit transitus ab antiquo rerum statu quoque intensius sedes apostolica in res ecclesiasticas in Bohemia influebat.

Virum tam egregium, qui tunc sedem archiepiscopalem Pragae obtinebat, Arnestum de Pardubicz, minime latere potuit, quantopere ordinariam dioceseos administrationem turbet influxus curiae in munera ecclesiastica conferenda. Sed iam tantum aberat, ut systema illud tollere potuisset, ut ipse quoque illud adhiberet, prout e prolixis rotulis, quos curiae mittebat, videre licet, sed studium influxum curiae restringendi eo manifestavit, quod ius aliqua beneficia curiae reservata conferendi sibi fieri postulavit. Qua in re utique non multum profecit. Sic 6. Aprilis a. 1358 licentia ei data est providendi in favorem trium personarum de canonicatu ecclesiae Pragensis cum exspectatione praebendae,[55]) et 28. Novembris a. 1360 conferendi canonicatum et praebendam ecclesiae Boleslaviensis, quae mox vacatura exspectabatur,[56]) atque 25. Septembris 1361 iterum providendi de duplici canonicatu Pragensi.[57]) Quae utique merae micae sunt, solo fine suo graves. Maximi tamen sunt momenti, quae archiepiscopus Arnestus 6. Aprilis 1358 petitioni suae, ut sibi novem archidiaconatus ecclesiae Pragensis conferre liceret, adiecit. Qui archidiaconi principale organum administrativum constituebant, per quod archiepiscopus optime clerum totius dioceseos regere potuit, quod nisi ipsi eligere licuit, regimen eius debile evasit. Argumenta petitionis eius huius sunt tenoris: „Cum autem *obstantibus reservacionibus* per S^{tem} V^{ram} factis dictus *archiepiscopus de dictis archidiaconatibus alias ad collationem suam spectantibus disponere nequeat*, et sepe contingat, archidiaconatus ipsos personis *minus aptis* ad onus predictum supportandum conferri, propter quod prefata *diocesis in spiritualibus patitur non modicum persepe defectum*, humiliter supplicat dictus archiepiscopus, quatenus sibi dignemini concedere de gracia speciali, quod de dictis archidiaconatibus in dicta ecclesia Pragensi existentibus auctoritate apostolica providere valeat personis, de quibus sibi videbitur expedire.“ Attamen responsum accepit: ‚Fiat de duobus archidiaconatibus‘.[58]) Talis videlicet petitio non potuit omnino respui, sed cum e novem archidiaconatibus duos conferre

---

[54]) Ibidem nr. 752 et 756.
[55]) Mon. Vat. Boh. II. nr. 754.
[56]) Ibidem nr. 1163.
[57]) Ibidem nr. 1265.
[58]) Ibidem nr. 752.

archiepiscopo permitteretur, quid ei profuit? Talesque tristes eventus habuerunt studia illa tempore, quo sedem s. Petri tenebat vir tam gravis tamque providus, qualis erat Innocentius VI.! Si causam quaeris, in eo sita est, quod istiusmodi precibus satisfacere ratione non licuit, ne tota curia mox premeretur angustiis sustentationis ipsaque principalem fontem redditumm suorum obstrueret. Etiamsi pontifex optimae fuisset voluntatis, resistentiam totius curiae nullo modo vicisset. Res in peius ruebant, quando Pragae non sedebant Arnesti nec Avinione Innocentii. Ad systema illud subvertendum tam elementares percussiones erant necessariae, quales fuerunt apud nos Hussitarum motus contra curiam et illa omnia, quae eos sequebantur.

Donec pontificatus Avinionensis plena fungebatur potestate, in terra, ubi princeps, isque potentia et populi favore fruens, modum reservationum et provisionum papalium in plena concordia cum curia iuvabat, eum aperte impugnatum ese vix ac ne vix quidem exspectes. Hucusque sane e temporibus illis nulla talia documenta nobis praesto sunt et vix multa inventum iri arbitramur, si meminerimus, quanto periculo sese exposuisset, qui tale quid ausus esset. Quamprimum autem exorto schismate pontificis potestas funditus concussa est, statim etiam apud nos vox, istud systema acerrime reprehendens, audita est, eaque ex ore maximi praecursoris magistri Joh. Hus, Mathiae de Janov, qui in opere „Regulae Veteris et Novi Testamenti“ inter quattuor praecipuas ecclesiae subversae causas praelatorum tyrannidem affert, quae inferiorum clericorum iurisdictionem atque auctoritatem debilitet. Ut exemplum notat papalem beneficiorum, officiorum, dignitatum ecclesiasticarum reservationem necnon multorum monasteriorum et personarum e iurisdictione praelatorum inferiorum exemptiones, ut paucis dicam: curiae in diocesim [59]) administrandam influxum.

Dum sedem pontificiam corruptam esse affirmat, Mathias de Janov pontifici obicit, quae sequuntur: „papa . . . supra suos coepiscopos ultra normam elevatur. Insuper rupto de medio ordine connexionis primarie *adiunxit sibi* universorum *beneficiorum et personatuum collacionem, que ad episcopos respiciebat*“.[60])

Dum pontifici exprobrat, archiepiscopatus „laxe et non usque quaque sollicite et digne“ conferri, hoc illi circumstantiae vitio vertit, quod curia *supra modum* et ultra omnes suas vires sit aggravata *dispensatione officiorum et beneficiorum* latissimae ecclesiae per orbem universum.[61])

Dum de relatione cleri ad papam loquitur, clerum miserum vocat, quia vehementer papam timeat, cum sibi *supra modum* multum dare vel auferre possit [62])

Quae verba Mathiae de Janov sane supplementum sunt eorum, quae ex ore Arnesti de Pardubicz audivimus, a quibus sola forma differunt, quae hic est forma iudicium proferentis, illic forma gratiam petentis, et quantitate, dum Mathias totum modum provisionum papalium reprobat, Arnestus vero praecipue

---

[59]) Vl. Kybal, M. Matěj z Janova pag. 107, 108.
[60]) Ibidem, pag. 109.
[61]) Ibidem, pag. 110.
[62]) Ibidem, pag. 110.

provisiones de talibus beneficiis, quae organum sunt episcopis in administranda diocesi maxime necessarium.

Quidam numeri in tabulis statisticis occurrentes adhuc respici merentur. Ad oculos sane cadit, quantopere — si cum vicinis terris conferas — Bohemia iusto plus sit obruta litteris in favorem monasteriorum, bullis, quibus indulgentiae conceduntur, gratiis cultum externum respicientibus, licentiis, quibus litteram accipienti privilegium aliquod religiosum confertur. Nunc his temporibus paulo posteriora tempora iuxta ponamus et observemus tumultus illos, quibus tempore hussitico monasteria, indulgentiae, cultus externus, privilegia religiosa impugnabantur. Dolendum, quod quamdiu statistica sequentium tomorum Mon. Vat. et materia de terris vicinis deest, iudicium definitivum ferri non potest.

Et alii adhuc numeri e statistica litterarum Innocentii VI. attentione sunt digni, videlicet qui ostendunt, quantopere excedant litterae, quae conferunt exspectativam praebendarum vel beneficiorum vacaturorum, eas, quibus de vacantibus providetur.

Gratiae, quibus providetur de diversis beneficiis vacaturis, sunt pro	Bohemia	60
	Moravia	33
	Silesia	34
	Summa	127
Gratiae, quibus providetur de canonicatu sub exspectatione praebendae, sunt pro	Bohemia	47
	Moravia	29
	Silesia	35
	Summa	111

Summa igitur gratiarum, quibus beneficia et canonicatus vacaturi in omnibus terris reservantur, est 238, dum e contra summa gratiarum, quibus beneficia reapse vacantia conferuntur, est

pro Bohemia	39,
pro Moravia	15,
pro Silesia	12,
Summa	66

Tempore Innocentii VI. igitur exspectativae ad provisiones de beneficiis vacantibus se habent ut 238 : 66. Tempore Clementis VI. habent se ad invicem ut 400 : 120 secundum computum Camilli Krofta, [63]) cuius numeri maiores sunt, quia etiam provisiones, quae Bohemiae rege interveniente extra terras bohemicas sunt factae, ab eo connumerantur. In utroque igitur casu exspectativas plus quam ter excedere gratias, quibus beneficia vacantia conferuntur, patet; quae relatio 3 : 1, cum ex 20 annis sit desumpta, ut constans tractari potest. Si tot candidati solis exspectativis contenti esse debebant, de abundantia numeri clericorum absque dubio loqui fas est, quae partim ab aula, partim ab universitate iuvabatur. Talem vero rerum statum minime sanum esse apparet.

[63]) Krofta, Kurie. Čes. čas hist. XII. pag. 285.

Supra iam diximus, Bohemiam Innocentii VI. tempore quoad exspectativas relative non plus gravatam esse quam Moraviam et Silesiam. Sed si attendimus, unde magna pars eorum, qui beneficia in Moravia et Silesia petunt, veniat, eos de aula Pragensi et vicinia eius venire conspicimus. Sic exempli gratia in rotulo sub num. 360 e novem supplicationibus quinque Moraviam et Silesiam attinent; alibi quidem inconvenientia non est tanta, attamen in quovis fere rotulo, a Caroli aula ad curiam misso, ubi exspectativae pro diversis imperatoris, uxoris eius aliorumque aulicorum ministris clientibusque expetuntur, etiam petitiones beneficiorum in Moravia et Silesia occurrunt. Sic magna pars eorum, qui beneficia moravica et silesiaca exspectant, Bohemiae et praesertim Pragae debetur; qui in aulae et universitatis loco degentes numerum reliquorum candidatorum in Bohemia augebant. Ergo etiam abundatiam numeri clericorum Bohemia et imprimis Praga multo magis sensit quam terrae adiacentes.

Quo plures erant concurrentes, eo pauciores erant contenti, idque praecipue in clero inferiori, qui per illa candidatorum agmina spe meliora beneficia obtinendi privabatur, cuiusque invidia inde exorta in dies crescebat, cum ab electis beneficia cumulari videret. Clementis VI. et Innocentii VI. temporibus cumulationem beneficiorum pro iis, qui per provisiones papales beneficia assequi studebant, regulam esse factam, e solis registris duorum priorum tomorum Monumentorum Vaticanorum inspectis luce clarius apparet. Trium vel quattuor praebendarum et exspectativarum possessores ubique occurrunt, tota series beneficiorum in manibus eiusdem personae non est admodum rara. Maximi cumulatores beneficiorum illius temporis aut in aula Caroli IV., aut in eius vicinia degunt. In residentia bohemica gravius quam alibi in terris bohemicis nimia beneficiorum cumulatio publicis doloris oculos feriebat.

Animos systemate papalium reservationum ac provisionum non contentos apud nos etiam nationalis respectus incendebat. Clementis VI. et Innocentii VI. temporibus multa eaque quaestuosissima vacantia beneficia in Bohemia exteris aut curiae Romanae ministris aut personis aulae regiae Caroli propinquis obtingebant. Krofta Clemente VI. sedem tenente maiorem quam dimidiam partem vacantium beneficiorum papalibus provisionibus exteris collatam esse enumerat; domesticus autem clerus exspectativis large cumulabatur. Innocentii VI. temporibus res paulo in melius versae sunt, sed tamen exteri non tam parum participes erant beneficiorum tribuendorum, ut clerus domesticus detrimentum suum non cognosceret. Non ignoramus, quo munere temporibus hussiticis quaestio nationalis, quae iam prius sonabat, fungatur. Maior exterorum pars, qui apud nos beneficia impetraverunt, Germani erant. Germanis in Bohemia prius atque acrius quam in Moravia repugnatum est. Exeunte XIV saeculo Praga cum Nova Civitate sua huius repugnantiae centrum est facta. Itaque etiam hac in causa systema papalium provisionum plus acerbitatis in Bohemia quam in Moravia afferebat, ommissa Silesia a Germanis occupata.

Si omnes antecedentes reputationes comprehenderis, Joanne XXII. (1316—1334) pontificatum tenente terras bohemicas repentina celeritate in papalium reservationum et provisionum systema esse tractas videbis. Proximum tempus respicientes, quo curia leviter omnino in nostras res ecclesiasticas influxum exercet, commutationem id rerum significare intelligemus. Rex Bohemiae fit

imperator Romanorum, Bohemia imperii centrum. Regia Caroli aula systema hoc adiuvat, Bohemia eo gravissime vexatur. Si Bohemiam temporibus Innocentii VI. cum terris vicinis conferas, quantum usque ad hoc tempus fieri potest, plus gravatam esse papalibus gratiis quam illas invenies. Moravia et Silesia multo sunt inferiores Bohemia sola. Quod etiam in nexibus cum camera pontificia valet. Noxii eventus huius systematis mox apparent, archiepiscopus iis in bona dioceseos administratione perturbatur et remedium precatur — sed frustra. Expectativae cleri numerum supra modum auxerunt, quod in Bohemia et Pragae maxime sentitur. In Bohemia et imprimis Pragae materia ad exardescendum facilis cumulatur. Quaestio nationalis hic oppositioni novas suppeditat vires. Post schisma severum iudicium Mathiae de Janov huic systemati aperte renititur.

In Bohemia et imprimis Pragae aliquot annis post curiae repugnari coeptum est. Scimus, quales se Moravia et Silesia in motum hussiticum gesserint. In historia res, quae deinceps sequuntur, causaliter unire consuevimus. Non ita faciemus, donec fontes Vaticani ex tempore Urbani V. et Gregorii XI. editi fuerint et vicinae quoque terrae similia habuerint opera, quae largiorem materiam comparativam praeberent. Tum demum intellegetur, quanti pretii sint ad ortum hussitici motus cognoscendum Monumenta Bohemiae Vaticana.

Hac praefationis parte significare voluimus, quem ad modum statistica comparatione in historia materia in hoc opere suppeditata uti possimus. Praeterea autem aliter quoque copiam historicorum fontium praebet. Delegamus ad indicem nominum, in quo historicus apud nomina Caroli IV., Johannis, marchionis Moraviae, Alberti et Rudolphi, ducum Austriae, Arnesti de Pardubicż, Johannis de Novo Foro, Johannis Paduani, Pauli, episcopi Gurcensis, Francisci de Ordelaffis haeretici, Guilelmi de Lestkov et aliorum multa pretiosa inveniet documenta. Ad rerum ecclesiasticarum regendarum rationem Caroli IV. eiusque studium omnes bohemicas terras in unam provinciam coniungere fontes magni momenti reperimus in litteris exemptionem dioceseos Vratislaviensis de provincia Gneznensi et incorporationem eius in archidiocesim Pragensem tangentibus et in litteris, quae de erectione ecclesiae Budissinensis in cathedralem, de exemptione eius de Misnensi diocesi et incorporatione huius novae dioceseos in Pragensem archiepiscopatum agunt.[64])

* * *

Iam primi rerum gestarum indagatores a regni Bohemiae comitiis in archivium Vaticanum missi documenta colligere coeperunt, quae secundo tomo Monumentorum Bohemiae Vaticanorum continentur. Domini Adalbertus Nováček et Ferdinandus Tadra anno 1887/8 primi erant, qui registra Innocentii VI perspexerunt; opus coeptum domini Rudolphus Knott, Ignatius Kollmann, Victor Procháska, Gustavus Friedrich, Venceslaus Novotný, Venceslaus Dürschmid persecuti sunt. Editio huius materiae a deputatione historica regni Bohemiae commissa est primum dom. Victori Procháska, qui autem propter morbum atque temporis

---

[64]) Conf. nr. 218 et 564.

inopiam eam dimisit. Quo facto deputatio historica hanc editionem mihi tradidit. Anno 1901 et 1903 a regni Bohemiae comitiis Romam missus sum, ut copias registrorum Innocentii VI. supplerem et ex parte reviderem. Quod autem registra supplicationum et archetypa a domino G. Friedrich optime revisa sunt, animum praecipue attendi ad registrorum Avinionensium et registrorum camerae copias, quarum textus cum manuscriptis iterum conferebam.

De omnibus copiis tantummodo archetypa ita a domino G. Friedrich sunt parata, ut statim haud mutata excudi possent. Partem litterarum de registris Avinionensibus ad imprimendum dom. V. Procháska paravit. Quod autem deputatio historica consilium cepit, ut Innocentii VI. litterae simili modo atque litterae in tomo quinto Camilli Krofta editae aliquantum abbreviarentur, etiam hae ad excudendum iam paratae litterae erant mihi revidendae. Maiori mihi usui fuit dominum V. Procháska multas iam editas litteras Innocentii VI. exquisitas in copiis significasse et nonnullis Innocentii VI. bullis in Pragensibus et Vindobonensibus archiviis exstantibus materiam Vaticanam supplevisse.

In archivio Vaticano laborantem maximis me suppeditaverunt subsidiis et consiliis domini Cam. Krofta et Hen. Pogatscher, quibus meritas gratias refero.

Materia hoc modo in archivio Vaticano acquisita suppleta est litteris Innocentii VI. iam prius collectis et in diplomatario regni Bohemiae descriptis, quarum copias mihi in archivio Pragensi et in archivio Musaei regni Bohemiae dom. Jar. Čelakovský et Venc. Schulz comiter commodaverunt. Magnas porro ago gratias dom. Venc. Kratochvíl, qui animo paratissimo nonnullas ex aulico Vindobonensi archivio bullas revidit. Haud mediocriter me adiuvit dom. Cam. Krofta, qui totum opus magna cum benevolentia revidit, et dom. Sam. Steinherz, qui opus iam imprimendum inspiciebat a deputatione historica delegatus, qui opus a multis erroribus purgaverunt et quorum consilia et officia grato animo fero. Singulares quoque gratiae debentur dom. Adal. Nováček, rectori archivii regni Bohemiae, qui in hoc libro conficiendo efficaciter me adiuvit et permisit, ut hanc editionem in regni Bohemiae archivio pararem. Solum eo fautore iam nunc hoc opus exprimi potest. Neque praetereundi dominus monsig. Wenzel, praefectus archivii Vaticani, et dom. P. Ehrle, praefectus bibliothecae Vaticanae, qui amplissimam manuscripta archivii vaticani in bibliotheca vaticana perquirendi facultatem etiam horis pomeridianis mihi concesserunt.

In fine gratiarum actiones mihi solvendae sunt viris illustribus ad regnum Bohemiae administrandum ab eiusdem regni comitiis delegatis et deputationi historicae dicti regni eiusque sociis, qui mihi ad opus condendum praesto fuere.[64]

Pragae, XI. kal. Martii a. 1907.

Joannes Fridericus Novák.

---

[64] Pro revisione latinitatis huius praefationis, cuius ultimam partem dominus Carolus Sedlák e lingua bohema traduxit, gratias uberrimas domino Johanni Venceslao Novák ago.

1. Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus fructus beneficiorum ecclesiasticorum, quos Clemens papa VI camerae apostolicae reservavit, exigat.

Avinione, 1352 Decembris 30.

Innocencius episcopus servus servorum dei d. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benediccionem. Dudum felicis recordacionis Clemens papa VI, predecessor noster, attendens, quod proventus camere apostolice tenues admodum et exiles ad supportandum multiplicia onera, que incumbebant, prout incumbunt eidem camere, sufficere non valebant, et providere super hoc, prout exigebat necessitas, honestis modis et licitis cupiens, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum nec non dignitatum, personatuum, administracionum, officiorum, prioratuum, prebendarum et aliorum quorumcunque locorum ecclesiasticorum, secularium et regularium, exemptorum et non exemptorum, cum cura vel sine cura, que apud sedem apostolicam vel ubicunque alibi, ad disposicionem dicte sedis ex speciali vel generali dicti Clementis vel aliorum predecessorum suorum, Romanorum pontificum, reservacione spectancia, tunc vacabant, et que extunc usque ad duos annos vacare contigerit, ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis dumtaxat exceptis, percipiendos modis infrascriptis et in supportacionem[a]) huiusmodi onerum convertendos[b]) auctoritate apostolica videlicet XIIII kal. Junii pontificatus dicti Clementis predecessoris anno primo[1]) reservavit et eidem camere pro supradictis utilius supportandis oneribus applicavit, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administraciones, prioratus, officia et prebende forent, contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi unius anni ex privilegio dicte sedis vel de iure, consuetudine aut statuto alicui vel aliquibus deberentur, sive fabrice ecclesiarum, monasteriorum et locorum quorumlibet per quoscunque concessi fuissent seu eciam deputati, aut contingeret medio tempore concedi vel eciam deputari, seu si fuissent in usus alios convertendi, et voluit, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodem anno vacaret, non nisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxacionem decime reciperentur, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solucione taxaretur[c]), camera predicta perciperet, totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente,

nisi forte dicta camera residuum huiusmodi mallet recipere et habere, obtinentibus beneficia ipsa pro supportandis eorundem beneficiorum oneribus et sustentacione ipsa obtinencium summa, pro qua beneficia ipsa taxarentur in decima, remanente, super quo eidem camere recipiendi videlicet taxacionem vel residuum huiusmodi opcionem reliquit, sic tamen, quod, quicquid eadem camera eligeret, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes tenerentur de parte ipsa, quam eadem camera eis, ut prefertur, dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integre dimittere camere apostolice prelibate; quo casu ipsa camera haberet beneficiis ipsis quoad curam animarum, si eis immineret, ac in divinis officiis ac sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas ydoneas deserviri, et cetera eis incumbencia onera supportari. De illis autem beneficiis, que taxata non forent ad decimam, ordinavit, quod fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi medietas ad prefatam cameram, alia vero medietas ad obtinentes eadem beneficia pertinerent sub modis, formis et condicionibus de aliis[d]) beneficiis superius expressatis: voluit eciam idem Clemens predecessor et auctoritate declaravit eadem, quod reservacio et applicacio huiusmodi non extenderentur ad cathedrales ecclesias vel abbacias regulares, que tamen conventuales existerent aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum Turonensium parvorum non excederent, vel que ex causa permutacionis vacare tempore predicto contingeret, seu ad vicarias vel capellanias, ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro decedentibus celebrandas eisdem, certis constitutis redditibus pro presbyteris inibi celebrantibus[e]) vel alias[f]), ut diurnis et nocturnis horis canonicis interessent, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excederent, sive [ad] cotidianas distribuciones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obvenciones, que deputata ad certum quid noscerentur, nisi ad illa seu illas, que illis, qui[g]) in civitate essent vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis non interessent canonicis, elargiri; voluit quoque, quod illi, quibus ructus, redditus et proventus unius anni beneficiorum huiusmodi deberentur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno sequenti illos reciperent, sicut primo anno recepturi erant, si non obstarent reservacio et applicacio supradicte. Ac demum voluit, et fuit intencionis sue, quod reservaciones de fructibus, redditibus et proventibus [beneficiorum] huiusmodi pro toto tempore vacacionis eorum per felicis recordacionis Benedictum papam XII, predecessorem dicti Clementis et nostrum, olim facte extunc non procederent, sed per hoc non intellexit camere preiudicare predicte, quominus ea, que de fructibus, redditibus et proventibus, qui tunc ex beneficiis huiusmodi obvenerant et racione reservacionum Benedicti, predecessoris eiusdem, dicte camere debebantur vel ad eam pertinebant, posset exigere vel habere. Ac deinde dictus predecessor Clemens huiusmodi necessitatibus non subductis reservacionem et applicacionem huiusmodi usque ad biennium continuum a fine duorum primorum annorum primo et subsequenter ad alios duos annos a fine biennii predictorum computandos sub modis, formis, condicionibus et expressionibus supradictis prorogandas duxit ac eciam extendendas,[2]) adiciens nichilominus in extensione et prorogacione ultimis supradictis ac volens, quod canonicatus et prebende, dignitates, personatus, admini-

straciones et officia et alia quecunque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, que predicto ultimo durante biennio ex causa permutacionis per eundem predecessorem Clementem vel auctoritate sua faciende de illis vacarent, aut que per eum alicui vel aliquibus, ut in illis remanere securius valerent, confirmari contingeret, sive qualitercunque per modum confirmacionis vel alias ius per literas dicti predecessoris Clementis eis tribueretur in illis, seu que vigore quarumcunque unionum, de illis quibusvis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut cuicunque loco vel religioni factarum hactenus et extunc faciendarum, cum per cessum vel decessum ipsorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinerent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut loco vel religioni devenire infra dictos ultimos duos annos contingeret, sub reservacione et applicacione predictis comprehenderentur et includerentur modis, formis et condicionibus, qui de aliis beneficiis superius sunt expressi. Et deinde, cum huiusmodi onera non diminuta sed aucta pocius noscerentur, Clemens, predecessor idem, reservacionem, applicacionem et adieccionem ac voluntatem predictas sub modis, formis, condicionibus et expressionibus antedictis usque ad alios duos annos a fine dicti ultimi biennii et deinde usque ad alios duos annos, a fine dictorum duorum aliorum ultimorum annorum computandos, auctoritate predicta extendit ac eciam prorogavit,[3]) et ne de ecclesiis, quibus dignitates, personatus, officia et alia ecclesiastica beneficia huiusmodi ecclesiis ipsis unita contingeret devenire, ambigi forte posset, sub huiusmodi ecclesiis patriarchales, metropolitanas, cathedrales aut alias quascunque ecclesias voluit ac declaravit eciam comprehendi. Et quia, sicut dictus predecessor Clemens audierat, sepe contingerat[b]), quod, dum camera ipsa partem fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum huiusmodi in solucione decime taxatorum unius anni, in qua sunt in huiusmodi decime solucione taxata, receperat, residuo fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum ipsorum illa obtinentibus remanente, iidem obtinentes, nequaquam de remanente ipsis predictorum fructuum, reddituum et proventuum porcione contenti, huiusmodi fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum ipsaque beneficia pro huiusmodi primo anno totaliter dimiserant camere memorate, unde fiebat, quod, dum camera ipsa seu collectores dictorum fructuum, reddituum et proventuum pro eadem, pluribus et diversis negociis occupati, ad faciendum beneficiis ipsis in divinis officiis deserviri et animarum curam in eis, quibus illa imminebat, exerceri comode nequibant intendere, et illa obtinentes non curabant intromittere se de illa, beneficia ipsa debitis fraudabantur obsequiis, et animarum cura negligebatur in eis, quibus illa, ut premittitur, imminebat, nulla hospitalitas servabatur, et bona dirripiebantur eorum, idem predecessor Clemens providere super hiis intendens, voluit et ordinavit, quod eadem camera pro parte ipsam contingente de fructibus, redditibus et proventibus beneficiorum ipsorum in huiusmodi solucione decime taxatorum summam, in qua beneficia ipsa in ipsius decime solucione taxata sunt, eligeret, residuo huiusmodi fructuum illa obtinentibus, ex quo sustentari et incumbencia eis supportare possent onera, remanente, quibus eciam ad solvendum huiusmodi summam per collectores fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi sic competentes terminos voluit assignari, quod dicti obtinentes ad solvendum sufficerent, et eos propter impotenciam necessitas non compelleret ad ipsa beneficia dimittenda. Et deinde, cum huius-

modi preteriissent ultimi duo anni, idem predecessor Clemens, similibus urgentibus causis motus, reservacionem, applicacionem, adieccionem, voluntates, declaraciones et ordinaciones predictas sub modis, formis et condicionibus superius expressatis auctoritate predicta usque ad aliud biennium a fine dictorum duorum ultimorum annorum computandum in antea prorogavit. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium seu alios, quot, quociens et quando expedire videris deputandos, huiusmodi fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum regni Boemie, in quo nuncius dicte sedis existis, tam preteritorum temporum, pro quibus colligendi remanent, quam ultimi biennii predictorum petere, exigere et recipere, nec non dicte camere iuxta reservacionis, applicacionis, adieccionis, voluntatum, declaracionum et ordinacionum predictarum eiusdem predecessoris Clementis tenorem [transmittere] cum integritate procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus omnibus supradictis et constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione III kal. Januarii pontificatus nostri a. primo.

R. Vat. 242 fol. 42'. — [a]) ‚supportacionum' Vat. [b]) ‚committendos' Vat. [c]) ‚taxatorum' Vat. [d]) ‚aliis vero' Vat. [e]) ‚celebrandis' Vat. [f]) ‚vel alias' bis scriptum in Vat. [g]) ‚que' Vat. [h]) ‚contigeret' Vat. [i]) ‚eadem dum' Vat. — [1]) Corrige: „XIII kal. Junii" ut in Mon. Vat. I nr. 203 et 733 (1342 Maii 20). [2]) Conf. Mon. Vat. I. nr. 493. [3]) Conf. Mon. Vat. I. nr. 1107.

---

2. *Innocentii VI creati pontificis encyclicae litterae, quibus archiepiscopo Remensi electionem suam notificat. „Predicator egregius" „Auinione II kal. Januarii pontificatus nostri a. primo". — In e. m. regi Romanorum et aliis regibus et magnatibus ac pluribus universitatibus per universum mundum constitutis.*

Avinione, 1352 Decembris 31.

R. Vat. 235 fol. 1. — Ed. apud Raynald, Annales eccl. tom. 25 a. 1352 nr. 28—30. Reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 507 nr. 35.

---

3. *Henricus archidiaconus ecclesiae Legnicensis Vratislaviensis dioc. praeficitur in episcopum Lubucensem. „Summi disposicione rectoris" „Auinione VII id. Januarii a. primo." — In e. m. inter alios Carolo Romanorum et Bohemiae regi.*

X X X X X X X X X
X X X X X X X X X.

Avinione, 1353 Januarii 7.

R. Vat. 244 fol. 108', R. Vat. 219 fol. 52'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I. pag. 542.

4. *Stephano de Riom*[a]) *et Petro Achardi domicellis Claromontensis dioc., ad Romanorum et Poloniae reges pro quibusdam negotiis sedis apostolicae destinatis, litterae securi conductus dantur. „Cum dilectos“ „Auinione IIII id. Januarii a. primo“.*

Avinione, 1353 Januarii 10.

R. Vat. 235 fol. 3'. — a) ‚Riomo‘ Vat.

---

5. *Guido episcopus Portuensis supplicat, quatenus Durando Gerardi in ecclesia Carnotensi vel Belvacensi et Bohuslao Předslai de Jilemnice in ecclesia Pragensi de canonicatu et praebenda provideatur.*

Avinione, 1353 Januarii 18.

Supplicat S[ti] V[re] vester Guido Portuensis episcopus, quatenus magistro Durando Girardi licenciato in legibus, vestro capellano commensali, camerario suo, graciam facientes, de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis in ecclesia Carnotensi cum acceptacione et ceteris supradictis dignemini providere, non obstante, quod in Pragensi cum archidiaconatu,[1]) pro cuius ecclesie prebenda[a]), quam propter patrie distanciam et detinentis potenciam non sperat assequi, litigat, in s. Audomari de S Audomaro Morinensis et Enaziaci Claromontensis dioc. canonicatus et prebendas et in Claromontensi ecclesiis chorariam obtineat, quos quidem canonicatum et prebendam ecclesie Enaziaci et chorariam dimittere paratus est, si vestre placuerit sanctitati; vel similem graciam facientes eidem camerario in ecclesia Beluacensi.

Fiat in ecclesia predicta Beluacensi de canonicatu et prebenda G. D. Auinione XV kal. Februarii a. primo.

. . . .

Item supplicat, quatenus specialem graciam facientes Bohuslao alias dicto Bohunek Predslai de Gilemnicie clerico Pragensis dioc., familiari suo domestico, in ecclesia Pragensi. (!)

Fiat de canonicatu et prebenda G. D. Auinione XV kal. Februarii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 21 ex rotulo episcopi Portuensis. — a) ‚prebendam‘ Suppl. — 1) Conf. Mon. Vat. I. nr. 1308—1310.

---

6. *Bohuslao dicto Bohunek Předslai de Jilemnice*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. „Multiplicia virtutum“ „Auinione XV kal. Februarii a. primo.“ — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis et decano ecclesiae Vissegradensis*[b]) *prope Pragam ac officiali Avinionensi.*

. X X . *Avinione, 1353 Januarii 18.*

R. Av. 124 fol. 154', R. Vat. 223 fol. 75'. — a) ‚Predslai de Gilemnicie‘ Av. b) ‚Veyssegradensis‘ Av. — Conf. Mon. Vat. I. nr. 1256.

7. *Hugoni de Sancto Medardo capellano domestico et secretario Guidonis episcopi Portuensis ac ipsius capellae magistro providetur ad supplicationem ipsius episcopi de canonicatu ecclesiae Trecensis sub expectatione praebendae.* „*Multiplicia merita*“ „*Auinione XV kal. Februarii a. primo*“. — *In e. m. abbati monasterii s. Lupi Trecensis et archidiacono Pragensis ac Guilelmo Coynde canonico Claromontensis ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1353 Januarii 18.*

R. Av. 124 fol. 232, R. Vat. 223 fol. 143'.

---

8. *Jenchino de Comeren provisio a Clemente VI 1352 Maii 8 facta* [1]) *de canonicatu et praebenda ecclesiae Misnensis vacantibus per liberam resignationem Johannis Wulferiti,*[a]) *factam per procuratorem suum Petrum de Kunzendorf,*[b]) *canonicum Lubucensem confirmatur,* „*licet . . . . Fredericus de Milticz clericus Misnensis dioc. canonicatum et prebendam predictos per laicalem potenciam per annum et ultra contra iusticiam detinuisset, prout eciam detinebat, occupatos*“, *non obstante, quod idem Jenchinus parrochialem ecclesiam de Kamitz*[c2]) *Vratislaviensis dioc. obtinebat. Decernitur etiam* „*quod huiusmodi gracia a predicta die* (*1352 Maii 8*) *. . . . effectum sorciatur, ac si eiusdem predecessoris litere sub ipsius diei data confecte fuissent*“. „*Racioni congruit*“ „*Auinione XV kal. Februarii a. primo*“. — *In e. m. praeposito s. Affrae Misnensis et decano Budissinensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

V
. X X . *Avinione, 1353 Jannarii 18.*

R. Av. 121 fol. 179', R. Vat. 221 fol. 212'. — a) ,Wlferiti‘ Av. b) ,Cincindorf‘ Av. c) ,Kompnicz‘ Av. — 1) Conf. Mon. Vat. I. nr. 1480. 2) Conf. ibidem nr. 1486.

---

9. *Magistro Bartholomeo de Bescano capellano summi pontificis et auditori causarum palatii apostolici nec non capellano Guidonis episcopi Portuensis providetur ad supplicationem eiusdem episcopi de canonicatu ecclesiae Carnotensis sub expectatione praebendae ac dignitatis, personatus seu officii.* „*Grata tue devocionis*“ „*Auinione XIIII kal. Februarii a. primo*“. — *In e. m. abbati monasterii S. Petri Carnotensis et archidiacono Pragensis ac Guilelmo Coynde canonico Claromontensis ecclesiarum.*

Gratis. *Avinione, 1353 Januarii 19.*

R. Av. 124 fol. 84, R. Vat. 223 fol. 4'.

---

10. *Arnaldo de Lacaucina*[a]) *confirmatur collatio canonicatus et praebendae ecclesiae Scepusiensis*[b]) *Strigoniensis dioc., non obstante, quod in Cracoviensi scholastriam et in eadem ac in Vratislaviensi, Gneznensi ac Titulensi Colocensis

dioc. ecclesiis canonicatus et praebendas nec non ecclesiam curatam de Lentillaco[c]) *Caturcensis dioc. obtinebat. „Dudum siquidem" „Auinione XII kal. Februarii a. primo". — In e. m. Cracoviensi et Agriensi episcopis ac praeposito ecclesiae Cracoviensis.*

V
. XX .

Avinione, 1353 Januarii 21.

R. Av. 121 fol. 136, R. Vat. 221 fol. 169. — Reg. apud Theiner, Mon. Hung. II. pag. 6 — a) ‚Lacansina' Av. b) ‚Sepussiensis' Av. c) ‚Lentilhaco' Av.

---

11. *Petro Biseti de Podio canonico Aniciensi provisio a Clemente VI de canonicatu et praebenda ac cantoria Vachiensi facta confirmatur „Racioni congruit" „Auinione XII kal. Februarii a. primo". — In e. m. abbati monasterii b. Mariae de Pilis*[a]) *ac praeposito s. Petri de Pozsega*[b]) *Vesprimensis et Quinqueecclesiensis dioc. ac cancellario Vratislaviensi.*

V
. XX

Avinione, 1353 Januarii 21.

R. Vat. 244 fol. 185, R. Vat. 219 fol. 95. — Reg. apud Theiner, Mon. Hung. II pag. 6. — a) ‚Pellisio' Vat. b) ‚Posaga' Vat.

---

12. *Nota de litteris ad regem et reginam Romanorum et archiepiscopum Pragensem missis.*

1353 Januarii 22.

Die XXII Januarii [a. primo] a) tradite et assignate fuerunt Stephano de Riomo et Petro Achardi domicellis Claromontensis dioc. misse ad regem Romanorum et nonnullos alios principes ac prelatos . . . . clause: primo una litera directa Carolo regi Romanorum, item alia directa Anne regine Romanorum . . . ., aperte: Item alia directa archiepiscopo Pragensi sub data II kal. Januarii.

Collect. 352 fol. 2. — a) Suppletum ex folio praecedente. — Conf. nr. 2, 4.

---

13. *Guidoni episcopo Portuensi, cui de canonicatu ecclesiae Claromontensis a Clemente VI provisum fuit, praebenda eiusdem ecclesiae reservatur. „Dum ad personam tuam" „Auinione VI kal. Februarii a. primo". — In e. m. abbati monasterii s. Illidii prope Claromontem et archidiacono ecclesiae Pragensis ac officiali Avinionensi.*

Avinione, 1353 Januarii 27.

R. Av. 124 fol. 195, R. Vat. 223 fol 111.

14. *Guidoni episcopo Portuensi, cui de canonicatu ecclesiae s. Martini Turonensis a Clemente VI provisum fuit, praebenda eiusdem ecclesiae reservatur. „Personam tuam“ „Auinione VI kal. Februarii a. primo“. — In e. m. praeposito Caslatensis Morinensis dioc. et archidiacono Pragensis ecclesiarum ac officiali Avinionensi.*

Gratis pro d. card. *Avinione, 1353 Januarii 27.*

R. Av. 124 fol. 145', R. Vat. 223 fol. 65'.

---

15. *Petro Henrici Albi de Brega clerico Vratislaviensis dioc., magistro in artibus, in iure canonico scholari, reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si quod vacat, vel cum vacaverit. „Honestatis et sciencie“ „Auinione VII id. Februarii a. primo“. — In e. m. abbati monasterii s. Vincentii prope Vratislaviam et archidiacono Legnicensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. $\overline{X}\,\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1353 Februarii 7.*

R. Av. 121 fol. 481, R. Vat. 224 fol. 258'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

16. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Mauricio nato quondam Petri de Malenicz presbytero Pragensis dioc. de aliquo beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, ad collationem abbatis et conventus monasterii in Alto Vado Cisterciensis ordinis pertinente, si quod in civitate vel diocesi Pragensi vacat vel vacaverit provideri procuret. „Constitutus in presencia“ „Auinione II id. Februarii pontificatus nostri a. primo“.*

Avinione, 1353 Februarii 12.

Ed. apud Pangerl, Urkundenbuch des Cistercienserstiftes zu Hohenfurt nr. XCIX.

---

17. *Innocentius VI Carolo regi Romanorum pro litteris per Neplachonem abbatem Opatovicensem praesentatis grates uberes agit.*

Avinione, 1353 Februarii 22.

Carissimo in Christo Karolo regi Romanorum illustri salutem etc. D. f. Neplacho abbas monasterii Opatowicensis ordinis s. Benedicti Pragensis dioc., ambassiator et nuncius tuus, quem consideracione tua et pro meritis eius placide vidimus, nobis quasdam literas tuas et duas insuper cedulas, quas benigne recepimus, presentavit, quibus diligenter inspectis et tam contentis in eis, quam hiis, que idem abbas nobis pro parte tua modestis labiis reseravit, paterna consideracione pensatis, tue circa nos et Romanam ecclesiam, matrem tuam, sincere

mentis affectum plenius novimus, que, igne caritatis accensa, filiali quodam studio salutaria consilia destinavit. Pro quibus sublimitati tue grates uberes agimus et illi, qui hunc tibi infudit animum, exolvimus dignas laudes, cum suppliciter exorantes, ut ipse, qui ad apostolice servitutis sarcinam supportandam humeros nostros infirmos et inbecilles elegit, de gracia sua nostros suppleat imperfectus et eandem ecclesiam ad nominis sui laudem et gloriam, ipsius honorem ecclesie ac salutem commissi custodie nostre gregis, populi scilicet christiani, regere benigne concedat. Ceterum scire te volumus, quod dileccio, quam ad te in minoribus constituti habuimus, hactenus cum augmento status virium incrementa suscepit, et vota tua, que velut catholici et christianissimi principis divinis beneplacitis et honestati conformia credimus, nobis insignuare poteris fiducia filiali. D. Auinione VIII kal. Marcii a. primo

R. Vat. 235 fol 47'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 275 et Huber, Reg. Imp VIII pag. 782 nr. 211.

---

18. Visitatio Neplachonis abbatis Opatovicensis.

[1353] Februarii 25.

Die XXV mensis Februarii dominus frater Neplaho abbas monasterii Opathovicensis ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. pro uno biennio proxime nunc transacto personaliter cum devocione debita visitavit.

Oblig. et sol. 28 fol. 143'. — In margine dextero: ‚Phi'.

---

19. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus in altari, ubi reliquiae imperiales fuerint, missae in pontificalibus et solemniter celebrari possint; item supplicat, quatenus in monasterio s. Ambrosii in civitate Pragensi missae secundum ritum Ambrosianum legi et cantari, abbatesque ipsius monasterii pontificalibus uti valeant; item supplicat, quatenus in mortis articulo plena omnium peccatorum remissio sibi concedi possit.

Avinione, 1353 Februarii 26.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, prout eciam alias supplicavit, quatinus, cum inter sacras imperiales reliquias, quas penes se habet, sit certa pars de ligno sanctissime crucis, in qua salvator noster pependit, et unus ex clavis, cum quibus eidem cruci fuit affixus, necnon lancea, cum qua eius latus sanctissimum extitit perforatum, dignemini ob reverenciam ipsius redemptoris nostri perpetuo concedere, quod quilibet sacerdos, qui in altari vel loco, ubi supradicte reliquie fuerint, missam vel alia divina officia celebrabit, possit eam vel ea in pontificalibus celebrare, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Possit in dicto altari qualibet die Veneris una missa de cruce et eciam in nativitatis, resurreccionis, ascensionis domini, pentecostes et quatuor b. Marie festis et in aliis precipuis festivis diebus, in quibus metropolitanus loci consuevit celebrare solempniter, missa cum nota et mitra per sacerdotem simplicem solempniter celebrari. G.

Item supplicat idem rex, quatinus, cum ipse in civitate sua Pragensi construi faciat quoddam monasterium ordinis s. Benedicti in honorem et sub vocabulo s. Ambrosii confessoris atque doctoris, dignemini concedere abbati et conventui ipsius monasterii, qui ibi pro tempore fuerint, quod missas et alia divina officia in ipso monasterio secundum ritum Ambrosianum legere valeant et cantare, prout in ecclesia, civitate et diocesi Mediolanensi legitur et cantatur, et quod abbas dicti monasterii mitra, anulo et baculo pastorali, aliisque insigniis pontificalibus uti valeat, ut in forma cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat, ita tamen, quod abbas et conventus predicti duodecim lecciones et duodecim responsoria et duodecim [p]salmos cum tribus canticis una cum evangelio secundum morem ordinis s. Benedicti dicere teneatur. G.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatinus sibi specialem graciam facientes, plenam indulgenciam et remissionem omnium suorum peccatorum semel dumtaxat in mortis articulo concedere dignemini, ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione IIII kal. Marcii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 66'. — In marg. sin.: ,Pro rege Romanorum'. Conf. Mon. Vat. I nr. 1471.

---

20. Carolo regi Romanorum indulgetur, ut in altari, in quo reliquiae imperiales fuerint, singulis diebus Veneris una de beata cruce et in festivitatibus in supplicatione sub nr. 19 nominatis alia missa solemniter celebrari possit. „Sincere devocionis“ „Auinione IIII kal. Marcii a. primo“.

. LX . *Avinione, 1353 Februarii 26.*

R. Av. 125 fol. 150, R. Vat. 224 fol. 432'.

---

21. Carolo regi Romanorum indulgetur, ut in monasterio s. Ambrosii in civitate Pragensi missae secundum ritum Ambrosianum legi et cantari, abbatesque ipsius monasterii mitra et anulo ac baculo pastorali aliisque insigniis pontificalibus uti valeant etc. ut in supplicatione sub nr. 19. „Eximia devocionis“ „Auinione IIII kal. Marcii a. primo“.

. C . *Avinione, 1353 Februarii 26.*

R. Av. 125 fol. 149', R. Vat. 224 fol. 432'.

22. Carolo Romanorum regi indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit ex tue devocionis" „Auinione IIII kal. Marcii a. primo".

Avinione, 1353 Februarii 26.

R. Av. 122 fol. 137', R. Vat. 224 fol. 382. — Ed. apud Ludewig, Reliq. man. VI pag. 21 et apud Lunig, Cod. Germ. dipl. I 377, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 507 nr. 36.

---

23. Preczlaus episcopus Vratislaviensis supplicat, quatenus magistro Jacobo Augustini de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Vratislaviensis provideatur.

Avinione, 1353 Februarii 28.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota creatura vestra Pretzlaus episcopus Wratislauiensis, quatinus dilecto suo magistro Jacobo Augustini, auditori causarum curie sue, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis, in qua fuit diu auctoritate felicis recordacionis domini Clementis pape, immediati predecessoris vestri, expectans,[1]) dignemini denuo providere, non obstante, quod in ecclesia Opoliensi canonicatum et prebendam ac ecclesiam parrochialem in Ossecrio[a]) Wratislauiensis dioc. noscitur obtinere, cum acceptacione et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II kal. Marcii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 71'. — [a]) Corrige: ‚Ossetno'. — [1]) Conf. Mon. Vat. I. nr. 1173.

---

24. Jacobo Augustini providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 23.[a]) „Laudabilia tue probitatis" „Auinione II kal. Marcii a. primo". — In e. m. scholastico maioris et cantori s. Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.

. X̄ X̿ . *Avinione, 1353 Februarii 28.*

R. Av. 124 fol. 220', R. Vat. 223 fol. 133'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297. — [a]) ‚parr. eccl. in Ossetno' Av.

---

25. Iudicibus mandatur, quatenus Guillelmo Busconis de Vilhartiez canonicatum et praebendam ecclesiae Vissegradensis conferant.

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

Ven. fr. episcopo Olomucensi et dd. ff. . . decano Pragensi ac . . sacriste Auinionensi salutem etc. Nobilitas generis, vite ac morum honestas et alia

probitatis et virtutum merita, quibus personam d. f. Wilhelmi Buschonis de Vilartitz rectoris parrochialis ecclesie in Clatow Pragensis dioc. fidedignorum testimonio iuvari percepimus, nos inducunt, ut ipsum apostolicis graciis et favoribus prosequamur. Dudum siquidem felicis recordacionis Clemens papa VI, predecessor noster, intendens de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Bohuta de Cladna canonicus Pragensis ac archidiaconus Curinensis[a]) in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, cum illos vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Bohuta ageret in humanis, videlicet II non. Junii, pontificatus sui anno undecimo.[1]) collacioni et disposicioni sue ea vice specialiter reservavit, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Wissegradensis prope Pragam, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis[b]), quos dictus Bohuta in eadem ecclesia Wissegradensi dicte reservacionis tempore obtinebat, per ipsius Bohute obitum, qui dicto predecessore in humanis agente extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, de quibus dictus predecessor, dum vixit, minime ordinavit, nos volentes dictum Willelmum premissorum meritorum suorum intuitu nec non consideracione . . . . Caroli Romanorum et Boemie regis illustris, pro dicto Willelmo nobis super hoc humiliter supplicantis,[2]) favore prosequi gracioso, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus . . . . predictos canonicatum et prebendam . . . . eidem Willelmo . . . . conferre et assignare curetis, ... non obstantibus . . . ., quod idem Willelmus predictam parrochialem ecclesiam in Clatow noscitur obtinere. . . . . D. Auinione VI non. Marcii a primo.

R. Vat. 244 fol. 403', R. Vat. 219 fol. 253. — a) Corrige: ‚Curimensis'. b) ‚modo pertinentes' Vat. — 1) 1352 Junii 4. 2) Supplicatio sub nr. 33.

---

26. *Anna regina Romanorum supplicat, quatenus infrascriptis de canonicatibus, praebendis, dignitatibus in ecclesia Pragensi, Vissegradensi, Vratislaviensi, Spirensi et Wormatiensi provideatur.*

Avinione, 1353 Martii 2 et 3.

Supplicat S^ti V^re . . . . Anna . . . . Romanorum . . . . et Boemie regina, quatenus sibi in persona carissimi fratris sui Johannis, nati Rudolfi ducis Bauarie et comitis palatini Reni, genitoris ipsius regine, specialem graciam facientes, de dignitate, personatu vel officio nunc vacantibus vel proxime vacaturis in ecclesia Pragensi dignemini graciosius providere.

Fiat eciam cum dignitate etc. G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item supplicat dicta regina, quatenus similem graciam facientes, Johanni nato nobilis viri Herbordi de Janorricz[a]) magistri curie dicte regine, baronis regni Boemie, clerico Pragensis dioc., de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Pragensis cum anteferri ac aliis clausulis oportunis ut in forma dignemini providere.

Fiat in ecclesia Ratisponensi de canonicatu sub expectacione prebende G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item Egidio germano dicti Johannis, clerico Pragensis dioc., similem per omnia graciam facere dignemini de canonicatu et prebenda ecclesie Royschegradensis [b]) iuxta Pragam.

Fiat G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item Burchardo nato nobilis viri Petri de Janeroitz [c]) magistri curie dicte regine, baronis regni Boemie, clerico Pragensis dioc., similem per omnia graciam facere dignemini de canonicatu et prebenda in ecclesia Pragensi.

Fiat in ecclesia Colocensi G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item Petro germano dicti Burchardi, clerico Pragensis dioc., similem per omnia graciam facere dignemini de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis

Fiat G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item Johanni nato Conradi Kempnater magistri camere dicte regine, clerico Ratisponensis dioc., similem per omnia graciam facere dignemini de canonicatu et prebenda ecclesie Spirensis, non obstante, quod ipse Johannes canonicatum et prebendam ecclesie Ratisponensis dinoscitur obtinere.

Fiat G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item Wenceslao nato Peschlini iudicis de Satz, clerico Pragensis dioc., de canonicatu et prebenda in ecclesia Wischegradensi predicta dignemini graciosius providere.

Fiat G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item magistro Reymboto clerico Vormacensis dioc., medico et familiari domestico nostro, de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Wormacensi providere dignemini graciose, non obstante ecclesia parrochiali in Wolaniez Pragensis dioc., quam noscitur obtinere, cum anteferri ac aliis clausulis oportunis.

Fiat G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item [d]) pro eodem Reymboto, ut possit tenere duo beneficia incompassibilia, quibuscunque constitucionibus non obstantibus, dignemini graciosius dispensare.

Ad istam non respondet papa

Item magistro Johanni clerico Pragensis dioc., doctori artis medicine, medico familiari nostro, de canonicatu et prebenda in ecclesia Pragensi dignemini graciosius providere, non obstante archidiaconatu Leuthomericensi, quem in predicta ecclesia dinoscitur obtinere, cum anteferri, executoribus et aliis clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G. D. V non. Marcii a. primo.

Item Petro nato nobilis viri Dibischii de Tallemberg, capellano familiari nostro domestico, clerico Pragensis dioc., de canonicatu et prebenda ecclesie Wischegradensis dignemini graciosius providere, non obstante, quod idem Petrus canonicatum et prebendam ecclesie s. Georgii et altare in ecclesia Pragensi dinoscitur obtinere.

Fiat G. D. Auinione V non. Marcii a. primo.

Item supplicat S[ti] [V[re]] dicta regina pro Johanne nato Bertholdi Zufrazz, clerico Herbipolensis dioc., notario familiari et commensali dicte regine, ut sibi de canonicatu sub expectacione prebende vacante vel vacaturo in ecclesia Wratislauiensi

cum anteferri, executoribus ac aliis clausulis oportunis ut in forma dignemini graciosius providere.

Fiat in ecclesia s. Georgii dioc. (!) G. D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

Item supplicat dicta regina, quod supradicte supplicaciones sine alia leccione transeant et cum clausulis anteferri, executoribus et omnibus aliis oportunis ut in forma.

Fiat G.

R. Suppl. 23 fol. 81. — a) Corrige; ,Janouicz'. b) Corrige: ,Wyschegradensis'. c) Corrige ,Janowicz'. d) Haec supplicatio est cancellata — In principio rotuli: ,Pro regina Romanorum'.

---

27. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Johanni nato Herbordi de Janovicz*[a]) *de canonicatu ecclesiae Ratisponensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VI non. Marcii a. primo".*

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 124 fol. 532', R. Vat. 220 fol. 438. — a) ,Janowcz' Av.

---

28. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Egidio nato Herbordi de Janovicz de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VI non. Marcii a. primo".*

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 124 fol. 533, R. Vat. 220 fol. 438'.

---

29. *Gerlaco archiepiscopo Maguntino mandatur, quatenus Johanni nato Conradi Kempnater de canonicatu ecclesiae Spirensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 26. „Dignum reputamus" „Auinione VI non. Marcii a. primo".*

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 124 fol. 511', R. Vat. 220 fol 418.

---

30. *Episcopo Spirensi mandatur, quatenus Reimboto [Eberhardi] de canonicatu ecclesiae Wormatiensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 26. „Dignum arbitramur" „Auinione VI non. Marcii a. primo".*

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 124 fol. 252', R. Vat 223 fol. 162.

---

31. Reimboto Eberhardi[a]) in medicina baccalario, physico ac familiari Annae Romanorum reginae, providetur de canonicatu ecclesiae Wormatiensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 26.[b]) „Literarum sciencia" „Auinione VI non. Marcii a. primo". — In e. m. decano Basiliensis et scholastico Maguntinensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.

. XX . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 121 fol. 582, R. Vat. 220 fol. 479'. — a) ‚Reymbot. Ebrardi' Av. b) ‚parr. eccl. in Vyolanicz' Av.

---

32. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Petro Divissii de Talmberg,[a]) de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 26. „Dignum arbitramur" „Auinione VI non. Marcii a primo".

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 121 fol. 512, R. Vat. 220 fol. 418'. — a) ‚Disbischii de Talleraberg' Av.

---

33. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis de archidiaconatu Curimensi, de canonicatibus et praebendis ecclesiae Vissegradensis et Pragensis et de parochiali ecclesia in Pfeffingen provideatur.

Avinione, 1353 Martii 2.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi specialem graciam facientes, dignemini providere:

Genczoni Zuissii Dengosdey [a]) capellano suo commensali de archidiaconatu Curimensi in ecclesia Pragensi, vacante per obitum condam Bohute, olim archidiaconi Curimensis, in eadem ecclesia extra Romanam curiam defuncti, eciam si sit generaliter vel specialiter reservatus, non obstante, quod in eadem cum obediencia et in Wissegradensi Pragensis dioc. ecclesiis canonicatus obtinet et prebendas, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat, nisi fuerit alteri ius quesitum G.

Item Wilhelmo Buschonis de Vilarzciez de canonicatu et prebenda ecclesie Wissegradensis predicte simili modo vacantibus, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Clacoi [b]) Pragensis dioc. obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat, nisi etc. G.

Item Habardo Henrici de Malenar [c]) de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis simili modo vacantibus, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Besdecz dicte dioc. obtinet, cum aliis ut supra.

Fiat, nisi etc. G.

Item Johanni dicto de Stendal de canonicatu et prebendis vacantibus in ecclesia Pragensi per promocionem Johannis episcopi Olomucensis et munus consecracionis impensum eidem dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Schesautz dicte dioc. obtinet, quam paratus est dimittere, cum dictarum prebendarum fuerit possessionem pacificam assecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis sicut supra.

Fiat, nisi etc. G.

Item Guillelmo Johannis Pauli antiquo notario et familiari suo de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende vacantis vel vacature in eadem et cum acceptacione etc., non obstante, quod de canonicatu et prebenda in ecclesia Placentinensi et quod dudum sibi de quodam perpetuo beneficio tunc vacante in plebe de Tassulo Tridentine dioc. auctoritate ordinaria provisum extitit, de quo nunquam aliquid percepit nec possessionem habuit, nisi per procuratores suos noviter forsan habita fuerit, quod ignorat, et quod ex gracia sibi dudum a predecessore vestro facta de uno, duobus vel tribus beneficiis ecclesiasticis sine cura usque ad valorem septuaginta florenorum auri secundum taxacionem decime, ad collacionem episcopi et capituli Lucani communiter vel divisim [pertinentibus] noscitur expectare, quibus beneficio et gracie est renunciare paratus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus prout supra.

Fiat G. . . . .

D. Auinione VI non. Marcii anno primo.

R. Suppl. 23 fol. 80'. — a) Corrige: ,de Ugezdecz'. b) Corrige: ,Clatov'. c) Corrige: ,Malouar'. — In marg. sin. superiore: „Pro rege Romanorum“. In marg. dext.: „Pro camera“.

34. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Habardo Henrici de Malovary canonicatum et praebendam ecclesiae Pragensis vacantes conferat.*

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

D. f. . . officiali Pragensi salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Olim siquidem . . . . Clemens papa VI . . . . intendens de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis ac archidiaconatu Curimensi in eadem ecclesia, quos quondam Bohuta de Cladna canonicus eiusdem ecclesie, archidiaconus Curimensis, in eadem ecclesia, dum viveret, obtinebat, cum illos vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam et archidiaconatum predictos, dum adhuc idem Bohuta ageret in humanis, videlicet II non. Junii pontificatus sui anno undecimo, [1] dum tamen archidiaconatus ipse dignitas, officium vel personatus existeret, collacioni et disposicioni sue duxit ea vice specialiter reservandos. . . . . Cum itaque, postmodum dicti canonicatus et prebenda ac archidiaconatus, qui dignitas in eadem ecclesia existit, per obitum dicti Bohute, qui extra Romanam curiam dicto predecessore vivente diem clausit extremum, vacaverint et, sicut asseritur, vacent ad presens, nos volentes personam d. f. Habardi Henrici de Malenar [a]), rectoris parrochialis ecclesie in Besdetz Pragensis

dioc . . . ., consideracione . . . Karoli Romanorum et Boemie regis illustris, pro dicto Habardo, dilecto suo, ... supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni tue . . . . mandamus, quatenus . . . . canonicatum et prebendam predictos eidem Habardo auctoritate nostra conferre et assignare procures . . . ., non obstantibus . . . ., quod dictus Habardus prefatam parrochialem ecclesiam noscitur obtinere . . . D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

R. Av. 121 fol. 349'. R. Vat. 221 fol. 371'. — a) Corrige: ‚Malouar'. — [1]) 1352 Junii 1. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1435.

---

35. Iudicibus mandatur, quatenus Johanni de Stendal canonicatum et praebendam ecclesiae Pragensis conferant.

Avinione, 1353 Martii 2.

Ven. fr. . . episcopo Mindensi et dd. ff. sacriste ecclesie Auinionensis ac . . officiali Auinionensi salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque merita probitatis, super quibus . . Johannes dictus [de] Stendal rector parrochialis ecclesie in Schesancz Olomucensis dioc. apud nos fide digno commendatur testimonio, exposcunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem . . . . Clemens papa VI, predecessor noster, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad cathedralium ecclesiarum regimina tempore huiusmodi promocionis eorum obtinerent, cum illa quovis modo vacare contingeret, disposicioni sue reservans, decrevit extunc irritum et inane, si . . . . contingeret attemptari. Cum itaque postmodum, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos . . . . Johannes episcopus Olomucensis tempore promocionis de ipso facte per predecessorem predictum [1]) ad Olomucensem ecclesiam tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promocionem suam et consecracionis munus, sibi de mandato eiusdem predecessoris extra Romanam curiam impensum, dicto predecessore adhuc in humanis agente vacaverint et vacent ad presens, nos, qui dicto predecessore, sicut domino placuit, de hac luce subtracto ad apicem summi apostolatus assumpti, in ipsius assumpcionis nostre primordiis omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promoti per eundem predecessorem ad cathedralium ecclesiarum regimina promocionis eorum tempore obtinebant, tunc vacancia et imposterum vacatura, collacioni et disposicioni nostre cum similis interposicione decreti duximus reservanda, volentes dictum Johannem dictum de Stendal . . . . consideracione . . . . Karoli Romanorum et Boemie regis illustris, pro eodem Johanne, dilecto suo, ... supplicantis, prosequi favore gracie specialis, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus . . . . dictos canonicatum et prebendam, de quibus dictus predecessor minime ordinavit, si, ut premittitur, vacant, . . . prefato Johanni dicto de Stendal auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . ., non obstantibus . . . ., quod parrochialem ecclesiam predictam noscitur obtinere . . . . D. Auinione VI non. Marcii a. primo.

R. Vat. 244 fol. 407', R. Vat. 219 fol. 256. — [1]) Mon. Vat. I nr. 1409.

---

36. Guilelmo Johannis Pauli providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in nr. 33. „Laudabile testimonium" „Auinione VI non. Marcii a primo." — In e. m. episcopo Olomucensi et archidiacono Beneventanae ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.

. X X . *Avinione, 1353 Martii 2.*

R. Av. 124 fol. 148, R. Vat. 223 fol. 69'.

---

37. Henricus episcopus Lubucensis supplicat, quatenus infrascriptis de archidiaconatu Legnicensi ac de canonicatibus et praebendis ecclesiae Vratislaviensis et Glogoviensis provideatur.

Avinione, 1353 Martii 3.

Supplicat S^ti^ V^re^ vestra creatura Henricus gracia apostolice sedis episcopus Lubucensis, quatenus sibi specialem graciam facientes, Nicolao de Pontwynstorph presbytero Wratislauiensi, instructori eleccionis sue, spoliato iam multis annis fructibus beneficiorum suorum, que in Lubucensi ecclesia predicta obtinet, de archidiaconatu Ligeniczensi Wratislauiensis dioc., quem idem episcopus ante suam consecracionem obtinebat, dignemini misericorditer providere, non obstante, quod idem Nicolaus canonicatum et prebendam in Wratislauiensi ac scolastriam et canonicatum et prebendam in Lubucensi ecclesiis noscitur obtinere, quam scolastriam, de qua propter spoliacionem, ut prefertur, marchionis Brandenburgensis, filii quondam Ludowici Bauari, nil percepit, dimittere est paratus, cum dictum archidiaconatum et eius possessionem fuerit pacifice assecutus et [cum] aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item supplicat ut supra, quatenus Phylippo quondam Phylippi burchgravii in Ottomachow Wratislauiensis dioc., suo consanguineo, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos idem episcopus in ipsa ecclesia Wratislauiensi [a]) ante suam consecracionem obtinebat, dignemini misericorditer providere, non obstante, quod idem Phylippus ecclesiam curatam in Protzano Wratislauiensis dioc. predicte noscitur obtinere, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis [et] executoribus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat ut supra, quatenus Petro quondam Conradi Rusenerii clerico dicte Wratislauiensis dioc., in artibus studenti, nullum beneficium ecclesiasticum obtinenti, de canonicatu et prebenda ecclesie Glogouiensis dicte Wratislauiensis dioc., quos idem episcopus similiter ante suam consecracionem inibi obtinebat, dignemini misericorditer providere cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G. Et quod transeant sine alia leccione.

Fiat G. D. Auinione V non. Marcii a primo.

R. Suppl. 23 fol. 77 — a) ‚Wratislauiensis' Suppl.

---

38. Nicolao de Beuthmannsdorf (Bösdorf)[a], *in presbyteratus ordine constituto, providetur de archidiaconatu ecclesiae Legnicensis*[b]) *Vratislaviensis dioc. vacante per promotionem archidiaconi Henrici ad episcopatum Lubucensem, non obstantibus, „quod in Wratislauiensi et in predicta Lubucensi ecclesiis cum scolastria canonicatus et prebendas, quorum canonicatus et prebende ac scolastrie Lubucensis ecclesie fructibus*[c]) *per multos annos, ut asserit, spoliatus, ex eis nihil“ percepit, noscitur obtinere. Decernitur autem, quod, quamprimum dictum archidiaconatum fuerit assecutus, scholastriam praedictam dimittere tenetur. „Laudabile testimonium“ „Auinione V non. Marcii a. primo“. — In e. m. episcopo Lubucensi et abbati monasterii s. Mariae in Arena extra muros Vratislavienses ac sacristae ecclesiae Avinionensis.*

. X X . *Avinione, 1353 Martii 3.*

R. Av. 121 fol. 80, R. Vat. 221 fol. 112′. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 292. — a) ‚Poutwynsdroph‘ Av. b) ‚Ligeniczensis, Av. c) ‚fructus‘ Av.

39. Philippo Philippi burggravii in Ottmuchow[a]) *conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 37. „Honestas morum“ „Auinione V non. Marcii a. primo.“ — In e. m. abbati monasterii s. Vincentii extra muros Vratislavienses et cantori s. Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1353 Martii 3.*

R. Vat. 244 fol. 326′, R. Vat. 219 fol. 192′. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 292 — a) ‚Ottomachow‘ Av.

40. Petro Conradi Rusenerii[a]) *conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Glogoviensis. „Laudabile testimonium“ „Auinione V non. Marcii a. primo.“ — In e. m. abbati monasterii s. Mariae in Arena extra muros Vratislavienses et praeposito Lubucensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1353 Martii 3.*

R. Vat. 244 fol. 327, R. Vat. 219 fol. 193. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 292. — a) ‚Ruseuen‘ Vat.

41. Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus magistro Johanni, archidiacono Luthomericensi[a]) *de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 26. „Dignum arbitramur“ „Auinione V non. Marcii a. primo“.*

X
. X . *Avinione, 1353 Martii 3.*

R. Av. 124 fol. 295, R. Vat. 223 fol. 201. — a) ‚Leuthomerien.‘ Av.

42. *Guidoni episcopo Portuensi indulgetur, ut ecclesias ac monasteria et alia loca ecclesiastica in archidiaconatu suo Flandrensi in ecclesia Morinensi usque ad quinquennium visitare et procurationes recipere possit. „Quanto Romanam ecclesiam" „Auinione V id. Marcii a. primo". — In e. m. archidiacono ecclesiae Pragensis et Morinensi ac Avinionensi officialibus.*

Gratis. *Avinione, 1353 Martii 11.*

R. Vat. 244 fol. 70', R. Vat. 219 fol. 33'.

---

43. *Neplach abbas monasterii Opatovicensis supplicat, quatenus Andreae Bartholomaei de Vožicz de canonicatu et praebenda ecclesiae Olomucensis provideatur.*

Avinione, 1353 Martii 14.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Neplach abbas monasterii Opatoroiczensis [a]) ordinis s. Benedicti Pragensis dioc., primus ad S[tem] V[ram] regis Romanorum ambaxiator, quatenus sibi in persona dilecti familiaris et servitoris sui Andree, nati Bartholomei de Wozicz, rectoris ecclesie Cwnyeticzensis, mecum pro nunc in curia morantis, graciam specialem facientes, eidem Andree de canonicatu et prebenda ecclesie Olomwczensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam [b]) vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens vel cum vacabit, eidem conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione et clausula anteferri etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam Cwnietyczcii dicte dioc., cuius fructus XXV florenorum auri annuum non excedunt valorem, noscitur obtinere, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II id. Marcii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 97. — a) Corrige: ‚Opatowiczensis'. b) ‚predictam' Suppl.

---

44. *Andreae nato Bartholomaei de Vožicz [a]) providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 43. „Vite ac morum" „Auinione II id. Marcii a. primo". — In e. m. episcopo Luthomuslensi [b]) et abbati monasterii Trebecensis [c]) Olomucensis dioc. ac sacristae ecclesiae Avinionensis.*

.XX. *Avinione, 1353 Martii 14.*

R. Av. 124 fol. 533', R. Vat. 220 fol. 439. — a) ‚Bartholomei de Wozicz' Av. b) ‚Luthomislensi' Av. c) ‚Trebiczensis' Av.

---

45 *Iudicibus mandatur, quatenus circa Johannem Petri eiectum canonicum monasterii Milocensis, ordini suo reconciliari cupientem, constitutiones Benedicti papae XII observari faciant.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1353 Martii 20.*

Dd. ff. . . preposito Melnicensi et . . Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac . . de Tyn Pragensis dioc. ecclesiarum decanis salutem etc. Dudum felicis recordacionis Benedictus papa XII, predecessor noster . . . .[1]) Cum autem, sicut Johannes Petri canonicus monasterii Milocensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc., lator presencium, nobis humiliter exposuit, ipse dudum ex certis causis nobis expositis de dicto monasterio eiectus, eiusdem ordinis dimisso et postmodum reassumpto habitu, per seculum incesserit evagando, nos predicti Johannis, reconciliari deo et eidem ordini suo, ut asserit, cupientis, devotis supplicacionibus inclinati, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus vos . . . . voluntates, ordinaciones, mandata et concessiones predecessoris eiusdem circa eundem Johannem faciatis auctoritate nostra firmiter observari . . . .

D. Auinione XIII kal. Aprilis a. primo.

R. Av. 125 fol. 402', R. Vat. 222 fol. 337. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 891.

---

46. Archiepiscopo Pragensi, episcopo Vratislaviensi ac sacristae ecclesiae Avinionensis mandatur, quatenus Johannem de Novo Foro electum Nuemburgensem, quem Clemens papa VI eidem ecclesiae, vacanti per obitum Johannis episcopi, praefecit,[1]) *tamquam verum episcopum recipi faciant, amoventes ab eadem „Rodulfum de Beder, qui . . . . pretextu cuiusdam eleccionis de ipso per dictos capitulum et confirmacionis eleccionis eiusdem per . . . . archiepiscopum Magdeburgensem, loci metropolitanum, ... presumptarum de facto in eadem ecclesia se intruserat". „Dudum siquidem" „Auinione id. Aprilis a. primo.*

x
x *Avinione, 1353 Aprilis 13.*
.x.

R. Av. 122 fol. 162', R. Vat. 224 fol. 484'. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1424.

---

47. Ludovicus rex Ungariae supplicat, quatenus Simoni de Legnicz de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Pragensi provideatur.

Avinione, 1353 Aprilis 20.

Supplicat S^ti V^re et sancte Romane ecclesie filius predevotus Lodovicus rex Ungarie . . . .

Item supplicat, quatenus capellano suo multum sibi dilecto Symoni de Legnicz de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Pragensi, vacante, vel cum vacaverit, cum acceptacione etc. dignemini providere, non obstante, quod in Wratislauiensi et Posoniensi Strigoniensis dioc. ecclesiis etc. (!) [Auinione XII kal. Maii a. primo.][a])

Ad[b]) istam respondet papa: Ecclesia Pragensis est nimis onerata.

R. Suppl. 23 fol. 137. — [a]) Suppletum ex supplicatione praecedente. [b]) Haec adnotatio in margine dextero reperitur.

48. *Petro Begonis licentiato in legibus conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Strigoniensis, ex causa permutationis vacantes, non obstantibus, quod in Vratislaviensi ecclesia cancellariam, quae simplex officium existit, et canonicatum ac praebendam noscitur obtinere. „Apostolice sedis circumspecta“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI kal. Maii a. primo“. — In e. m. Vachiensi et Adurensi episcopis ac praeposito ecclesiae Bariolensis Foroiuliensis dioc.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Aprilis 26.*

R. Av. 121 fol. 140, R. Vat. 221 fol. 173.

---

49. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Alberto Bohuslai de Liticz de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae nec non dignitatis, personatus seu officii provideatur.*

Apud Villamnovam, 1353 Maii 5.

Supplicat S[ti] V[re] humilis filius vester et devotus Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti capellani sui commensalis Alberti Bohuslay de Luticz, canonici ecclesie Wissegradensis prope Pragam, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Pragensis sibi dignemini providere, prebendam vero ipsius ecclesie nec non dignitatem, personatum seu officium cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ipsius ecclesie pertinentem seu pertinens . . . ., eciam si in ipsa ecclesia fuerit, si vaca[n]t ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint,[a]) conferendas aut conferendos seu conferenda eidem Alberto donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri; non obstante, quod canonicatum et prebendam cum obediencia alias prestimonio in ecclesia Wissegradensi predicta et perpetuam vicariam prepositi Pragensis in eadem ecclesia Pragensi obtinet, quam quidem vicariam paratus est dimittere, postquam assecutus fuerit pacificam possesionem premissorum, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat eciam cum dignitate etc. G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III non. Maii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 154. — a) ‚vacaberint‘ Suppl.

---

50. *Alberto Bohuslai de Liticz*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus seu officii, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 49. „Probitatis tue merita“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III non. Maii a. primo“. — In e. m. Olomucensis et Vissegradensis*[b]) *prope Pragam decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Maii 5.*

R. Av. 124 fol. 87', R. Vat. 223 fol. 8'. — a) ‚Luticz‘ Av. b) ‚Wissegradensis‘ Av.

---

51. Ludovicus rex Ungariae supplicat, quatenus gratia Ulrico Schoff de dignitate, personatu vel officio in ecclesia Vratislaviensi a Clemente VI facta confirmetur.

Apud Villamnovam, 1353 Maii 13.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Ludouicus rex Vngarie . . . . . .

Item supplicat, quatenus graciam, dilecto suo Vlrico Scof per felicis recordacionis dominum Clementem papam VI, predecessorem vestrum, de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, vacantibus vel vacaturis in ecclesia Wratislauiensi, ad collacionem . . . . episcopi Wratislauiensis spectantibus, factam [1]), confirmare dignemini et ex certa sciencia renovare, non obstante, quod super canonicatu et prebenda dicte ecclesie diffinitivam sentenciam in palacio apostolico obtinuit, quorum tamen possessionem nondum est assecutus, et in ecclesia s. Egidii Wratislauiensi canonicatum et prebendam obtinet, seu quod idem vester predecessor dicto Vlrico de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olomvricensis [a]) mandavit provideri, cui gracie ultime renunciare totaliter est paratus, cum clausulis ut supra ut in forma.

Fiat de novo de canonicatu sub expectatione prebende G.

. . . .

Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 164. — [a]) Corrige: ‚Olomvczensis'. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 940, 1504, 1505.

---

52. Nota de solutione octo florenorum poenitentiario Petro de Bohemia facta.

1353 Maii 25.

Die XXV mensis Maii [a. MCCCLIII] [a]) fuit facta solucio penitenciariis, domicellis, magistro palacii, coquis, palefrenariis, hostiariis et servientibus armorum infrascriptis pro eorum raubis estatis. Primo soluti fuerunt penitenciariis infrascriptis, videlicet fratribus: . . . .
. . . . Petro de Boemia . . . . ,
qui sunt in numero XVIII ad racionem VIII flor. pro quolibet, ascendunt — CXLIIII flor.

Int. et Exit. (1353) 267 fol. 180'. — Suppletum ex folio 178 euisdem codicis.

---

53. Assignatio pecuniarum a collectoribus in subsidium ecclesiae Romanae receptarum.

1353 Maii 26.

Anno domini millesimo CCCLIII, indiccione VI, die XXVII mensis Februarii reverendus in Christo pater dominus Stephanus, dei gracia archiepiscopus Tholosanus, domini nostri pape camerarius, incepit assignare et assignavit per dies infrascriptas pecunias infrascriptas per ipsum receptas a diversis

collectoribus seu receptoribus decimarum triennalium, olim per felicis recordacionis Clementem papam VI in subsidium ecclesie Romane contra Turcos et occupatores terrarum dicte ecclesie impositarum. . . . .

Die XXVI Maii . . . .

Item in moneta argenti de Boemia V marc. III quart. unc.

R. Av. 125 fol. 296—301.

---

54. Archiepiscopis Strigoniensi et Pragensi mandatur, quatenus de excessibus Colomanni episcopi Jauriensis, propter quos ab archiepiscopo Strigoniensi sub carcerali custodia detinetur, veritatem inquirant et de iis sedem apostolicam quantocius certiorem faciant. „Intellceximus" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Junii a. primo."

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Maii 31.*

R. Av. 125 fol. 418', R. Vat. 222 fol. 348'. — Ed. apud Theiner, Mon. Hung. II pag. 3.

---

55. Cum Carolo rege Romanorum dispensatur, ut cum quacunque muliere, sibi quarto vel tertio consanguinitatis et affinitatis ac secundo etiam affinitatis gradibus coniuncta, quam duxerit eligendam, matrimonium contrahere valeat. „Eximie devocionis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii a primo."

X
X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 1.*

R. Av. 125 fol. 412', R. Vat. 222 fol. 344'. — Ed. apud Ludewig, Reliquiae VI pag. 20, Lünig, Cod. Germ. dipl. I 387, Pelzel, Karl IV I Urkundenbuch pag. 172 e codice diplom. Nostiziano, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 507 nr. 37.

---

56. Archiepiscopo Pragensi conceditur facultas dispensandi cum Alberto nato ducis Austriae et Catherina nata Johannis marchionis Moraviae, ut matrimonium contrahere valeant.

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 1.*

Ven. fr. archiepiscopo Pragensi salutem etc. Sedis apostolice circumspecta benignitas . . . . Cum itaque nuper pro parte . . . . Caroli Romanorum et Boemie regis illustris nobis expositum fuerit, quod per communes amicos . . . . Alberti ducis Austrie et Johannis marchionis Moravie, dicti regis germani, ad conservandum mutuam amiciciam inter eos noviter est tractatum, quod . . . . nobilis puer Albertus ducis et . . . . nobilis puella Katherina marchionis predictorum nati, minores annis, exnunc per sponsalia et demum, cum auctore domino ad legitimam etatem pervenerint, matrimonialiter copulentur. Sed quia ipsi Albertus natus et Katherina tercio et quarto consanguinitatis gradibus ex eodem stipite invicem se contingunt,

id effici nequit dispensacione super hoc apostolica non obtenta, nos dicti regis ex certis causis nobis expositis in hac parte supplicacionibus inclinati, fraternitati tue .... dispensandi auctoritate nostra cum eisdem Alberto nato et Katherina, ut, cum ad[a]) aptam etatem ac legitimam pervenerint, sponsalia et matrimonium, impedimento, quod ex dicta consanguinitate provenit, non obstante, inter se contrahere et in dicto matrimonio, postquam sic contractum fuerit, remanere licite valeant, nec non prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nunciandi plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii a. primo.

R. Av. 125 fol. 413, R. Vat. 223 fol. 341'. — a) ,ad id' Av.

---

57. Innocentius papa VI scribit Carolo regi Romanorum, se litteras per episcopum Vratislaviensem nuntium regium praesentatas benigne recepisse.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 6.

Carissimo in Christo filio Carolo regi Romanorum illustri salutem etc. Serenitatis tue litteras presentatas nobis per ven. fr. nostrum episcopum Wratislaniensem, nuncium tuum, et ipsum quoque nuncium contemplacione tua benigne recepimus et tam ea, que dicte littere continebant, quam que idem nuncius nobis pro parte magnitudinis tue prudenter et provide reseravit, diligenter auditis ad ea tibi per eundem episcopum, qui ad magnitudinem tuam ad presens revertitur, respondendum duximus[a]) et peticiones pro parte tua nobis exhibitas, quantum cum deo potuimus, ad graciam exaudicionis admisimus, sicut ab eodem episcopo audies plenius viva voce. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Junii a. primo.

R. Vat. 244 K (Archet.) nr. 215, R. Vat. 235 fol. 120' — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 277 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 782 nr. 242. — a) In Archet. sequitur: ,sicut ab ipso audies plenius viva voce. Ceterum peticiones pro parte magnitu.', sed cancellatum est.

---

58. Roberto de Gebenna canonico Parisiensi reservantur per litteras cassatas canonicatus et praebenda ac cancellaria ecclesiae Ambianensis, quae vacare sperantur. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI id. Junii a. primo." — In e. m. abbati monasterii s. Johannis Ambianensis et archidiacono Pragensis ac Guilelmo Coynde canonico Claromontensis ecclesiarum.

Gratis *Apud Villamnovam, 1353 Junii 8.*

R. Av. 121 fol. 161'. — In margine huius litterae, quae cancellata existit: „Cassata de mandato".

---

59. Innocentius papa VI Carolo regi Romanorum gratias agit pro litteris manu propria scriptis.

Avinione, 1353 Junii 10.

Carissimo in Christo filio Carolo regi Romanorum illustri salutem etc.[a]) Magnitudinis tue litteras regia manu scriptas, per quas nos[b]) ad salubrem gubernacionem et curam[c]) universalis ecclesie mira exhortacione ac filiali studio excitasti, benignitate ac affeccione plena recepimus et inde tibi tanto uberiores gracias agimus, quanto filialem caritatem tuam erga nos per eas cognovimus ampliorem, dum absens corpore, mente presens, salutaribus consiliis nos informas.[d]) Itaque omnipotenti deo devotas et humiles preces effundimus, ut ipse, cuius vices licet immeriti gerimus, sic imperfectum[e]) supplere sicque actus nostros dirigere in beneplacito suo pia miseracione dignetur, quod ecclesiam ipsam ad sui laudem et gloriam ac salutem populi Christiani eo prestante regere valeamus. De[f]) salute quoque tua et prospero imperii tui statu soliciti reddimur et eum, per quem vivis et regnas, utinam sic utiliter sicut efficaciter, propterea exoramus. Ceterum decreveramus[g]) sublimitati tue propria similiter manu rescribere et prementis nos sarcine onera stilo domestico diffusius aperire, sed impediti presentialiter id exequi non valemus. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. iunii anno primo.[1])

R. Vat. 235 fol. 122, R. Vat. 244 A (Archet.) nr. 501. — a) ‚illustri sal. etc.' deest in Archet. b) Sequitur: ‚mira exhortacione', sed deletum in Archet. c) Sequitur: ‚imbecillitati nostre commisse', sed deletum in Archet. d) Sequitur: ‚Rogamus ita[que]', sed deletum in Archet. e) Sequitur: ‚nostrum', sed deletum in Archet. f) Praecedit: ‚Ceterum', sed deletum in Archet. g) Sequitur: ‚tu', sed deletum in Archet. — 1) In ipsius tergo minutae adnot.: ‚IIII id. iunii anno primo R'.

---

60. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis notariis et subnotariis suis ac Petro de Amberg familiari electi Nuemburgensis de infrascriptis canonicatibus et praebendis provideatur.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 10.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester filius Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex, quatinus sibi in personis subscriptorum notariorum et subnotariorum, domesticorum et familiarium de benignitatis clemencia gracias dignemini facere speciales:

Primo supplicat, quatinus Heinrico de Wesalia iuris civilis bacalario Treuerensis dioc., regalis cancellarie notario, gracias per felicis recordacionis dominum Clementem, S[tis] V[re] predecessorem, in monasterio de Meinuelt Treuerensis dioc., quoad canonicatum et prebendam, dignitatem, personatum vel officium et in Spirensi, quoad unum de sex maioribus ecclesiasticis beneficiis, prebende sacerdotales vulgariter appellatis,[a]) confirmare dignemini vel de eisdem de novo providere, non obstante, quod idem Heinricus canonicatum et prebendam s. Florini Confluencie et vicariam perpetuam in Couerna ecclesiarum dicte

Treuerensis dioc. noscitur obtinere, quam tamen vicariam paratus est dimittere, dum unum dictorum beneficiorum fuerit pacifice consecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G.

Item Nicolao Johannis de Curia Regnicz clerico Rabembergensis[b]) dioc., subnotario regalis cancellarie, de canonicatu et prebenda in ecclesia Wratislauiensi vacante vel vacatura cum non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat G.

Item Petro Conradi de Modritz presbytero Olomucensis dioc., subnotario, de canonicatu et prebenda in ecclesia Olomucensi, non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Pustmir dicte dioc. noscitur obtinere etc. ut supra.

Fiat G.

Item Petro de Amberg clerico Ratisponensis dioc., familiari venerabilis Johannis electi Nuemburgensis, de canonicatu et prebenda in ecclesia Wratislauiensi, spectante ad collacionem etc. . . episcopi, prepositi, decani et capituli ibidem cum cura vel sine cura coniunctim vel divisim etc. ut in forma ut supra.

Fiat G.

Item Hertroico[c]) de Burgen clerico Treuirensis dioc., subnotario, de canonicatu et prebenda s. Costoris[d]) Confluencie dicte Treuerensis dioc.

Fiat G, non obstante, quod idem Hertroicus[e]) in forma communi per Stem Vram sit expectans ad collacionem prepositi ecclesie sanctorum Martini et Seueri monasterii in Meyneuell[f]) dicte Treuerensis dioc.,; quam graciam sibi dignemini reservare etc. ut supra.

Fiat G. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G.

Et quod examen remittatur. Fiat G[g]), vel ad partes committatur. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 200. — a) In Suppl. sequitur: ‚ecclesiis‘. b) Corrige: ‚Bambergensis‘ c) Corrige: ‚Hertwico‘. d) Corrige: ‚Castoris‘. e) Corrige: ‚Hertwicus‘. f) Corrige: ‚Meyneuelt‘. g) ‚Fiat G‘ cancellatum est alio atramento, ad quam cancellaturam sequens adnotatio, in margine alia manu adscripta, pertinet: ‚Ita erat in originali, sicut est hic.‘

***61.** Henrico de Wesalia reservatur unum e sex maioribus beneficiis Spirensis ecclesiae, quod auctoritate litterarum Clementis VI expectabat, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 60. „Literarum sciencia“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. primo“. — In e. m. praeposito Treverensis et decano s. Castoris Confluentiae ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 10.*

R. Av. 121 fol. 556, R. Vat. 224 fol. 320'. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1156, 1157.

---

62. Gerlaco archiepiscopo Maguntino mandatur, quatenus Nicolao Johannis de Curia Regnicz de canonicatu ecclesiae Vratislariensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. primo".

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 10.*

R. Av. 124 fol, 513, R. Vat. 220 fol. 420. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

63. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Petro Conradi de Modřicz [a]) de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 60. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. primo".

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 10.*

R. Av. 124 fol. 512', R. Vat. 220 fol. 419. — a) ‚Modricz' Av.

---

64. Hertvico de Burgen providetur de canonicatu ecclesiae s. Castoris Confluentiae sub expectatione praebendae. „Laudabilia tue probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. primo". — In e. m. Trererensis et s. Florini Confluentiae ecclesiarum decanis ac sacristae Avinionensi.

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 10.*

R. Av. 147 fol. 506.

---

65. Mirzanus de Parchwicz et Czuchna uxor eius supplicant, quatenus cum eis de matrimonio contracto dispensetur. — Czamborius de Pogorella supplicat, quatenus non obstante occisione cuiusdam pueri ad superiores ordines ascendere et in susceptis ministrare valeat.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.

Significant S[ti] V[re] devoti vestri et sancte Romane ecclesie filii Mirzanus miles de Parchouicz Wratislauiensis dioc. et Czuchna uxor sua, nata quondam Spitkonis militis Craconiensis dioc., quod consanguineis et amicis utriusque ipsorum simul cum eisdem Mirzano et Czuchna tempore contracti matrimonii inter eos consanguinitatem penitus ignorantibus sine bannis nequaquam in contemptum sancte matris ecclesie matrimonium per verba de presenti alias legitime contraxerunt, prolemque postmodum genuerunt; qui [a]) coniuges, prout post consummacionem matrimonialis copule a parentibus [b]) postmodum perceperunt, ex uno latere in tercio, ex altero vero in quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt. Cum autem, pater sanctissime, ex ipsorum separacione, si, quod absit, fieret, multa scandala sequerentur, supplicant S[ti] V[re] predicte Mirzanus et Czuchna prefati, quatenus scandalis huiusmodi paterne et misericorditer obviando cum eis, ut in

dicto matrimonio libere et licite valeant permanere, impedimentis, que ex premissis proveniunt, nequaquam obstantibus, dignemini dispensare, prolem susceptam et suscipiendam legitimam decernendo.

Fiat G.

Item significat, quod, cum Czamborius de Pogorella subdiaconus, canonicus ecclesie Wratislauiensis, quadam vice cuidam familiari suo propter eius demerita licenciam a se recedendi dedisset, et postmodum sacerdotes et alii amici dicti subdiaconi nimium et continue importune instigassent ipsum ad reassumendum ad graciam familiarem predictum, dictus subdiaconus propter importunitatem illorum provocatus cultellum, quem tunc circa se habebat, exemit et proiecit ad parietem qui cultellus de pariete resiliens quendam puerum tunc stantem et servientem coram subdiacono memorato casualiter vulneravit, qui puer postmodum expiravit. Verum cum predictus subdiaconus non intendebat nec animum habebat offendere aliquem, quin ymo de morte sua, quem dilexit in vita plurimum, doleat vehementer, supplicat S^ti^ eidem, quatinus dignemini declarare, ipsum subdiaconum propter premissa nullam irregularitatis maculam incurrisse, vel dispensare misericorditer cum eodem, quod ad superiores ordines ascendere et in susceptis valeat ministrare et ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, eciam si dignitates, personatus, officia existant, capere licite et eadem retinere ut in forma.

Placet, quod possit in minoribus ordinibus ministrare et beneficium sine cura obtinere, si sibi canonice conferatur. G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 200. — a) ‚que' Suppl. b) ‚apparentibus' Suppl.

---

66. Episcopo Vratislaviensi mandatur, quatenus cum nobili viro Mirzano de Parchwicz[a]) milite et nobili mulieri Czuchna nata quondam Spitkonis de Tarnow[b]) militis, Vratislaviensis et Cracoviensis dioc., super matrimonio iam contracto dispenset. „Exhibita nobis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo".

X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 120', R. Vat. 224 fol. 4. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol 1 pag. 546. — a) ‚Miran. de Parchouicz' Av. b) ‚Tharnow' Av.

---

67. Preczlaus episcopus Vratislaviensis supplicat, quatenus cum infrascriptis personis super defectu natalium dispensetur.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota creatura eiusdem S^tis^ V^re^ Przedlaus[a]) episcopus Wratislauiensis, quatenus de gracia speciali cum infrascriptis personis, clericis Pragensis et Olomucensis dioc., super defectu natalium, quem paciuntur, genite quelibet ex presbytero et soluta, ut ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia, eciam si curam habeant animarum, possint obtinere, dignemini misericorditer dispensare:

In primis pro Johanne de Chwoyna clerico Pragensis dioc.
Item pro Thobia de Wsduna clerico dicte dioc.
Item pro Johanne de Pomenytz clerico predicte dioc.
Item pro Nicolao de Myliczyn clerico dicte dioc.
Item pro Wenczeslao de Rechlyn[b]) clerico dicte dioc.
Item pro Johanne Wilhelmi de Tbyt clerico supradicte dioc.
Item pro Johanne de Frankensteyn clerico Wratislauiensis dioc.
Item pro Johanne de Olomucz, item pro Mathia de Wyskow, clericis Olomucensis dioc.

Item Bartholomeus rector.

Fiat de omnibus, quod possint eciam ad maiores ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficium obtinere. G.

Item supplicat eidem S[ti] pro devotis personis Jacobo de Nouadomo clerico Pragensis dioc., genito de coniugato et soluta, et Adam [de] Camenitz clerico eiusdem dioc., genito de soluto et coniugata, ut cum eisdem misericorditer dispensare dignemini, quod ad omnes ordines promoveri et beneficia ecclesiastica, eciam si curam habeant animarum, possint obtinere.

Fiat ut supra. G. . . . .

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 205'. — a) Corrige: ‚Przedslaus'. b) Corrige: ‚Bechlyn'?

---

68. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Johanne de Chvojno[a]) scholari suae dioc., qui militiae clericali asscribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur, de presbytero genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo".*

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.

R. Av. 125 fol. 137', R. Vat. 224 fol. 423'. — a) ‚Chwoyna' Av.

---

69. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Thobia de Vzduny[a]) scholari suae dioc., qui militiae clericali asscribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur, de presbytero genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo".*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 138, R. Vat. 224 fol. 423'. — a) ‚Wsduna' Av.

70. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Johanne de Poměnicz*[a]) *scholari suae dioc., qui militiae clericali asscribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur, de presbytero genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit.* „*Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.*"

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 121', R. Vat. 224 fol. 410. — a) ‚Pomenicz' Av.

71 *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Nicolao de Miličín*[a]) *scholari Pragensis dioc., qui militiae clericali asscribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur, de presbytero genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit.* „*Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.*"

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.

R. Av. 125 fol. 137', R. Vat. 224 fol. 423. — a) ‚Miliczin' Av.

72. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Johanne Guilelmi*[a]) *de Tbity*[b]), *acolito suae dioc., qui* „*de presbytero genitus et soluta, primam clericalem tonsuram et deinde quatuor minores ordines . . . . recepit*", *super defectu natalium dispenset, ut ad omnes sacros ordines promoveri ac unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit.* „*Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.*"

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 138, R. Vat. 224 fol. 423'. — a) ‚Wilhelmi' Av. b) ‚Tbyt' Av.

73. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, quatenus cum Johanne de Frankenstein,*[a]) *acolito suae dioc., qui* „*de presbytero genitus et soluta, primam clericalem tonsuram, deinde quatuor minores ordines . . . recepit*", *super defectu natalium dispenset, ut ad omnes sacros ordines promoveri ac unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit.* „*Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.*"

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1353. Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 445', R. Vat. 222 fol. 369. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 302. — a) ‚Frankinsteyn' Av.

74. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Johanne Theleczkonis de Olomucz, acolito suae dioc.,* „*qui de presbytero genitus et soluta primam clericalem tonsuram et deinde quatuor minores ordines . . . . recepit*", *super defectu*

natalium dispenset, ut ad omnes sacros ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.“

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 163, R. Vat. 224 fol. 443'.

---

75. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Mathia Rachmannii de Výškov,*[a] *acolyto Olomucensis dioc., qui „de presbytero genitus et soluta primam clericalem tonsuram et deinde quatuor minores ordines . . . . recepit“, super defectu natalium dispenset, ut ad omnes sacros ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.“*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 136, R. Vat 224 fol. 422. — a) ‚Wiskow‘ Av.

---

76. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Jacobo de Nova Domo, acolyto suae dioc., qui „de coniugato genitus et soluta, primam clericalem tonsuram et deinde quatuor minores ordines . . . . recepit“, super defectu natalium dispenset, ut ad omnes sacros ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.“*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 447', R. Vat. 222 fol. 371.

---

77. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Ada de Kamenice*[a] *scholari suae dioc., qui militiae clericali asscribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur, de soluto genitus et coniugata, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a primo.“*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 125 fol. 136, R. Vat. 224. fol. 422. — a) ‚Kampnycz‘ Av.

---

78. Preczlaus episcopus Vratislaviensis et Johannes episcopus Olomucensis supplicant, quatenus sibi diversae gratiae concedantur.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus orator vester Preczlaus episcopus Wratislaniensis, domini Romanorum et Boemie regis cancellarius, quatenus sibi ad hoc, ut capellanis, clericis, servitoribus suis etc. [sic]

Item supplicat, quatenus ei specialem graciam facientes, quod in locis ecclesiastico suppositis interdicto sibi et familiaribus suis usque ad numerum quinque domesticis missam et alia divina officia valeat facere celebrari, excommunicatis, interdictis exclusis [a]) etc., ut in forma dignemini indulgere.

Fiat G.

Supplicat S^{ti} V^{re} Johannes episcopus Olomucensis, quatenus sibi, quod possit eligere confessorem religiosum vel secularem, qui auditis confessionibus eum absolvere et eciam in mortis articulo plenam sibi remissionem peccatorum concedere valeat, dignemini indulgere ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.[b])

R. Suppl. 23 fol. 205. — [a]) ,exclausis' Suppl. [b]) In marg. sin.: „Erant in uno rotulo."

---

79. Archiepiscopo Pragensi mandatur, ut Nicolao de Reisewicz [a]) canonico Nuemburgensi de canonicatu ecclesiae s. Sebastiani Magdeburgensis sub expectatione maioris prebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a primo."

X
X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 124 fol. 206', R. Vat. 223 fol. 121. — [a]) ,Resewicz' Av. ,Besewic' Vat.

---

80. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex et Rudolphus dux Saxoniae supplicant quatenus cum Ottone Ottonis de Wettin super irregularitate dispensetur, eique de ecclesia parrochiali Pirnensi et Erhardo Henrici de Suntra de canonicatu ecclesiae s. Mariae Erfordensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11 et 12.

Supplicant S^{ti} V^{re} devoti filii vestri Karolus Romanorum et Bohemie rex et Rudolphus dux Saxonie Romanique imperii archimarscallus . . . .

. . . .

Item significant, quod Otto natus nobilis viri Ottonis de Wittyn, sui consiliarii dilecti, parrochialem ecclesiam in Pyrna Misnensis dioc., in decimo octavo etatis sue anno vel circa existens, assecutus fuit, quam per duos annos vel circa tenuit et possedit alias tamen sibi canonice collatam, fructus percipiens ex eadem,

qui statim eadem adepta ad studium se transtulit et ad ordinem subdyaconatus promotus fuit et iam causa studii in vestra sacra curia personaliter est constitutus. Quare supplicant, quatinus eundem habilitare nec non de eadem ecclesia de novo providere dignemini et super aliis omnibus supradictis . . . . dispensare omnemque inhabilitatis maculam . . . penitus abolere, non obstante, quod in ecclesia Misnensi de canonicatu et prebenda sibi provisum est per dominum Clementem VI, vestrum predecessorem [1] . . . . et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G. D. apud Vilamnouam Auinioensis dioc. II id. Junii a. primo.

Item supplicant, quatenus sibi in personam dilecti sui servitoris Echardi Henrici de Suntra specialem graciam facientes, eidem de canonicatu ecclesie s. Marie Erfordensis Maguntine dioc. dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat ad presens vel quam primum vacaverit, conferendam eidem in eadem ecclesia reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod capellam s. Johannis Baptiste in Ysenaco ecclesie s. Nicolai annexam eiusdem dioc. obtinet, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. . . . .

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III. id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 202. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1017.

---

81. *Archiepiscopo Pragensi et abbatibus monasteriorum in Hasungen* [a]) *ac in Breitenau* [b]) *mandatur, quatenus Erhardo Henrici dicti de Suntra de canonicatu ecclesiae b. Mariae Erfordensis Maguntinae dioc. sub expectatione praebendae provideri procurent, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 80. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo".*
X
.X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 124 fol. 207' et fol. 559', R. Vat. 220 fol. 461' et R. Vat. 223 fol. 121'. — a) ‚Hasunghen' Av. b) ‚Bredenove' Av. — Nomina monasteriorum de Hasungen et Breitenau desunt in R. Av. 124 fol. 559' et R. Vat. 220 fol. 461'.

---

82. *Carolus Romanorum rex supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1353 Junii 11 et 12.

Pro rege Romanorum.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi super infrascriptis specialem graciam facientes:

Cum Johanne nato carissimi principis olim soceri sui Rodulphi ducis Bauarie, ut non obstante defectu natalium, quem patitur, sive de adulterio, [a]) sive

de soluto et soluta genitus sit, ad omnes ordines promoveri et beneficia ecclesiastica, quotcunque fuerint, eciam si unum eorum curam habeat animarum, aut dignitas, personatus vel officium aut in ecclesia cathedrali eciam canonicatus et prebenda, et eciam si dignitas ipsa in cathedrali et in collegiata ecclesiis [fuerit], libere recipere et licite retinere valeat, dignemini dispensare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus concedendis eidem.

Fiat, si est de soluto et soluta G.

Item supplicat, quatenus dicto Johanni de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus. (!)

Fiat G.

Item supplicat, quatenus infrascriptis capellanis, clericis et familiaribus suis de infrascriptis dignemini providere, videlicet:

Sezeme de Vsk subdiacono, capellano suo, nato quondam Sezeme de Vsk baronis regni Boemie, de canonicatu dicte Pragensis ecclesie cum reservacione prebende ipsius ecclesie ac dignitatis, personatus vel officii cum cura vel sine cura spectancium ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ipsius ecclesie Pragensis, eciam si dignitas, personatus seu officium ipsum in ecclesia cathedrali fuerit, si vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacabunt, dignemini providere; non obstante, quod auctoritate ordinaria in dicta ecclesia in canonicum sit receptus, licet prebendam non obtineat in eadem, et cum aliis non obstantibus et clausulis ut supra

Fiat de canonicatu et dignitate G.

Item Johanni Hanrici de Kamyk capellano suo de canonicatu Pragensis aut Olomucensis vel Wratislauiensis seu Wissegradensis prope Pragam ecclesiarum cum reservacione prebende etc. ut supra, non obstante, quod ecclesiam seu plebaniam de Kemyk[b]) noscitur obtinere.

Fiat de Olomucensi G.

Item Petro de Talemberc capellano[c]) suo de canonicatu ecclesie Wissegradensis cum reservacione prebende etc. ut supra.

Fiat G.

Item Boleslao filio nobilis Kazmirci[d]) ducis Theschinensis, capellano suo, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis, in qua fuit dudum expectans auctoritate litterarum domini Clementis, predecessoris vestri,[1]) cum reservacione prebende ut supra, non obstante, quod preposituram ecclesie Omnium Sanctorum in castro Pragensi et canonicatum et prebendam in ecclesia Cracouiensi noscitur obtinere, cum clausulis ut supra.

Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.

Item Vlrico nato Diuissii militis, supremi ianitoris dicti regis, clerico et familiari suo, de canonicatu ecclesie Wyssegrandensis predicte, cum reservacione etc. ut supra.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.

Item Bohussio nato quondam Arnesti de Pordowicz, germani episcopi (!) Pragensis, capellano suo, de canonicatu ecclesie Pragensis, in qua auctoritate litterarum dicti predecessoris vestri a primo anno pontificatus sui canonicatum obtinuit,[2]) prout obtinet et prebendam expectavit, cum reservacione prebende vacantis vel vacature etc. ut supra, non obstante, quod preposituram ecclesie Luchomiczensis[e]) Pragensis dioc. et in Magdeburgensi sub expectacione prebende et in s. Egidii Wratislauiensi ecclesiis cum prebenda canonicatus obtinet, quibus canonicatibus et prebende eiusdem ecclesie s. Egidii paratus est renunciare, cum prebendam ipsius ecclesie Pragensis fuerit assecutus.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc., II id. Junii a. primo.

Item Leonardo Vlrici clerico Bripinensis[f]) dioc., registratori litterarum dicti regis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, provisionem vel presentacionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli Pragensis communiter vel divisim, in civitate vel dioc. Pragensi, si quod vacat ad presens vel cum vacabunt, cum reservacione etc. ut supra.

Fiat. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.

Item Francisco Conradi de Tyn capellano suo commensali de canonicatu ecclesie Wissegrandensis predicte cum reservacione prebende etc. ut supra, non obstante, quod decanatum Omnium Sanctorum in castro Pragensi noscitur obtinere, cum clausulis ut supra.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.

Item Pribislao de Lochcow,[g]) capellano suo, de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende etc.. non obstante, quod archidiaconatum Belinensem Pragensis dioc. et in eadem Pragensi mediam prebendam et in Omnium Sanctorum et s. Georgii in castro Pragensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet, quos quidem canonicatus et prebendas ac mediam prebendam dimittere est paratus, cum ipsius ecclesie Pragensis canonicatum et prebendam integre pacifice fuerit assecutus.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.

. . . .

Item supplicat, quatenus dare dignemini aliquibus in mandatis, ut duas filias Thobie militis de Kemnyk[h]) recipi faciant in monasterium monialium s. Francisci Pragense ordinis s. Clare in monachas et sorores sibique regularem habitum etc., non obstante de certo monialium numero ipsius monasterii.

Fiat de una, cum vacabit locus G. Et quod transeat sine alia leccione· Fiat et committatur examen G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus, cum dilectus prothonotarius et consiliarius suus Johannes, electus ecclesie Nuemburgensis etc. (!)

Item[i]) supplicat, quatenus eidem Johanni electo de canonicatu Pragensis ecclesie cum reservacione prebende ac dignitatis, personatus aut officii cum cura vel sine cura, si vacant ad presens vel cum simul aut successive vacaverint, eciam si per eleccionem ad ea consuevit assumi, dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante provisione de

ecclesia Nuemburgensi sibi facta, et quod ecclesiam parrochialem in Nouoforo, canonicatum et prebendam s. Crucis Wratislauiensis et canonicatum et prebendam Glogouiensis ecclesiarum Wratislauiensis dioc. obtinet, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.j)

Item supplicat, quatenus dilecto secretario et notario suo domestico et familiari Henrico de Wesalia, bacalario iuris civilis, similem graciam facientes in ecclesia Spirensi, (!) non obstante, quod canonicatum et prebendam s. Florini Confluencie et vicariam perpetuam in Couerna ecclesiarum Treuerensis dioc. obtinet, quam vicariam paratus est dimittere, dum prebendam, dignitatem, personatum vel officium, quos petit, fuerit pacifice assecutus, et cum aliis non obstantibus ut supra

Fiat G.

Item supplicat, quatenus dilecto suo subnotario Johanni Bertholdi Zufraz de Teymaria, clerico Herbipolensis dioc., de canonicatu ecclesie Eystetensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature providere dignemini, cum acceptacione etc., non obstante, quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem etc. episcopi Bambergensis, auctoritate litterarum Vre Stis in forma communi noscitur expectare, quam graciam sibi de uberiori dono gracie dignemini reservare, cum aliis non obstantibus etc. ut supra.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.

Significat Sti Vre devotus filius vester Karolus Romanorum rex, quod licet in Segniensi etc. (!)

Item, quatenus, cum venerabilis Prothiua episcopus Segniensis, consiliarius et capellanus continuus dicti regis, qui ad Segniensem ecclesiam etc. (!)

Item cum dictus rex circa execucionem sibi imminencium agendorum multum indigeat assistencia dicti episcopi, dignemini eidem episcopo concedere, quod eidem regi suisque serviciis, ut premittitur, assistendo possit usque ad biennium a dicta eius ecclesia absens esse, dum tamen interim ei[us]dem ecclesie regimini per alium ydoneum deserviri faciat diligenter.

Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id Junii a. primo.

Item supplicat dictus rex, quatenus dilecto suo Willelmo de Vilertic presbytero Pragensis dioc. de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, [cum] acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis clausulis et executoribus ut supra dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam seu beneficium curatum in Glatouia Pragensis dioc. et canonicatum et prebendam in ecclesia Olomucensi noscitur obtinere et quod nuper sibi Stas Vra de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis in ecclesia Wissegradensi prope Pragam graciose providit, cuius possessionem nondum est assecutus.

Fiat et dimittat Olomucensem, cum Pragensem fuerit assecutus G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo. Et quod transeat sine alia leccione.k) Fiat et committatur examen G

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 203. — a) ,alulterio' Suppl. b) Corrige: ,Luthomericz'. c) ,capllano' Suppl. d) Corrige: ,Kazimiri'. e) Corrige: ,Luthomericensis'. f) Corrige: ,Brixinensis'. g) Corrige: ,Lethcow'. h) Corrige: ,Kemnicz'. i) ,Item supplicat — ut in forma' in margine inferiori alia manu suppletum est. j) In marg. dext.: ,Ista licet non sit signata, fuit posita pro supplemento subsequencium'. k) Sequitur: ,et sine examine', sed cancellatum est, ad quod alia manu adscriptum est: ,Similis cancellatura erat in originali'. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1124. [2]) Conf. Mon. Vat. I nr. 139.

---

83. *Sazemae de Usk* [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus vel officii, non obstantibus, quod canonicatum in eadem ecclesia sine praebenda ordinaria obtinet, quem nunc dimittere tenetur. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo." — In e. m. Strahoviensis et Brevnoviensis monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Vat. 244 fol. 255, R. Vat. 219 fol. 137. — a) ,Vsk' Vat.

---

84. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni Henrici de Kamyk* [a]) *de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, quod parrochialem ecclesiam in Luthomericz obtinet. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo."*

X .
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 124 fol. 561, R. Vat. 220 fol. 462'. — a) ,Kamik' Av.

---

85. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Boleslao nato Kazimiri ducis Tessinensis* [a]) *de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 82. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 124 fol. 290, R. Vat. 223 fol. 196. — a) ,Teschinensis' Av. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1119, 1124.

---

86. *Decano ecclesiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi mandatur, quatenus Leonardo Ulrici clerico Brixinensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi et capituli Pragensis*

pertinens, reservet. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Junii a. primo.“

X
X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 11.*

R. Av. 123 fol. 460, R. Vat. 222 fol. 122.

---

87. *Decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Bohussio nato quondam Arnesti de Pardubicz*[a]) *de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, quod praeposituram ecclesiae Luthomericensis et in ecclesia s. Egidii Vratislaviensi canonicatum et praebendam obtinet. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.“*

X
. X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Av. 124 fol. 448, R. Vat. 220 fol. 364'. — a) ‚Pordowicz‘ Av.

---

88. *Francisco Conradi de Tyn providetur de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 82. „Vite ac morum“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.“ — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis prope Pragam et scholastico Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Av. 124 fol 464, R. Vat. 220 fol. 378'.

---

89. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Guilelmo de Vilharticz in sacerdotio constituto de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus etc. ut in supplicatione sub nr. 82. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a primo.“*

X
. X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Av. 124 fol. 532, R. Vat. 220 fol. 437'.

---

90. *Cum Ottone Ottonis de Wettin*[a]) *canonico Misnensi, qui in 18 aetatis suae anno et in minoribus constitutus parrochialem ecclesiam in Pirna*[b]) *Misnensis dioc. per duos annos possedit, dispensatione super hoc non obtenta, seque ad litterarum studium Romam transtulit, dispensatur super irregularitate. „Apostolice sedis benignitas“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.“*

V
. X. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Av. 125 fol. 139', R. Vat. 224 fol. 425. — a) ‚Wyttyn‘ Av. b) ‚Pyrna‘ Av.

91. *Archiepiscopo Pragensi, decano Magdeburgensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Ottoni nato Ottonis de Wettin[a]) canonico Misnensi parrochialem ecclesiam in Pirna[b]) Misnensis dioc. tunc vacantem conferant, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 80, seu quod patitur in aetate defectum, in vicesimo anno vel circa constitutus. „Laudabile testimonium" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo."*

V
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Av. 121 fol. 274', R. Vat. 221 fol. 318'. — a) ‚Wutyn' Av. b) ‚Pyrna' Av.

---

92. *Balthasar de Marcellinis supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Caminensis sub expectatione praebendae nec non dignitatis, personatus vel officii provideatur.*

Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus vester Balthasar de Marcellinis in artibus et medicina magister, medicus et familiaris domini regis Romanorum, quatenus sibi specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Caminensis dignemini providere, prebendam vero ipsius ecclesie necnon dignitatem, personatum, officium cum cura vel sine cura ad collacionem . . . . episcopi, decani, prepositi et capituli pertinentem seu pertinens communiter vel divisim, eciam si in ipsa ecclesia fuerint, si vacant ad presens vel cum simul aut successive vacaverint, conferendos aut conferendas seu conferenda eidem Balchasar[a]) donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod canonicatum et prebendam in ecclesia s. Petri in Bruna Olomucensis dioc. obtineat, et cum ceteris non obstantibus, clausulis et executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 199'. — a) Corrige: ‚Balthasar'.

---

93. *Balthasari de Marcellinis providetur de canonicatu ecclesiae Caminensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 92. „Multiplicia merita" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo." — In e. m. patriarchae Constantinopolitano et episcopo Zwerinensi ac abbati monasterii de Pudagla[a]) Caminensis dioc.*

I I
. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Av. 124 fol. 413', R. Vat. 219 fol. 534'. — a) ‚Puddeglouue' Av.

---

94. Ladislaus Ulrici supplicat, quatenus sibi dignitas, personatus vel officium in diocesi Pragensi reservetur.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Ladislaus Vlrici presbyter Pragensis dioc. magisterque olim domini Stephani ducis, fratris regis Vngarie, in scienciis primitivis, quatinus sibi specialem graciam facientes, dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, spectantes ad collacionem etc. . . . . archiepiscopi Pragensis, si qua vel si quis aut si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dicto Ladislao conferendam, conferendum, donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Jnsula Cristiana Strigoniensis dioc., cuius possessione per dictum ducem Stephanum est privatus, seu quod in Strigoniensi, Jauriensi et Waradiensi ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere, in quibus quidem beneficiis, cum sint in regno Vngarie, propter Neronicam persecucionem dicti ducis non presumit personaliter permanere, nec sibi occasione predicti ducis ex eisdem aliquid ministratur, que omnia beneficia iuxta S[tis] V[re] ordinacionem offert se dimissurum; cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat et dimittat, sicut offert G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 200'. — Conf. Mon. Vat. I. nr. 1503.

---

95. Ladislao [a]) Ulrici canonico Strigoniensi, de Pragensi dioc. oriundo, Stephani ducis Slavoniae [b]), fratris Ludovici regis Ungariae, olim magistro, dignitas vel personatus aut officium cum vel sine cura, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens, reservatur, non obstantibus etc. ut in supplicatione sub nr. 94. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo." — In e. m. episcopo Vratislaviensi et abbati monasterii de Insula Pragensis dioc. ac sacristae ecclesiae Avinionensis.

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.*

R. Vat. 244 fol. 254, R. Vat. 219 fol. 135'. — a) ‚Radislao' Vat. b) ‚Sclauonie' Vat.

---

96. Jaraczius de Pogorella supplicat, quatenus Johanni nato Petri Brunonis de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur.

Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.

Supplicat S[ti] V[re] Jaraczius de Pogorella miles domini regis Romanorum, quatinus sibi specialem graciam facientes, Johanni clerico, nato Petri Brunonis, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis dignemini providere cum reservacione pre-

bende inibi vacantis vel vacature, ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis spectantis, nec non cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Glogouiensi Wratislauiensis dioc. noscitur obtinere, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol 199.

---

97. *Episcopo Lubucensi mandatur, quatenus Johanni nato Petri Brunonis*[a]) *de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 96. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo."*

X
. X .

Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.

R. Av. 124 fol. 292, R. Vat. 223 fol. 197'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 299. — a) ‚Johannis nati d. f. Johannis nati d. f. Petri Brunonis' Av., ‚Johannis nati d. f. Petri Brunonis' Vat.

---

98. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus cum Johanne de Lichtenberg canonico Argentinensi dispensetur super inhabilitatis macula, quam eo incurrerat, quod in servitio dicti regis occupatus hactenus conditiones in dispensatione Clementis papae VI contentas non implevit*[1]) *et quod etiam praeposituram ecclesiae Argentinensis, quae dispositioni sedis apostolicae est reservata, per electionem adeptus est. Item supplicat, quatenus eidem Johanni de praepositura praedicta provideatur. „Fiat. G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat et comittatur examen G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. primo."*

Apud Villamnovam, 1353 Junii 12.

R. Suppl. 23 fol. 204. — [1]) Conf. Mon. Vat I nr. 934 et 935.

---

99. *Decano ecclesiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi mandatur, quatenus Přibislao de Letkov*[a]) *archidiacono Belinensi, capellano Caroli Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae ad supplicationem eiusdem regis provideri procuret, non obstantibus, quod in eadem ecclesia „perpetuum beneficium mediam praebendam nuncupatum" etc. ut in supplicatione sub nr. 82 obtinet. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo".*

X̄
X .

Apud Villamnovam, 1353 Junii 13.

R. Av. 124 fol. 544', R. Vat. 220 fol. 448. — a) ‚Przibisl. de Lethcow' Av. — Conf. Mon. Vat. I nr. 134, 377, 378.

100. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus fundatio et unio monasterii Montis s. Mariae in Glacz cum parrochiali ecclesia in Kostomlaty confirmetur et quatenus Ulrico Vojslai de Liticz maior praebenda ecclesiae Vissegradensis reservetur.*

Apud Villamnovam. 1353 Junii 13.

Supplicat S[ti] V[re] humilis et devotus orator vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatinus sibi specialem graciam facientes, fundacionem, ereccionem et dotacionem monasterii Montis s. Marie in Glacz ordinis s. Augustini, Pragensis dioc. per ipsum archiepiscopum de novo fundati, dotati et constructi, nec non unionem eidem monasterio per dictum archiepiscopum de consensu sui capituli factam de parrochiali ecclesia in Costomlat prefate dioc., in qua prepositus et conventus dicti monasterii ius obtinent patronatus, ex certa sciencia dignemini confirmare omnemque defectum supplere etc

Exhibeantur in cancellaria, et si racionabiliter facta fuerint, confirmentur G.

Item supplicat, quatinus sibi in persona dilecti capellani sui Vlrici, nati quondam Woyslay de Lutitz, canonici ecclesie Vissegradensis prope Pragam, in eadem ecclesia, in qua maiores et minores prebende existunt, qui unam de dictis minoribus prebendis obtinet, cuius fructus, redditus et proventus quinque florenorum auri valorem annuum communiter non excedunt, specialem graciam facientes, unam de dictis prebendis maioribus, si vacat ad presens, vel cum vacaverit conferendam dicto Vlrico donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Podborzan[a]) Pragensis dioc. obtinet et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat et committatur examen G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 199. — a) ‚Podborzan' correctum ex ‚Podboczam'.

101. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur, quatenus Ulrico Vojslai de Liticz*[a]) *unam de maioribus praebendis ecclesiae Vissegradensis reservet, non obstantibus, quod canonicatum et unam de minoribus praebendis in dicta ecclesia, cuius fructus quinque florenorum auri secundum taxationem decimae valorem annuum, prout asseritur, non excedunt, ac parochialem ecclesiam in Podborzan Pragensis dioc. noscitur obtinere, quam minorem prebendam nunc dimittere tenetur. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo."*

$\overline{X}$
. *X* .

Apud Villamnovam, 1353 Junii 13.

R. Av. 124 fol. 194', R. Vat. 223 fol. 110'. — a) ‚Vlrici nati quondam Woyslay de Luticz' Av.

102. *Preczlaus episcopus Vratislaviensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1353 Junii 13 et 14.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus orator vester Preczlaus episcopus Wratislauiensis, domini Romanorum et Boemie regis cancellarius, quatenus sibi in personis dilectorum suorum familiarium infrascriptorum specialem graciam facientes:

Petro nato Vrazconis de Curzanckowitz presbytero Wratislauiensis dioc. de canonicatu ecclesie Wratisslauiensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, pertinentis ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, nec non acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et omnibus aliis clausulis et non obstantibus oportunis ac executoribus, ut in forma, dignemini providere, non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Swyn dicte dioc. noscitur obtinere.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo.

Item magistro Johanni phisico, licenciato in medicinis, medico predicti episcopi, de canonicatu dicte ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature similem per omnia ut supra graciam facientes, non obstante, quod archidiaconatum ecclesie Glogouiensis dicte dioc. noscitur obtinere, et cum ceteris ut supra.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVIII kal. Julii la. primo.

Item magistro Jacobo Augustini protonotario et auditori causarum curie sue de dignitate, personatu seu officio cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. dicti episcopi, in civitate vel dioc. predicta vacante vel vacaturo, cum acceptacione etc. ut supra, non obstante, quod in Wratisslauiensi sub expectacione prebende et in Opoliensi dicte dioc. ecclesiis cum prebenda canonicatus ac ecclesiam parrochialem in Ossetno noscitur obtinere, quam ecclesiam paratus est dimittere, postquam dignitatis vel personatus seu officii etc.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo.

Item Johanni Henrici de Danielowicz presbytero dicte dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura in civitate vel dioc. predicta vacante vel proxime vacaturo. cuius redditus seu proventus ad triginta marcharum argenti valorem annuum secundum extimacionem decime se extendunt, spectante ad collacionem etc. dicti episcopi, cum acceptacione et ceteris omnibus ut supra; non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Stinauia Minori dicte dioc. noscitur obtinere.

Fiat G. D. apud Villamnonam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo.

Item Johanni Andree de Tost diacono dicte dioc de simili beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura in civitate vel dioc. predicta vacante vel proxime vacaturo, spectante ad collacionem etc. dicti episcopi, cum ceteris omnibus ut supra in proxima forma; non obstante, quod officium procuracionis, quod communiter prepositura appellatur, hospitalis s. Spiritus extra muros Bregenses dicte dioc., quod clericis in perpetuum ecclesiasticum beneficium conferri consuevit, noscitur obtinere.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVIII kal. Julii a. primo.

Item Czenkoni nato Vonczonis de Donyn clerico Misnensis dioc. de canonicatu ecclesie Misnensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, spectante ad collacionem, eleccionem etc. episcopi, prepositi, decani seu capituli ecclesie Misnensis communiter vel divisim, cum acceptacione, inhibicione et ceteris omnibus ut supra.

Fiat G.

Item Schephano [a]) Gromasii de Bukowicze clerico Wratislauiensis dioc. de canonicatu ecclesie Posnaniensis cum reservacione prebende ipsius ecclesie, spectante ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi, prepositi, decani seu capituli Posnaniensis, si vacant ad presens vel cum simul aut successive vacabunt, cum ceteris omnibus ut supra.

Fiat G.

Item Elgero Stosconis de Jandorf clerico Wratislauiensis dioc. de vicaria perpetua et altari ecclesie Wratislauiensis vacantibus vel vacaturis simul vel successive, spectantibus ad collacionem, presentacionem etc. episcopi, prepositi, decani, scolastici, cantoris, custodis seu capituli Wratislauiensis ac singularium personarum ipsius communiter vel divisim, cum acceptacione et ceteris omnibus ut supra in forma

Fiat G. Et quod transeant sine alia leccione. Et absentibus [b]) committatur [examen] ad partes. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo.

R. Suppl. 23 fol. 204'. — [a]) Corrige: ‚Stephano'. [b]) Sequitur: ‚remittatur eciam examen vel', sed cancellatum est, ad quam cancellaturam sequens adnotatio altera manu scripta in margine pertinet: ‚Sic erat cancellatum in originali'.

---

103. *Episcopo Lubucensi mandatur, quatenus Petro Vrazconis de Chursangwicz* [b]) *de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo"*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 13.*

R. Av. 124 fol. 456, R. Vat. 220 fol. 372. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.
[a]) ‚Virczconis de Curzanckouicz' Av.

---

104. *Jacobo Augustini reservatur dignitas vel personatus aut officium cum vel sine cura, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 102. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo. — In e. m. decano et scholastico Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 13.*

R. Vat. 244 fol. 256, R. Vat. 219 fol. 137'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 289.

105. *Johanni Henrici de Danielovicz*[a]) (*Dammelwitz*), *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 30 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit, non obstantibus, ut in supplicatione sub nr. 102. „Laudabile testimonium“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo“. — In e. m. decano et scholastico Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 13.*

R. Av. 121 fol. 502, R. Vat. 224 fol. 276. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297. — a) ‚Danielowiez‘ Av.

---

106. *Episcopo Lubucensi mandatur, quatenus Stephano Gromasii de Bukovicz*[a]) *de canonicatu ecclesiae Posnaniensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo“.*

X
. X . *Apud Villamnouam, 1353 Junii 13.*

R. Av. 121 fol. 487, R. Vat. 220 fol. 397′. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 290. — a) ‚Bukowicz‘.

---

107. *Elgero Stoschonis de Jansdorf reservatur unum de beneficiis perpetuis in ecclesia Vratislaviensi, quorum nonnulla, altaria nuncupata, consueta etiam aliis quam ipsius ecclesiae canonicis assignari, in ecclesia eadem existunt, si vacat vel cum vacaverit. „Suffragancia tibi“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. primo.“ — In e. m. scholastico et cantori s. Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 13.*

R. Av. 123 fol. 495, R. Vat. 222 fol. 150′. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 292

---

108. *Episcopo Lubucensi mandatur, quatenus Johanni de Novo Foro medico Preczlai episcopi Vratislaviensis de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 102. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVIII kal. Julii a. primo“.*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 14.*

R. Av. 124 fol. 486′, R. Vat. 220 fol. 397. — Conf. Mon. Vat. I nr. 208, 209, 1056, 1057.

---

109. *Johanni Andreae de Tost reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 30 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit. „Multiplicia probitatis merita" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVIII kal. Julii a. primo". — In e. m. decano et scholastico Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 14.*

R. Av. 121 fol. 499', R. Vat. 221 fol. 271.

---

110. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur, quatenus Ulrico nato nobilis viri Divissii de Říčan*[a]) *militis clerico et familiari Caroli Romanorum et Bohemiae regis de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae ad supplicationem eiusdem regis provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVIII kal. Julii a. primo".*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 14.*

R. Av. 124 fol. 544, R. Vat. 220 fol. 447'. — a) ‚Riczano' Av.

---

111. *Friderico de Habelschwerdt reservatur beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi Olomucensis pertinens.*

Gratis. *Apud Villamnouam, 1353 Junii 20.*

D. f. Frederico de Haulswerde nato quondam Frederici de Scrabyn clerico Pragensis dioc. salutem etc. Exigentibus tue probitatis . . . . Volentes itaque tibi . . . . graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . ., si cum cura, viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem . . . . episcopi Olomucensis pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, ... conferendum tibi . . . . donacioni apostolice reservamus . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XII kal. Julii a. primo.

In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et . . . . preposito Olomucensis ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum . . . .

R. Av. 121 fol. 510, R. Vat. 224 fol. 284.

---

112. *Reinhardo Apeczkonis de Habelschwerdt*[a]) *clerico Pragensis dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Salzeburgensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam*

Auinionensis dioc. XII kal. Julii a. primo". — In e. m. Berchtesgadensis et s. Zenonis[b]) *Salzeburgensis dioc. praepositis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 20.*

R. Av. 123 fol. 440', R. Vat. 222 fol. 108. — [a]) ‚Haulswerde' Av. [b]) ‚Czenonis' Av.

---

113. *Johanni Ticzkonis de Habelschwerdt*[a]) *clerico Pragensis dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem decani et capituli ecclesiae Vratislaviensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XII kal. Julii a. primo". — In e. m. episcopo Vratislaviensi et praeposito s. Crucis Vratislaviensis dioc. ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Junii 20.*

R. Av. 121 fol. 509', R. Vat. 224 fol. 283'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297. — [a]) ‚Haulswerde' Av.

---

114. *Johanni Pelros capellano Guilelmi s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis ac procuratori suo in partibus Ungariae providetur ad supplicationem ipsius cardinalis*[1]) *de canonicatu ecclesiae Cenadiensis sub expectatione praebendae, non obstantibus, quod in Vratislaviensi et Zagrabiensi ecclesiis canonicatus et praebendas noscitur obtinere. „Honestas morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Julii pontificatus nostri a. primo". — In e. m. episcopo Zagrabiensi et praeposito s. Petri de Veteri Buda Vesprimensis*[a]) *dioc. ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1353 Junii 27.*

R. Vat. 241 fol. 258, R. Vat. 219 fol. 139. — [a]) ‚Wesprimensis' Av. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1214, 1215. — [1]) Supplicatio in reg. Suppl. 23 fol. 216'.

---

115. *Ex parte Potae de Plana et Catherinae relictae Borsonis de Risenburg supplicatur, quatenus cum eis de matrimonio contracto dispensetur.*

Apud Villamnovam, 1353 Julii 3.

Supplicatur S^ti^ V^re^ ex parte Pote de Plana militis et Katherine relicte condam nobilis viri iuvenis Borsonis de Risemburg Pragensis dioc, quatenus cum ipsis, qui scientes, quod prefati Pota de Plana et Borso de Risenburg dicte Katherine condam maritus in quarto consanguinitatis gradu se invicem attingebant, tamen de consilio et consensu amicorum suorum non in contemptum[a]) clavium matrimonium contraxerunt et carnali copula consumarunt, ut premissis non ob-

stantibus in dicto suo matrimonio licite valeant remanere, dignemini dispensare, prolem inter eos susceptam et suscipiendam legittimam decernentes ut in forma.

Fiat, sed iniungatur penitencia salutaris G.[b])

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V non Julii a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 8'. — [a]) ,contentum' Suppl. — [b]) Sequitur: ,Et sine alia leccione', sed cancellatum est.

116. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Pota de Plana et Catherina relicta Borsonis iuvenis de Riesenburg* [a]) *super matrimonio iam contracto dispenset. „Exhibita nobis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V non. Julii a. primo".*

X
X *Apud Villamnovam, 1353 Julii 3.*

R. Av. 125 fol. 120, R. Vat. 221 fol. 409'. — Ed. apud Tadra, Cancellaria Arnesti (Arch. für oest. Gesch LXI Bd. II) pag. 378. — [a]), Risenburg Av.

---

117. *Petro quondam Kolblini de Grecz monacho monasterii de Sedlecz* [a]) *Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius semel tantum in mortis articulo plenam remissionem peccatorum ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II non. Julii a primo".*

X *Apud Villamnovam, 1353 Julii 6.*

R. Av. 122 fol. 140', R. Vat. 224 fol. 384'. — [a]) „Cedlicz" Av.

---

118. *Ulricus dictus Schoff supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Vratislaviensis de novo provideatur.*

Apud Villamnovam, 1353 Julii 7.

Significatur S[ti] V[re], quod dudum orta inter dominum Paulum tunc electum Gurtzensem ex parte una et Dzymissium [a]) Prandothe ex altera super canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, per obitum quondam Vrowini de Sandicz, qui extra Romanam curiam decessit, vacantibus, per apostolicam sedem reservatis, de quibus felicis recordacionis Clemens papa VI eidem Paulo providerat, [1]) materia questionis, idem dominus Clemens, postquam in causa predicta usque ad conclusionem inter partes predictas processum fuerat inclusive, ecclesie prefate Gurtzcensi de persona domini Pauli predicti providit, ac postea ius, quod eidem electo in eisdem canonicatu et prebenda competebat, cum illud per munus consecracionis suscipiendum ab eo vel alias quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contingeret, conferendum Vlrico dicto Schof donacioni apostolice reservavit [2]), decernens, postquam ius huiusmodi eidem collatum foret, eundem ad ipsum ius et in ipso iure et huiusmodi lite et ad eorum prosecu-

cionem et deffensionem in eo statu, in quo dictus electus tempore dicte vacacionis extitit, admittendum et subrogandum fore certis super hoc executoribus deputatis, prout hec in literis apostolicis super predictis confectis plenius continentur. Et licet post predicta dominus Paulus prefatus iuri sibi in canonicatu et prebenda ac lite predictis competenti in manibus reverendi patris domini episcopi Lexouiensis, potestatem recipiendi resignacionem infrascriptam a felicis recordacionis domino Clemente papa VI habentis, sponte et libere apud sedem apostolicam resignaverit. dictusque episcopus ipsam resignacionem auctoritate apostolica eciam apud dictam sedem admiserit et approbaverit, ac venerabilis vir dominus Jacobus de Dencio, sacrista ecclesie Auinionensis, ius prefatum sic vacans eidem Vlrico auctoritate litterarum apostolicarum contulerit, et reservacionis ac decreti nec non collacionis predictarum racione Vlricus antedictus ad litem et causam prefatas admissus fuerit et pro se diffinitivam sentenciam obtinuerit, que in rem transivit iudicatam, tamen, quia nonnulli, an dictus sacrista providere potuerit pro eo, quod vacacio dictorum canonicatus et prebende per dictam resignacionem apud dictam sedem contigerit et specialiter et expresse non fuerit dicto executori data potestas providendi de eisdem, eciamsi in Romana curia vacarent, aliis alia et diversa asserentibus hesitarunt, fuit diucius executoria dicte sentencie retardata. Supplicat igitur Vlricus prefatus, quatenus super sentencia prefata executoriam fieri, expediri et transire et predictis non obstantibus non impediri vel retardari ex certa sciencia mandare dignemini, litteras apostolicas et processus prefatos ac in eis contenta habentes pro sufficienter hic expressis, supplentes ex certa sciencia omnem deffectum, si quis fuerit n collacione seu provisione aut sentencia supradictis. Vel de dictis canonicatu et prebenda, sicut premittitur vel alio quovis modo vacantibus dignemini de novo providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam s. Egidii Wratislauiensis obtinet, seu quod eadem V^ra^ S^tas^ sibi de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olemucensis[b] mandavit provideri, cum aliis non obstantibus, clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat, nisi alteri fuerit ius quesitum G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Julii a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 12. — a) Corrige: ‚Dzyuissium'. b) Corrige: Olomucensis. — 1) Mon. Vat. I nr. 1348. 2) Ibidem nr. 1415.

---

119. *Episcopo Lubucensi et scholastico ac cantori ecclesiae s. Crucis Vratislaviensis mandatur, quatenus Ulrico dicto Schoff*[a] *canonicatum et praebendam ecclesiae Vratislaviensis conferant, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 118. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Julii a primo".*

X
X *Apud Villamnovam, 1353 Julii 7.*

R. Vat. 244 fol. 342, R. Vat. 219 fol 204. — a) ‚Schof' Vat.

120. *Hinco de Duba eiusque uxor Margareta et Agnes relicta Hinconis de Žleby* [a] *supplicant, quatenus sibi in mortis articulo plena remissio peccatorum concedatur. „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Julii a. primo."*

Apud Villamnovam, 1353 Julii 13.

R. Suppl. 24 fol. 19. — a) ‚Sleben' Suppl.

---

121. *Nobili viro Hinconi de Duba militi et Margaretae* [a] *eius uxori ac per aliam litteram Agneti relictae Hinconis de Žleby* [b]) *Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum semel tantum in mortis articulo plenam remissionem peccatorum eis concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Julii a. primo."*

V
. X .

Apud Villamnovam, 1353 Julii 13.

R. Av. 122 fol. 111, R. Vat. 224 fol. 387'. — a) ‚Margarite' Av. b) ‚Oleben' Av. — Littera Agneti destinata taxationem non habet.

---

122. *Balthasar de Marcellinis magister et medicinae professor supplicat, quatenus sibi et quatuor personis nominandis facultas eligendi confessorem concedatur. „Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Julii a. primo."*

Apud Villamnovam, 1353 Julii 13.

R. Suppl. 24 fol. 22'.

---

123. *Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur quatenus legata ecclesiae Romanae facta a detentoribus exigat.*

Apud Villamnovam, 1353 Julii 15.

Innocencius etc. . . . . Johanni [Ducis dicto Paduano decano ecclesie Vicegradensis], apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benediccionem. Ad audienciam nostram pervenit, quod nonnulle persone tam ecclesiastice quam eciam seculares nonnullas pecuniarum summas ac res et bona alia in ultimis earum voluntatibus ecclesie Romane in terre sancte subsidium legaverunt, que per executores testamentorum vel heredes seu successores ipsarum in salutis dispendium personarum et terre predictarum preiudicium detinentur. Volentes igitur super hiis de oportuno remedio providere, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus per te vel alium seu alios legata huius modi facta iam et inantea facienda a quibuscunque detentoribus eorundem auctoritate nostra petere, exigere ac recipere cum integritate procures, contradictores, eciam si pontificali vel alia quavis prefulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita conpescendo . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Julii pontificatus nostri a. primo.

R. Vat. 242 fol. 44' et 45'. — Haec littera reconstructa est ex littera Johanni de Castronovo destinata et in registris Vat. 242 in fol. 44' plene descripta. Littera ad Johannem Paduanum sequentibus tantum verbis ad litteram praecedentem pertinentibus in fol. 45' adnotata est: „Item alia similis littera fuit missa domino Johanni Ducis dicto Paduano decano ecclesie Vicegradensis, apostolice sedis nuncio in regno [Boemie], et sub eadem data." Alia similis littera fuit missa Arnaldo de Lacaucina apostolicae sedis nuntio in regnis Poloniae et Ungariae

124. Universi archiepiscopi, episcopi, principes, duces, marchiones, comites, civitatum ac locorum domini et communitatum rectores per Alamanniam constituti rogantur, quatenus Johanni dicto Schadelant ordinis fratrum praedicatorum sacraeque theologiae professori, inquisitori haereticae pravitatis, in prosecutione negotii fidei contra „Beckardos" auxilium impendant, praestantes eidem suos carceres, „quibus in eisdem partibus carere dicitur." „Iniuncte nobis cura" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Julii a primo."

X *Apud Villamnovam, 1353 Julii 15.*

R. Av. 125 fol. 424', R. Vat 222 fol. 353. — Ed. apud Raynald, Ann. eccl. 1353, 26 (Tom. XVI pag 349).

---

125. Johanni episcopo Olomucensi terminus solvendorum servitiorum prorogatur.

Avinione, 1353 Julii 15.

Universis etc. Stephanus [archiepiscopus Tholosanus, domini pape camerarius . . . ., ad universitatis vestre noticiam . . . . deducimus], [a]) quod intellecta mole gravaminum pro parte . . . . domini Johannis episcopi Olomucensis in provincia Pragensi [b]) coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum complementum sui communis servicii et serviciorum familiarium et officialium eiusdem d. n. pape, ad que solvenda dudum sub certis penis et sentenciis ac termino nondum elapso se sponte et libere obligavit, reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad nativitatem domini proxime venturam terminum sibi duximus prorogandum, ita tamen, quod, si in dicto sibi prorogato termino non satisfecerit de premissis, penis et sentenciis, quibus tenebatur antea, sit astrictus . . . . D. Auinione die XV mensis Julii a. a nativitate domini MCCCLIII, indiccione VI, pontificatus . . . Innocencii . . . pape VI a. primo.

Obl. et Sol. 26 fol. 255', Obl. et Sol. 28 fol. 135'. — a) Suppletum ex documentis in codice praecedentibus. b) ‚Pragensi in Boemia' Obl. 28.

---

126. Carolus Romanorum rex rogatur, quatenus tertiam partem decimae pro uno anno in regno Bohemiae exactae Johanni Paduano assignari aut pro secundo anno decimam integraliter pro ecclesia exigi faciat.

Apud Villamnovam, 1353 Julii 18.

Carissimo in Christo f. Karolo regi Romanorum illustri salutem etc. Nosti, fili carissime, quod pie memorie Clemens papa VI predecessor noster opportunitatibus tuis liberaliter providere [a]) ac necessitatibus [b]) Romane ecclesie, matris tue, quibus premebatur, sicut et premitur graviter, subvenire cupiens, decimam ecclesiasticorum proventuum regni tui Boemie usque ad tres annos magnitudini tue sub ea condicione concessit,[1]) quod huiusmodi decima pro uno [c]) anno trium annorum huiusmodi eiusdem ecclesie [d]) nomine pro supportandis necessitatibus levaretur.[e]) Cum autem necessitates huiusmodi eidem imminentes, ut prefertur,

ecclesie faciente malicia temporum adeo sint adaucte, tantumque abundaverit et abundet in Italie partibus nequicia et audacia tirampnorum, quod maiorem partem terrarum ipsius ecclesie tirampni iidem occuparunt et ad occupandas residuas[f]) aspirantes, ad id[g]) fraudulentis artibus sine intermissione laborant, nos eorum pravis obviare conatibus cupientes et attendentes, quod pressi huiusmodi necessitatum oneribus ad id[h]) auxilio indigemus, serenitatem tuam fiducialiter et attente rogamus, quatenus super huiusmodi necessitatibus filiali nobis affeccione compatiens, aut de huiusmodi decima, quam pro uno anno tuo nomine exactam audivimus, terciam partem[i]) d. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc. apostolice sedis nuncio, facias ipsius ecclesie Romane nomine liberaliter assignari aut equanimiter toleres, quod pro secundo anno pro ipsa ecclesia[k]) eadem decima integraliter exigatur. In hoc enim magnitudo tua tanto nobis amplius complacebit, quanto necessitates huiusmodi premunt nos gravius, quantoque tirampnorum nequicia fideles ipsius ecclesie durius opprimens[l]) instancius nos infestat. Et quia prefato decano super hoc plenius scribimus, precibus nostris adicimus, ut ipsum benigne audire ac favorabiliter exaudire serenitas ipsa velit. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal Augusti a. primo.

R. Vat 235 fol. 138, Vat. R. 244 A (Archet.) nr. 146. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 278 et Huber, Reg. Imp. VIII, pag. 782, nr. 243. — a) ‚providere ac‘ supra lin adscriptum vice: ‚et benigne succurens et‘ prius positi, sed deleti in Archet. b) Sequitur: ‚tuis ecclesie‘ ‚sed deletum in Archet. c) ‚magnitudini — uno‘ supra lin. adscriptum pro: ‚graciose concessit et voluit, quod decimam unius‘ genuine posito, sed deleto in Archet. d) Sequitur: ‚pro huiusmodi, sed cancellatum est et: ‚nomine huius‘ supra lin. adscriptum et similiter cancellatum in Archet. e) Supra lin. adscriptum vice: ‚reservavit‘ genuine positi, sed cancellati in Archet. f) Sequitur terras incessanter‘ ‚sed deletum in Archet. g) ‚ad id‘ supra lin. adscriptum pro: ‚et sine intermissione‘ genuine posito, sed cancellato in Archet. h) Sequitur: ‚pleno sufficen‘, sed cancellatum in Archet. i) ‚terciam partem‘ supra lin. suppletum in Archet., ubi adhuc: ‚velis facere nomine sequebatur, quod autem cancellatum existit. k) ‚pro ipsa ecclesia‘ correctum ex: ‚ipsius ecclesie, nomine‘ in Archet. l) Sequitur: ‚amplius‘, sed cancellatum in Archet. — 1) Mon. Vat. I nr 1447. — In tergo Archet. adnotatum est: ‚XV kal. Aug. a. primo II R‘ et inferius: ‚R. Io. de Angicur, II festinanter‘.

---

127. Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus apud regem Romanorum det operam, ut precibus papae annuat, pecuniam receptam transmissurus.

Apud Villamnovam, 1353 Julii 18.

Eidem nuncio.[1])

Noveris, quod carissimo in Christo f. nostro Karolo regi Romanorum illustri per alias nostras litteras scribimus, quarum copiam tibi transmittimus presentibus interclusam. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus apud eundem regem, quod nostris in hac parte precibus annuat, cum omni solicitudine, industria et diligencia des[a]) operam efficacem, omnem pecuniam, quam nomine camere nostre recepisti iam et recipere te continget, quam cicius poteris, ad cameram ipsam[b]) adhibita securitate et cautela, que convenit, transmissurus[c])

ac rescripturus nobis, quicquid in premissis quomodolibet egeris, particulariter et distincte. D. ut supra [apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Augusti a. primo.][d])

R. Vat 235 fol. 138', R. Vat. 224 A (Archet.) nr. 146/2. — a) Praecedit: ‚dare ne‘, sed cancellatum in Archet. b) Sequitur: ‚fideliter et secure‘, sed cancellatum in Archet. c) Sequitur ‚Datum ut supra‘, sed cancellatum in Archet. d) Suppletum ex nr. 126. — 1) i. e.: Johanni Paduano decano ecclesie Vissegradensis.

---

128. Abbati et conventui monasterii Sedlicensis[a]) Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. confirmantur et de novo dantur insertae litterae Clementis papae VI de dato 1343 Mai 26[1]), „que casu fortuito sunt amisse“. „Ad perpetuam“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Augusti a. primo“.

Apud Villamnovam, 1353 Julii 25.

LX.

R. Av. 125 fol. 155' R. Vat. 224 fol. 437'. — a) ‚Cedlicensis‘. — 1) Mon Vat. I nr. 207.

---

129. Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis conceditur potestas exigendi et recipiendi a collectoribus partem decimae ecclesiasticorum proventuum regni Bohemiae Romanam ecclesiam contingentem.

Apud Villamnovam, 1353 Julii 29.

D. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensi dioc., apostolice sedis nuntio, salutem etc. Sicut nosti, felicis recordacionis Clemens papa VI predecessor noster, carissimo in Christo f. nostro Karolo regi Romanorum decimam ecclesiasticorum proventuum regni Boemie[a]) usque ad triennium sub ea condicione concessit,[1]) quod[b]) de huiusmodi decima unius anni annorum ipsorum decima Romane ecclesie nomine pro supportandis ipsius[c]) necessitatibus levaretur.[d]) De tua itaque discrecione plenam in domino fiduciam obtinentes, tibi per te vel alium seu alios petendi, exigendi et recipiendi a collectoribus et exactoribus ipsius decime[e]) aut aliis quibuscunque, ad quos pecunia ex huiusmodi decima collecta et in antea colligenda pervenerit, partem ex ea Romanam ecclesiam contingentem, ipsosque de hiis, que inde receperis, absolvendi plenius et quitandi ac insuper eos nec non contradictores, cuiuscunque status et condicionis existant, eciam si pontificali aut quavis alia prefulgeant dignitate,[f]) non obstante, si eis aut quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendi plenam concedimus tenore presencium potestatem. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII kal. Augusti a. primo.

R. Vat. 235 fol 138', R. Vat 242 fol. 67, R. Vat. 244 A (Archet) nr. 152. — a) Sequitur: ,et aliarum sub e[a]' ,sed cancellatum in Archet. b) sequitur: ,ipse', sed cancellatum in Archet. c) sequitur: ,ecclesie', sed cancellatum in Archet. d) ,levaretur' alio atramento supra lin correctum pro: ,reservavit' genuine posito, sed cancellato in Archet., ubi post hoc verbum adhuc sequitur: ,Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi unius anni deci[mam]', sed hoc omnino cancellatum existit in Archet. e) Sequitur: ,partem ex ea. Roman. ac', sed cancellatum in Archet. f) ,cuiuscunque status — dignitate' alio atramento supra lin. correctum pro: ,quoslibet et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam' genuine posito, sed cancellato in Archet. — 1) Mon Vat. I nr 1417. — In tergo Archet.: ,III kal. Augusti a primo' et inferius alio atramento: ,Rj. · III ·'.

---

130. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus Nicolao Fridlini de Brunna archidiaconatus Boleslaviensis conferatur. „Fiat, si non fuerit alteri ius quesitum G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Augusti a. primo."

Apud Villamnovam, 1353 Julii 31.

R. Suppl 24 fol. 38'.

---

131. Episcopo Olomucensi et decano Vissegradensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Nicolao Fridlini de Brunna archidiaconatum Boleslaviensem tunc vacantem conferant.

V
. X .

Apud Villamnovam, 1353 Julii 31.

Ven. fr. . . episcopo Olomucensi et dd. ff. . . decano Wissegradensis Pragensis ac sacriste Auinionensis ecclesiarum salutem etc. Suffragancia d. f. Nicolai[a]) Fridlini de Brunna canonici ecclesie Brunnensis Olomucensis dioc., probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Olim siquidem intendentes de archidiaconatu Boleslauiensi in ecclesia Pragensi, quem quondam Petrus archidiaconus Boleslauiensis in eadem ecclesia, dum viveret, obtinebat, cum illum vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, archidiaconatum ipsum, dum adhuc idem Petrus ageret in humanis, videlicet non. Januarii proxime preteriti, dum tamen archidiaconatus ipse dignitas existeret, aut ad illum consueverit quis per eleccionem assumi, collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandum . . . . Cum itaque postmodum, sicut accepimus, archidiaconatus ipse, qui in dicta Pragensi ecclesia dignitas existit, per obitum dicti Petri, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nullusque preter nos hac vice de illo disponere potuerit neque possit reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes dicto Nicolao . . . . consideracione . . . Karoli Romanorum et Boemie regis illustris, pro ipso Nicolao, dilecto familiari suo . . . ., supplicantis, graciam facere specialem, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus vos . . . . dictum archidiaconatum, si, ut premittitur, vacat, et tempore date presencium non est in eo alicui specialiter ius quesitum, eciam si

alias fuerit specialiter vel generaliter reservatus, ... eidem Nicolao auctoritate, nostra conferre et assignare curetis . . . . , non obstantibus . . . ., quod dictus Nicolaus canonicatum et prebendam dicte ecclesie Brunnensis noscitur obtinere . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Augusti a. primo.

R. Vat. 244 fol. 217, R. Vat. 219 fol 118'. — a) ,Nicolao . . . . canonico' Vat.

---

132. *Paulus Sdychonis supplicat, quatenus sibi beneficium ecclesiasticum reservetur.*

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 5.

Supplicat S[ti] V[re] humilis et devotus vester Paulus Sdychonis clericus Pragensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. archiepiscopi Pragensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem clerico dignemini providere cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Augusti a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 42'.

---

133. *Paulo Sdychonis clerico Pragensis dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit. „Laudabilia tuarum“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Augusti a primo.“ — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis et decano Vissegradensis Pragensis ac sacristae Auinionensis ecclesiarum.*

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 5.

R. Av. 121 fol. 508, R. Vat. 224 fol. 282.

---

134. *Roberto nato Amadei* [a]) *comitis Gebennensis conferuntur canonicatus, praebenda ac cancellaria ecclesiae Ambianensis tunc vacantes. „Laudabilia dona virtutum“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Augusti a. primo.“ — In e. m. abbati monasterii s. Johannis Ambianensis et archidiacono Pragensis ac Guilelmo Coynde canonico Claromontensis ecclesiarum.*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1353 Augusti 11.*

R. Av 121 fol. 259', R. Vat. 221 fol. 300'. — a) ,Amedei' Av.

135. *Andreas dictus Examinator et Elisabeth de Monte Cutna supplicant, quatenus sibi dispensatio de matrimonio iam contracto concedetur.*

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 18.

Significant S^ti^ V^re^ devoti vestri Andreas dictus Examinator et Elizabeth de Monte Cuthna Pragensis dioc., quod ipsi sibi alias ignorantes aliquod impedimentum obstare, quominus possent matrimonialiter copulari, matrimonium per verba de presenti alias legittime bannis non editis non in contemptum ecclesie contraxerunt. Postmodum vero ad eorum devenit noticiam, quod quondam Lucia eiusdem Andree prior uxor dicte Elizabeth ex uno latere in tercio, ex alio in quarto consanguinitatis gradibus attinebat, propter quod in huiusmodi matrimonio absque dispensacione apostolica non possunt licite remanere. Verum, sanctissime pater, cum ex eorum separacione multa sequerentur scandala, supplicant [a]) humiliter, ut cum eis, ut in dicto matrimonio licite valeant remanere, dignemini misericorditer dispensare, prolemque exinde susceptam et suscipiendam legittimam decernendo, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat et iniungatur eis penitencia salutaris G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV. kal. Septembris a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 63'. — a) ‚supplicant' Suppl.

---

136. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Andrea dicto Examinator et Elisabeth de Monte Cutna de matrimonio iam contracto dispenset. „Exhibita nobis „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Septembris a. primo.*

. X̄ . *Apud Villamnovam, 1353 Augusti 18.*

R. Av. 125 fol. 466', R. Vat. 2.2 fol. 386.

---

137. *Guidoni episcopo Portuensi confertur motu proprio archidiaconatus ecclesiae Meldensis. „Ex apostolice sedis providencia“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XIIII kal. Septembris a. primo“. — In e. m. . . episcopo Belvacensi et archidiacono Pragensis ac Guilelmo Coynde canonico Claromontensis ecclesiarum.*

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 19.

R. Av. 121 fol. 359', R. Vat. 221 fol. 403'.

---

138 *Johanni episcopo Olomucensi conceditur licentia confessorem eligendi.*

. X . *Apud Villamnovam, 1353 Augusti 23.*

Ven. fr. Johanni episcopo Olomucensi salutem etc. Benigno sunt . . . . Hinc est, quod nos tuis devotis supplicacionibus inclinati, tibi auctoritate

apostolica indulgemus, ut aliquem ydoneum et discretum presbyterum religiosum vel eciam secularem in tuum possis eligere confessorem, qui, quociens tibi fuerit oportunum, confessione tua diligenter audita pro commissis debitam tibi absolucionem impendat et iniungat penitenciam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda. Nulli ergo . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. X kal. Septembris a. primo.

R. Av. 125 fol. 450', R. Vat. 222 fol. 373'.

---

139. *Guilelmus comes Bellifortis supplicat, quatenus litterae super collatione canonicatus et praebendae ecclesiae Pragensis et s. Georgii in castro Pragensi Czadkoni Absiconis ac Habardo Conradi facta expediantur.*

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 24.

Significat S^ti^ V^re^ Guillelmus comes Bellifortis, cum dudum felicis recordacionis Clemens papa VI, predecessor vester, ecclesie Olomucensi providerit de persona domini Johannis et canonicatum cum prebenda, quos ipse Johannes in Pragensi ecclesia obtinebat, cum vacarent per promocionem huiusmodi et munus consecracionis vel quovis alio modo, Czadkoni Absiconis providerit de eisdem seu donacioni apostolice reservaverit conferendos eidem clerico, [1]) dictusque Johannes tempore dicti predecessoris fuerit consecratus et littere ingrossate super huiusmodi provisione in cancellaria S^tis^ V^re^ pluribus temporibus iacuerunt, superveniente autem obitu predecessoris S^tis^ V^re^ remanserunt ibidem inexpedite. Quare supplicat predictus comes eidem S^ti^ V^re^, quatenus V^re^ S^tis^ clemencia huiusmodi litteras sub data priori dicti domini Clementis et nomine vestro expediri faciat et transire.

Fiat, nisi alteri fuit ius quesitum G. [a])

Item significat S^ti^ V^re^ Habardus Conradi, quod, cum dudum dominus Clemens papa VI sibi graciam faciens specialem, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura spectante ad collacionem etc. abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti duxerit providendum [2]), dictusque Habardus canonicatum et prebendam dicte ecclesie vacantes per obitum quondam Wernheri eiusdem ecclesie canonici vigore dicte gracie, litteris huiusmodi gracie propter nimiam cancellarie occupacionem et alia diversa impedimenta non expeditis, sed in grossa stantibus et remanentibus, antequam dictus dominus Clemens mortuus esset, acceptaverit sibique provideri per executores suos . . . . fecerit de eisdem, predicta abbatissa et conventus de provisione seu gracia apostolica sibi facta certificate, que tempore huiusmodi gracie sibi facte in Romana curia ex alia causa presentes erant, ipsum unanimiter vigore huiusmodi gracie et provisionis sibi facte receperunt in canonicum dicte ecclesie, sibi stallum in choro cum plenitudine iuris canonici nec non dictam prebendam assignando; quorum canonicatus et prebende ac iurium possessionem aliquamdiu habuit pacifice et quiete. Quare supplicat predictus comes eidem

S[ti] V[re], quatenus V[re] S[ti] clemencia huiusmodi litteras sub data priori dicti domini Clementis et nomine vestro expediri faciat et transire.

Fiat et valeat, quod cessum fuit, nisi alteri fuit ius quesitum G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IX kal. Septembris a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 69 — a) In marg. sin.: ‚Pro camera'. — [1]) Mon. Vat I nr. 1155. [2]) Ibidem nr. 1082.

---

140. *Abbati monasterii Strahoviensis et decano Vissegradensis ac sacristae Auinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Czadkoni Absiconis canonicatum et praebendam ecclesiae Pragensis conferant.*

X
. X .

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 24.

Dd. ff. . . abbati monasterii Strahouiensis et . . decano Wissegradensis prope Pragam ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum. Laudabile testimonium . . . . Dudum siquidem . . . . Clemens papa VI, predecessor noster, ... canonicatum et prebendam ecclesie Pragensis, quos . . . . Johannes episcopus Olomucensis tempore promocionis facte de ipso per predecessorem eundem ad Olomucensem ecclesiam tunc vacantem in ipsa Pragensi ecclesia obtinebat, ... conferendos dicto Czadkoni . . . . donacioni apostolice reservavit et demum huiusmodi consecracionis munere prefato Johanni extra Romanam curiam de mandato ipsius predecessoris impenso, dictus predecessor, literis super dicta gracia per eum dicto Czadkoni concessa, ut premittitur, non confectis, viam fuit universe carnis ingressus, nosque, postmodum ad apicem summi apostolatus assumpti, reservacionem cum similis interposicione decreti de canonicatibus et prebendis aliisque beneficiis ecclesiasticis . . . . duximus faciendam Cum autem, sicut accepimus, iidem canonicatus et prebenda per huiusmodi promocionem dicti Johannis et munus consecracionis extra curiam predictam de mandato ipsius predecessoris, ut predicitur, impensum, vacaverint et vacent ad presens, nos volentes eidem Czadkoni . . . . graciam facere specialem, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus vos . . . . eosdem canonicatum et prebendam . . . . prefato Czadkoni . . . . conferre et assignare curetis . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIIII. kal. Septembris a. primo.

R. Vat. 244 fol 365, R. Vat. 219 fol. 222. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1455.

---

141. *Abbati monasterii Strahoviensis et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Habardo Conradi canonicatum et praebendam ecclesiae monasterii s. Georgii in castro Pragensi conferant.*

V̄
. X .

Apud Villamnovam, 1353 Augusti 24.

Dd. ff. . . abbati monasterii Strahowiensis Pragensis dioc. et . . decano Pragensis ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum salutem etc. Laudabile testimonium, quod . . . . Habardo Conradi de Telczowicz [1]) clerico Pragensis dioc. de vita perhibetur et meritis, nos inducit, ut ipsum prerogativa specialis favoris et gracie prosequamur.

Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti, in qua certus canonicorum secularium et prebendarum solitarum dictis canonicis assignari existit numerus, quos quondam Wernherus dictus „cum albo equo", eiusdem ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Wernheri obitum, qui dudum extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens, nos volentes eidem Habardo .... graciam facere specialem, discrecioni vestre .... mandamus, quatenus vos ... ·dictos canonicatum et prebendam ad collacionem .... abbatisse et conuentus monasterii predicti spectantes .... eidem Habardo .. . auctoritate nostra conferre et assignare curetis .... D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIIII kal. Septembris a. primo.

R. Av. 121 fol. 392, R. Vat. 221 fol. 439. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1082, ubi: ‚de Gelezenicz'. — In Collect. 287 fol. 140' (ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 27) sequens adnotatio ad litteram praedicto Habardo destinatam pertinet: „.... mandatum fuit expediri in vicecancellaria .... Missa fuerunt beneficia supradicta collectori Pragensi per Fredericum de Haulswerde clericum Pragensis dioc. die Septembris XXVII." Haec altera adnotatio: ‚Missa — XXVII' cancellata est, ad quam cancellaturam in margine adnotatur: „Non fuerunt missa per ipsum, quia non erat notus."

---

142. *Johannes episcopus Olomucensis quitatur de solutione complementi suorum servitiorum.*

Avinione, 1353 Septembris 16.

Universis etc. Stephanus [archiepiscopus Tholosanus, domini pape camerarius .... Ad universitatis vestre noticiam .... deducimus][a]), quod .... Johannes episcopus Olomucensis in Boemia pro complemento sui communis servicii, in quo erat camere .... summi pontificis obligatus, octingentos et septuaginta quinque florenos auri prefate camere nec non et pro complemento quatuor serviciorum familiarium et officialium eiusdem .... pape centum et viginti quinque florenos auri clericis camere supradicte .... per manus Bricxi[b]) de Bruchwan [c]) clerici dicte dioc. iuxta dilacionem sibi concessam tempore debito solvi fecit.... D. Auinione die XVI mensis Septembris a. .... MCCCLIII, indiccione VI, pontificatus .... Innocencii .... pape VI a. primo.

Obl. et Sol. 26 fol. 225', Obl. et Sol. 28 fol. 135'. — a) Suppletum ex documentis in cod. praecedentibus. b) ‚Bricxi' Obl. 28, ‚Brioxi' Obl. 26. c) Corrige: ‚Ruchwan' (Roncho vany).

---

143. *Carolus Romanorum rex inter alia rogatur, quatenus impedimenta, quae Arnaldo tituli s. Sixti presbytero cardinali in adeptione canonicatus et praebendae ecclesiae Pragensis praestantur, amoveri faciat. „Quamvis fili carissime" „Auinione VIII id. Octobris a. primo".*

Avinione, 1353 Octobris 8.

R. Vat. 235 fol. 200', R. Vat 244 A nr. 320. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 284 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 782 nr. 244.

144 *Durando Bonni capellano Guidonis episcopi Portuensis providetur ad supplicationem ipsius episcopi de canonicatu ecclesiae de Leryaco [a]) Bituricensis dioc. sub expectatione praebendae. „Probitatis tue merita" „Auinione VIII id. Octobris a. primo". — In e. m. archidiacono Pragensis et Guilelmo Coynde canonico Claromontensis ecclesiarum ac officiali Bituricensi.*

| — *Avinione, 1353 Octobris 8.*
. X X .

R. Av. 124 fol. 288, R. Vat. 223 fol. 193'. — a) ‚Leriaco' Vat.

---

145. *Johannes [de Novo Foro] praeficitur ecclesiae Luthomuslensi in episcopum.*

X X X X X X — *Avinione, 1353 Octobris 9.*
. X X X X X X .

D. f. Johanni electo Luthomuslensi salutem etc. Romani pontificis . . . . Dudum siquidem bone memorie Johanne episcopo Luthomuslensi regimini Luthomuslensis ecclesie presidente nos cupientes eidem Luthomuslensi ecclesie, cum eam vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ea vice disposicioni et ordinacioni nostre specialiter reservavimus ac decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Deinde vero dicta ecclesia Luthomuslensi per obitum dicti Johannis episcopi, qui in partibus illis decessit, pastoris solacio destituta, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius Luthomuslensis ecclesie, de qua nullus preter nos hac vice disponere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne longe vacacionis remaneret exposita detrimentis, solicitis studiis intendentes et cupientes eidem Luthomuslensi ecclesie utilem et fructuosam presidere personam, post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, tunc electum Nuemburgensem, consideratis grandium tuarum virtutum meritis, quibus altissimus tuam insignivit personam, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Luthomuslensi ecclesie quam eius gregi dominico salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo Nuemburgensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum patrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te licet absentem ad prefatam Luthomuslensem ecclesiam transferimus teque illi preficimus in episcopum et pastorem . . . . D. Auinione VII id. Octobris a. primo.

In e. m . . . . capitulo ecclesie Luthomuslensis . . . .
In e. m. . . . . clero civitatis et dioc. Luthomuslensis . . . .
In e. m. . . . . populo civitatis et dioc. Luthomuslensis . . . .
In e. m. . . . universis vasallis ecclesie Luthomuslensis . . .
In e. m. . . . archiepiscopo Pragensi . . . .
In e. m. . . . . Carolo Boemie regi illustri . . . . .

R. Av. 122 fol. 64, R. Vat. 221 fol 42'. — Reg. apud Tadra, Summa cancellariae pag. XXIII.

146. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus Nicolao Dipoldi de Pilgrems parochialis ecclesia Noviforensis reservetur.

Avinione, 1353 Octobris 10.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatinus sibi specialem graciam facientes in personam dilecti capellani sui Nicolai nati Dipoldi de Pilgrems, presbyteri Pragensis dioc., in artibus iureque canonico periti ac officialis curie Luthomuslensis, de parrochiali ecclesia Noniforensi Wratislaniensis dioc., que per munus consecracionis obtinendum per reverendum dominum Johannem electum ecclesie Luthomuslensis in proximo vacare speratur, aut alias quocunque modo vacaverit preterquam per mortem ipsius, [sibi] dignemini providere ipsamque conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione etc., non obstante, quod idem Nicolaus per capitulum ecclesie Wissegradensis dicte Pragensis dioc. in canonicum sub expectacione prebende auctoritate ordinaria est receptus et sibi de quodam perpetuo beneficio, ministerium appellato,[a]) in dicta Wissegradensi ecclesia, cuius possessionem nondum pacifice et plene est assecutus, et cuius fructus etc. XXX florenorum auri summam non excedunt, auctoritate ordinaria est provisum et cum ceteris non obstantibus, executoribus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G. Et sine alia lectione. Fiat G.

D. Auinione VI id. Octobris a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 100'. — a) ‚appellacio'. Suppl.

---

147. Nicolao Dipoldi de Pilgrems[a]) reservatur parochialis ecclesia Noviforensis, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 146. „Litterarum sciencia" „Auinione VI id. Octobris a. primo". — In e. m. episcopo Olomucensi et decano Vissegradensis Pragensis dioc. ac thesaurario Redonensis ecclesiarum.

. X X . *Avinione, 1353 Octobris 10.*

R. Av. 121 fol. 305', R. Vat. 221 fol. 349'. — a) ‚Pilgrens' Av. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 294. — Ad hanc litteram sequens adnotatio in Collect. 287 fol. 140' (ed apud Kirsch, Annaten I pag. 27) pertinet: „Missa fuerunt collectori per Raymundum La Chausyne scutiferum domini Magalonensis die XV Februarii a. LIIII". In Collect. 287 vice ‚Pilgrems ‚Pilagrems' legitur.

148. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus provisio Busconi Leonardi de Braškov[a]) de archidiaconatu Curimensi facta confirmetur. „Fiat, nisi fuerit alteri ius quesitum G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI id. Octobris a. primo."

Avinione, 1353 Octobris 10.

R. Suppl. 24 fol. 193. — a) ‚Binscoro' Suppl. — In marg. sin.: ‚Pro camera'.

149. *Judicibus mandatur, quatenus Busconi Leonardi de Braškov archidiaconatum Curimensem conferant.*

V X. *Avinione, 1353 Octobris 10.*

Dd. ff. archidiacono Pragensis et sacriste Auinionensis ecclesiarum ac officiali Pragensi salutem etc. Exigentibus probitatis et virtutum meritis, super quibus . . . . Busco Leonardi de Brascow canonicus Pragensis apud nos . . . . commendatur, inducimur, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem . . . . Clemens papa VI, predecessor noster, intendens de archidiaconatu Curimensi in ecclesia Pragensi, quem quondam Bohuta de Cladna archidiaconus Curimensis in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, cum illum vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, archidiaconatum ipsum, dum adhuc idem Bohuta ageret in humanis, videlicet II non. Junii pontificatus sui anno undecimo[1]), dum tamen archidiaconatus ipse dignitas existeret, collacioni et disposicioni sue ea vice specialiter reservavit, decernendo extunc irritum et inuane, si secus . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero, sicut exhibita nobis pro parte ipsius Busconis peticio continebat, archidiaconatu predicto, qui dignitas existit, per ipsius Bohute obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, dictus Busco, ignorans aliquam reservacionem de predicto archidiaconatu fore factam, vigore quarumdam litterarum dicti predecessoris, per quas in dicta ecclesia Pragensi dignitatem, personatum vel officium expectabat, prefatum archidiaconatum sic vacantem, sibique alias debitum, acceptavit et de illo sibi eodem predecessore in humanis agente provideri fecit canonice, nisi predicta reservacio obstitisset, et extunc archidiaconatum ipsum fere per annum tenuit et possedit, prout adhuc tenet et possidet pacifice et quiete, fructus percipiens ex eodem. Nos igitur attendentes, quod acceptacio et provisio predicte et alia inde seq[u]uta viribus non subsistunt, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ac volentes ipsum Busconem . . . . consideracione . . . . Karoli Romanorum et Boemie regis illustris, ... pro dicto Buscone, capellano et familiari suo, humiliter supplicantis, favoribus prosequi graciosis, ipsumque in eadem ecclesia amplius honorare, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus vos . . . . dictum archidiaconatum . . . . eidem Busconi auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . ., non obstantibus . . . , quod in eadem ac in s. Georgii in castro Pragensi et in s. Egidii Pragensi ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere . . . D. Auinione VI id. Octobris, pontificatus nostri a. primo.

R. Vat. 244 fol. 232. — [1]) 1352 Junii 4. — In marg. dext.: ‚nota reserv.' Ad hanc litteram praefato Busconi destinatam sequens adnotatio in Collect. 287 fol. 140' (ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 27) pertinet: „Missa fuerunt collectori per Raymundum La Chausyne scutiferum domini Magalonensis die XV Februarii a. LIIII".

---

150. *Obligatio Johannis [de Novo Foro] electi Luthomuslensis.*

1353 Octobris 15.

Dicta die [XV mensis Octobris a. d. MCCCLIII, indiccione sexta, pontificatus d. Innocencii pape VI a. primo][a]) dominus Johannes electus Luthomuslensis

promisit pro suo communi servicio per dominos Jacobum Augustini canonicum Wratislauiensem et Nicolaum de Pilgrems officialem Luthomuslensem, eius procuratores, VIII^{C} florenos auri et V servicia consueta, solvenda terminis supra proxime positis, [medietatem in festo b. Michaelis proxime venturo et aliam medietatem in eodem festo anno revoluto][a] . . . .

Item promisit solvere in festo nativitatis domini proxime venturo pro ecclesia Neuburgensi, cui prefuit, C florenos auri, in quibus tenebatur pro primo termino dicte ecclesie, diu est elapso (!), et V servicia pro rata. Et promiserunt dicti procuratores in dicto festo nativitatis domini solvere dictos C florenos auri et V servicia pro rata in casu, in quo idem electus dictos C florenos non solveret.

Obl. et Sol. 22 fol. 148, Obl. et Sol. 27 fol. 84, Obl. et Sol. 29 fol. 89'. — a) Suppletum ex documentis in cod. praecedentibus. — In marg. dext.: ,XXIII card.'.

---

151. *Innocentius VI scribit Carolo regi Romanorum, se litteras eius per Guilelmum de Lestkov praesentatas benigne recepisse.*

Avinione, 1353 Octobris 18.

Carissimo in Christo filio Carolo regi Romanorum illustri salutem etc. Litteras tuas presentatas nobis per d. f. Willelmum de Laskeu nuncium tuum, latorem presencium, et ipsum quoque nuncium consideracione tua benigne recepimus, et que idem nuncius nomine tuo nobis exposuit, viva voce intelleximus diligenter, super quibus sibi eciam verbo respondimus, sicut audies plenius ab eodem, vota regia, que sicut princeps catholicus deum timens libenter frenas sub licito, quantum cum eo poterimus, prosequi favoribus apostolicis dante domino intendentes. D. Auinione XV kal. Novembris a. primo.

R. Vat. 235 fol. 2'6', R. Vat. 244 A (Archet.) nr. 369. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 285 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 782 nr. 245. — In tergo Archet.: ,XV kal. Novembris a. primo I R.

---

152. *Johanni [de Novo Foro] electo Luthomuslensi conceditur, ut a quocunque antistite munus consecrationis recipere possit.*

$\overline{X}$ *Avinione, 1353 Octobris 23.*

D. f. Johanni electo Luthomuslensi salutem etc. Cum nos pridem Luthomuslensi ecclesie pastoris regimine destitute de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te illi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, tuis supplicacionibus inclinati, ut a quocunque malueris catholico antistite, graciam et comunionem apostolice sedis habente, ascitis et in hoc sibi

assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis, similem graciam et communionem habentibus, munus consecracionis recipere valeas, et eidem antistiti, ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Volumus autem, quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam tibi illud impenderit, a te nostro et ecclesie Romane nomine fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam, ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare procuret, quodque per hoc . . . . archiepiscopo Pragensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur. D. Auinione X kal. Novembris a. primo.

R. Av. 122 fol. 179, R. Vat. 224 fol. 497. — Reg. apud Tadra, Summa cancellariae pag. XXIII.

---

153. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus visitantibus parochialem ecclesiam in Glacz indulgentiae concedantur et sibi licentia testandi indulgeatur.*

Avinione, 1353 Octobris 28.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus orator vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatinus sibi, ut sibi servientibus et aliis etc. (!)

Item supplicat, quatinus, cum ipse ordinaverit, quod in parrochiali ecclesia in Glacz sue Pragensis dioc. pro consolacione incolarum dicti loci missa una diebus singulis in aurora cantetur et ad dictam missam prefati incole cum devocione confluant, dignemini omnibus interessentibus dicte misse aliquam singulis diebus indulgenciam misericorditer elargiri.

Fiat ad decem annos G.

Item supplicat, quatinus sibi, cui olim ante ereccionem Pragensis ecclesie in metropolitanam, cui tunc presidebat, per felicis recordacionis dominum Clementem, predecessorem vestrum, licencia testandi indulta extitit, [1]) similem dignemini licenciam indulgere cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat in forma G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Novembris a primo.

R. Suppl. 24 fol. 105. — [1]) Mon. Vat. I nr. 244.

---

154. *Omnibus, qui parochialem ecclesiam in Glacz sub conditionibus in supplicatione sub nr. 153 expressis visitarerint, centum dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie" „Avinione V kal. Novembris a. primo."*

. X̄ . *Avinione, 1353 Octobris 28.*

R. Av. 125 fol. 195, R. Vat. 224 fol. 471. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 303.

155. Arnesto archiepiscopo Pragensi licentia testandi conceditur. „Quia presentis vite“ „Auinione V kal. Novembris a primo.“

: *X*. *Avinione, 1353 Octobris 28.*

R. Av. 125 fol. 187, R. Vat. 224 fol. 464'.

---

156. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus unio parochialium ecclesiarum in Cladruna et in Brtna cum monasterio s. Benedicti in Cladruna confirmetur.

Avinione, 1353 Novembris 14.

Significat S[ti] V[re] devota creatura vestra Karolus Romanorum et Boemie rex, quod, cum tam propter defectus fratrum infirmorum monasterii in Cladruna ordinis s. B[enedicti] Pragensis dioc. et superfluitatem [a]) hospitum ad dictum monasterium confluencium, quam alias ex certis causis legitimis parochiales ecclesie s. Petri in Cladruna in foribus eiusdem monasterii et s. Martini in Brtna [1]) dicte dioc. dicto monasterio de voluntate et expresso consensu abbatis et conventus dicti monasterii et rectoris ipsarum ecclesiarum unite seu incorporate existant et per diocesanum loci ex certa sciencia confirmate, [b]) supplicat idem rex eidem S[ti], quatenus huiusmodi uniones seu incorporaciones, ut premittitur, factas ratas et gratas habentes, dignemini ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmare, cum clausulis oportunis ut in forma.

Exibeatur unio et alia in cancellaria et si sit facta canonice et ex causa legitima, confirmetur G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XVIII kal. Decembris a. primo.

R. S. 24 fol. 123'. — [a]) ‚superfluitatum‘ Suppl. [b]) ‚confirmare‘ Suppl. — [1]) Antiqua ecclesia parochialis nunc cum villa Damnov unita.

---

157. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus provisio Johanni Bertholdi Zufraz de Teymaria facta reformetur.

Avinione, 1353 Novembris 21.

Pater sanctissime! Dudum devoto filio vestro Karolo Romanorum et Boemie regi illustri S[ti] V[re] humiliter supplicanti, ut Johanni Bertholdi Zufrazz de Teymaria notario dicti domini regis de canonicatu ecclesie Eystetensis cum reservacione prebende iuibi vacantis vel vacature dignemini providere, non obstante, quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem etc. episcopi Bambergensis auctoritate literarum S[tis] V[re] in communi forma exspectabat, quam graciam sibi dignaremini reservare, S[tas] V[ra] scripsit: ‚Fiat‘, prout in supplicacione, sanctissima vestra manu signata, plenius continetur. Cum autem in cancellaria vestra huiusmodi gracia in forma pauperum transire non possit, dictus dominus rex humiliter supplicat, quatinus dictam graciam in forma de uberiori dono gracie dignemini reformare. [a])

Reservamus G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Decembris a. primo.

R. Suppl. 21 fol. 128'. — a) ‚reservare' Suppl. — In marg. sin.: ‚Reformacio gracie, E.'

---

158. *Johanni Bertholdi Zufraz* [a]) *de Teymaria subnotario* (!) *Caroli Romanorum et Bohemie regis providetur de canonicatu ecclesiae Eystetensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 157. „Probitatis et virtutum" „Auinione XI kal. Decembris a. primo." — In e. m. Bildhausensis* [b]) *et Vessrensis* [c]) *Herbipolensis dioc. monasteriorum abbatibus ac sacristae eclesiae Avinionensis.*

I/X I/X *Avinione, 1353 Novembris 21.*

R. Av. 124 fol. 510, R. Vat. 220 fol. 417. — a) ‚Bertholdo Zufraz' Av. — b) ‚Bildehusensis' Av. c) ‚Veszerensis' Av.

---

159. *Johanni [de Novo Foro] electo Luthomuslensi prorogatur terminus recipiendi munus consecrationis.*

· X · *Auinione, 1353 Decembris 2.*

D. f. Johanni electo Lothomuslensi salutem etc. Sincere devocionis . . . . Cum itaque nuper ecclesie Lothomuslensi tunc vacanti de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te eidem ecclesie in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur,[1]) nos . . . . Caroli Romanorum et Boemie regis illustris, nobis super hoc pro te, dilecto secretario suo, et in eius, ut asserit, adeo serviciis occupato, quod recepcioni muneris consecracionis tibi impendendi commode vacare non potes ad presens, humiliter supplicantis, ac tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, tempus recipiendi munus predictum a canonibus diffinitum, infra quod adhuc fore dinosceris, tibi quodque (!) ad sex menses eadem auctoritate de speciali gracia prorogamus proviso, quod interim taliter de ipsius ecclesie administracione provideas, quod ipsa spiritualibus non ledatur nec in temporalibus detrimentum propterea paciatur . . . . D. Auinione IIII non. Decembris a primo.

R. Av. 125 fol. 496', R. Vat. 222 fol. 410'. — Reg. apud Tadra, Summa cancellariae pag. XXIII. — [1]) Conf. nr. 145.

---

160. *Johannes [de Novo Foro] electus Luthomuslensis quitatur de solutione partis sui communis servitii camerae apostolicae.*

Avinione, 1353 Decembris 12.

Universis .... Stephanus [.... archiepiscopus Tholosanus, domini nostri pape camerarius .... Ad universitatis vestre noticiam deducimus ....] [a]), quod dominus Johannes electus Luthomuslensis in provincia Pragensi pro parte sui communis servicii, in quo racione ecclesie Neuburgensis, cui prefuit, et pro primo termino erat camere .... [summi pontificis] [a]) obligatus, quinquaginta florenos auri prefate camere, nec non et pro parte IIII serviciorum [familiarium et officialium domini nostri pape] [a]) VII florenos auri, novem solidos et XI denarios monete Auinionensis .... clericis [camere supradicte] [a]) per manus Johannis de Tiromario [b]) familiaris sui tempore debito [solvi fecit] [a]) .... D. Auinione die XII mensis Decembris a. [millesimo CCCLIII, indiccione VI, pontificatus .... Innocencii .... pape VI a. primo.

Obl. et Sol. 30 fol. 9. R. Av. 122 fol. 352'. — a) Suppletum ex documentis in cod. praecedentibus b) ‚Tromario' Av. Corrige: ‚Teymaria'?

---

161. *Guilelmus de Landstein* [a]) *baro regni Bohemiae supplicat, quatenus sibi et Elisabeth* [b]) *coniugi suae absolutio plenaria in mortis articulo concedatur. „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XIX kal. Januarii a. primo.“*

Avinione, 1353 Decembris 14.

R. Suppl. 24 fol. 150'. — a) ‚Willermus de Lancstein' Suppl. b) Elizabet' Suppl.

---

162. *Nobili viro Guilelmo Vitkonis* [a]) *de Landstein* [b]) *et Elisabeth eius uxori indulgetur, ut confessor eorum semel tantum in mortis articulo plenam remissionem peccatorum eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione XVIIII kal. Januarii a. primo.“*

V
. X .

Avinione, 1353 Decembris 14.

R. Av. 122 fol. 147, R. Vat. 224 fol. 390. — a) ‚Wilhelmo Wytkonis' Av. b) Lanstein' Av.

---

163. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus Johanni de Bavaria cum dispensatione super defectu natalium de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis de novo provideatur.*

Avinione, 1353 Decembris 14.

Pater sanctissime! Nuper ad supplicacionem devoti filii vestri Karoli Romanorum et Boemie regis per Stis Vre litteras commisistis episcopo Opirensi [a]), ut cum Johanne de Bauaria clerico sue dioc. super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ut eo non obstante ad omnes ordines promoveri et beneficia ecclesiastica, quotcunque forent, eciam si unum eorum curam animarum haberet, aut dignitates, personatus vel officium, et eciam si in ecclesia cathedrali dignitas ipsa aut canonicatus et prebenda existeret, licite obtinere valeret, auctoritate apostolica dispensaret. Qui quidem episcopus commissione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, prius tamen quam dicte littere presen-

tarentur eidem, cum dicto Johanne, ut premittitur, dispensavit. Idemque Johannes post dispensacionem huiusmodi canonicatum et prebendam ecclesie Pragensis alias canonice extitit assecutus. Quare dictus rex, qui pro dicto Johanne, dilecto suo, super hiis habet consciencıam remordentem, humiliter supplicat, quatenus cum ipso Johanne super premissis absque commissione alicui facienda dignemini dispensare, ipsique Johanni concedere, quod dictos canonicatum et prebendam licite valeat retinere, vel de illis sibi de novo providere, cum omnibus clausulis, non obstantibus oportunis et executoribus.

Dispensamus et providemus, ut petitur, nisi fuerit alteri ius quesitum. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XIX. kal. Januarii a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 150'. — a) Corrige: ‚Spirensi'. — Ad gratiam praefato Johanni de Bavaria factam sequens adnotatio in Collect. 287 fol. 140' (ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 27) pertinet: „Missa fuerunt collectori per Raymundum La Chausyne scutiferum domini Magalonensis die XV Februarii a. LIIII."

---

164. *Carolus Romanorum rex supplicat, quatenus datae litterarum infrascriptis personis destinatarum permutentur.*

Avinione, 1353 Decembris 14.

Sanctissime pater! Cum nuper S^tas^ V^ra^ ad instanciam devoti filii vestri Karoli Romanorum regis Vlrico nato Diuissii militis, clerico familiari ipsius regis, graciam fecerit specialem de canonicatu ecclesie Wissegradensis prope Pragam sub expectacione prebende ipsius ecclesie sub data videlicet II id. Junii et in eodem rotulo cuidam Francisco Conrado [a]) de Tyn capellano ipsius regis consimilem graciam fecerit in ecclesia Vissegradensi predicta, que ambo concurrunt in data litterarum, et postmodum in alio rotulo facta est gracia cuidam Vlrico Wayslai, presbytero Pragensis dioc. consimilis per omnia sub data id. Junii, quorum quidem Francisci et Vlrici Wayslai littere sunt expedite per cancellariam V^re^ S^tis^, quarum vigore in canonicos ecclesie prefate Vissegradensis iam sunt recepti, quare supplicat predictus rex eidem, quatinus concedere dignemini, ut data Vlrici Diuissii postponatur videlicet XVIII kal. Julii, ne gracia ipsius omnino inutilis reputetur.

Fiat G.

Item cum predicta S^tas^ V^ra^ consimilem graciam fecerit Prizbislao [b]) de Lechcow capellano ipsius regis de canonicatu ecclesie Pragensis sub expectacione prebende sub data II id. Junii et in eodem rotulo Bohussio Arnesti de Pordowicz consimilem graciam per omnia in predicta ecclesia fecerit sub data predicta et propter concurrenciam date littere per cancellariam S^tis^ V^re^ transire non possunt Pribislai supradicti ex eo, quia littere Bohussii iam ad partes expedite sunt transmisse, supplicat predictus rex, quatinus concedere dignemini, ut data Pribislai sequenti die post datam Bohussii ponatur.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione XIX kal. Januarii a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 150'. — a) Corrige: ‚Conradi'. b) Corrige: ‚Przibislao'. — Conf. nr. 82, 87, 88, 99, 110.

165. *Reywoldus baro regni Bohemiae supplicat, quatenus licentia erigendi monasterium fratrum ordinis praedicatorum in Reichenbach sibi concedatur.*

Avinione, 1353 Decembris 14.

Supplicant S^ti^ V^re^ devoti vestri Reywoldus baro regni Boemie dioc. Misnensis et frater Nicolaus prior provincialis Boemie ordinis fratrum predicatorum dioc. Pragensis, quod in favorem ordinis predicatorum et divinorum ministeriorum augmentum concedere dignemini de gracia speciali, ut in opido, quod dicitur in Reychynbach dicte Misnensis dioc. possit erigi et fundari monasterium seu domus conventus fratrum ordinis predicatorum cum choro et ecclesia, ambitu, refectorio et dormitorio et aliis officinis ad conventum necessariis et hoc in honore beatissime virginis Marie consecrandum, quod eciam monasterium honorari dignetur V^ra^ S^tas^ indulgenciarum privilegio speciali post ipsius consecracionem Christi fidelibus profuturo; scientes, pater sanctissime, quod ego predictus Reywoldus speciali devocione ac zelo dicti ordinis de bonis propriis meis pro elemosyna, pro me[e] et predecessorum meorum [animarum salute] ad fabricam et ornamenta ad libros et calices monasterio predicto tantum volo elargiri ibidem, quod cultus divinus ad honorem dei et matris eius et sanctorum decenter poterit exerceri, cum omnibus non obstantibus et clausulis consuetis ut in forma.

Fiat, dum tamen locus sit talis, quod XII fratres de elemosinis dicti opidi et locorum vicinorum valeant sustentari. G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. . . . .

D. Auinione XIX kal. Januarii a. primo.

R. Suppl 24 fol. 150'.

---

166. *Magistro generali et fratribus ordinis praedicatorum licentia recipiendi, Reywoldo de Oberbach* [a]) *domino oppidi de Reichenbach, militi Misnensis dioc., licentia fundandi et construendi monasterium cum ecclesia b. Mariae virginis in oppido Reichenbach cum campanili et campana ac cimiterio iuxta morem ipsius ordinis conceditur. „Sacre religionis" „Auinione XVIIII kal. Januarii a. primo.*

X *Avinione, 1353 Decembris 14.*
. X .

R. Av. 125 fol. 190', R. Vat. 224 fol. 467. — a) ‚Owerwach' Av.

---

167. *Henrico duci Glogoviae ad supplicationem Caroli Romanorum et Bohemiae regis conceditur, ut cum viginti personis tam ex vasallis suis quam aliis, quas in sua comitiva duxerit, sepulcrum dominicum et alia oratoria Terrae sanctae visitare valeat. „Tue devocionis" „Avinione XVII kal. Januarii a. primo".*

≡ *Avinione, 1353 Decembris 16.*
. XLV .

R. Av. 125 fol. 178', R. Vat. 224 fol. 456'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 552.

---

168. *Margareta Hanoniae et Hollandiae comitissa supplicat, quatenus donatio iuris patronatus et incorporatio capellae s. Laurentii in castro Legnicensi monasterio Lubensi confirmetur.*

Avinione, 1353 Decembris 18.

Significat S[ti] V[re] [devota filia vestra Margareta Hanonie et Hollandie comitissa][a]) pro abbate et conventu monasterii Lubensis ordinis Cisterciensis Wratislauiensis dioc., quod XVIII annis retroactis vel plus inclitus princeps Boleslaus dux Slesie et dominus Bregensis, propter magnam et ingentem necessitatem temporum ius patronatus capellanie s. Laurencii et ipsam capellam in castro suo Legnicz dicto monasterio et conventui dedit et per fratres eiusdem monasterii regendam donavit, quam donacionem venerabilis pater dominus Nauberus[b]) pro tunc episcopus Wratislauiensis de consensu sui capituli confirmavit et dictam capellam cum omnibus redditibus, iuribus et obvencionibus ex certis et racionabilibus causis dicto monasterio Lubensi perpetuo incorporavit et univit, ut in litteris super hoc confectis plenius continetur. Quare supplicant eidem S[ti] V[re] dicti abbas et conventus, quatenus donacionem, incorporacionem et unionem predictas ac omnia, que circa hec acta sunt, ex certa sciencia confirmare dignemini, supplentes defectus, si qui fuerint in premissis, et quia, pater sancte, felicis recordacionis papa Clemens VI, predecessor vester, dictam donacionem et unionem confirmavit et super hoc fuerint littere scripte, sed antequam essent bullate, idem predecessor vester expiravit.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XV kal. Januarii, a. primo.

R. Suppl. 24 fol. 152. — a) ‚devota — comitissa' ex supplicatione praecedente suppletum. b) Corrige: ‚Naukerus'.

---

169. *Donatio iuris patronatus et incorporatio capellae s. Laurentii in castro Legnicensi monasterio Lubensi confirmantur. „Hiis que ad relevamen" „Auinione XV kal. Januarii a. primo".*

X
. X .

Avinione, 1353 Decembris 18.

R. Av. 125 fol. 517, R. Vat. 222 fol. 426'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 552.

---

170. *Johannes dictus Ruffus et Johannes Werd supplicant, quatenus sibi de beneficiis, in nr. 171 descriptis ad invicem permutandis, provideatur. „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XIII kal. Januarii a. primo".*

Avinione, 1353 Decembris 20.

R. Suppl. 24 fol. 156. — In marg. sin.: ‚W. A. permut'.

---

171. *Johanni Werd confertur parochialis ecclesia b. Mariae Magdalenae Vratislaviensis.*

. X X .[a)] *Avinione, 1353 Decembris 20.*

D. f. Johanni dicto Werd rectori parrochialis ecclesie b. Magdalenes Wratislauiensis salutem etc. Apostolice sedis circumspecta benignitas .... Dudum siquidem parrochiali ecclesia b. Marie Magdalenes Wratislauiensi tunc per obitum quondam Laurentii de Kalew[1]) eiusdem ecclesie rectoris, qui extra Romanam curiam decessit, vacante, d. f. Johannes dictus Ruffus canonice obtinuit sibi de ipsa apostolica auctoritate provideri. Cum itaque, postmodum tu canonicatum et prebendam ecclesie s. Eusanii Aguile[ge]nsis dioc., quos tunc temporis obtinebas, et dictus Johannes dictam parrochialem ecclesiam, eius possessione non habita, desiderantes illos ex certis causis racionabilibus invicem permutare, in manibus .... Stephani archiepiscopi Tholosani camerarii nostri ex causa permutacionis huiusmodi apud sedem apostolicam libere duxeritis resignandos, idemque archiepiscopus resignaciones huiusmodi de speciali mandato nostro vive vocis oraculo super hoc sibi facto apud sedem admiserit antedictam, nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes, parrochialem ecclesiam per huiusmodi resignacionem vacantem .... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus .... D. Auinione XIII kal. Januarii a. primo.

In e. m. .... abbati monasterii s. Vincencii prope Wratislauiam et . , preposito Lubucensi ac . . decano s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum.[b])

R. Av. 123 fol. 293, R. Av. 147 fol. 511'. — a) ,X Av. 147. b) ,abbati — ecclesiarum, deest in Av. 147. — 1) Corrige ,Kalow'.

---

172. *Recollectio census denarii b. Petri in diocesi Vratislaviensi.*

1353—1358.

[Recoll]ectio census denarii beati Petri in dioc. Wratislauiensi inchoando anno domini MCCC[XLIIII]to. Et primo de illo anno a domino episcopo Wratislauiensi recepi ego Arnaldus [de Lacaucina] ....[1])

Item a. domini MCCCLIII recepi CLXXXIX marchas XIX scotos cum dimidio et ....[a])

Item a. domini MCCCLIIII recepi CLXXXXI marchas XIIII scotos et IIII denarios.

Item a. domini MCCCLV recepi CLXXXXVII marcas VIII scotos cum dimidio.

Item a. domini MCCCLVI recepi CCIII marchas cum dimidia.

Item a. MCCCLVII CCXXXXIII marcas et XIII scotos.

Item a. domini CCCLVIII CCXXXXIII marchas et XIIII scotos.

Approbatur summa pagine: MIIII^c LIX march.
V scot. cum dimidio
III den.[2])

Item in sede Swidnicensi dicte Wratislauiensis dioc. de primo anno pro censu denarii beati Petri inchoando anno domini MCCCLIII, tribus annis per IIII denarios de quolibet humano capite recipiendo, supplementum pro annis preteritis videlicet a. domini MCCCXLIIII.

De dicta sede anno quo supra MCCCLIII pro censu denarii beati Petri XXXIX marchas et XIII scotos minus . . .[a]) pro quolibet humano capite per IIII denarios recipiendo.

Item a. domini MCCCLIIII de eadem sede XXXIX marchas et XIII scotos minus duobus denariis.

Item a. domini MCCCLV de eadem sede XXXIX marchas et XIII scotos minus II den.

Item quarto anno inchoacionis predicte de eadem sede a. domini MCCCL sexto XVI marchas et IIII scotos de capite humano quolibet per I denarium recipiendo.

Item quinto anno inchoacionis supradicte de eadem sede a. domini MCCCLVII XVI marchas et IIII scotos.

Item VI anno inchoacionis supradicte de eadem sede a. domini MCCCLVIII XVI marchas et IIII scotos.

Approbatur summa pagine: CLXVII march.
II scot. cum dimidio
VI den.

Approbatur summa universalis omnium receptorum de denariis supradictis in civitate et dioc. Wratislauiensi ab a. domini MCCCXLVI usque ad annum LVIII inclusive: III^M CXXXVI march.
I scot. cum dimidio
X den.

Armar. XXXV nr. 25. — [a]) Hic manuscriptum laesum est. — [1]) Quod nunc sequitur ad tempus Clementis papae VI pertinet. [2]) Ad hanc summam etiam 189 mar. 19 sco. et 7 den. de a. 1352 initio paginae inscripti pertinent.

---

173. Johanni, episcopo Olomucensi conceditur, ut provisio ipsi per Clementem papam VI de ecclesia Olomucensi facta valeat, non obstante defectu sinistri oculi quem patitur.

X
.X. *Avinione, 1354 Januarii 8.*

Ven. fr. Johanni episcopo Olomucensi salutem etc. Grandia tuarum virtutum . . . . Dudum siquidem pro parte tua post provisionem de te factam[1]) per . . . . Clementem papam VI Olomucensi ecclesie tunc vacanti eidem predecessori exposito, quod tu tempore provisionis predicte quandam maculam in tuo sinistro paciebaris oculo, de qua in ipsa provisione et confectis super ea litteris nulla prorsus mencio habebatur, idem predecessor voluit et apostolica tibi auctoritate

concessit, quod huiusmodi provisio et quecunque inde secuta perinde valeant et robur firmitatis obtineant, ac si, quod eandem maculam patereris, in eisdem literis specialis et expressa mencio facta foret, et tecum fuisset super hoc eciam dispensatum, prout in ipsius predecessoris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nuper nobis pro parte tua peticio continebat, dudum ante provisionem predictam prefatus tuus sinister oculus per medicos, in quorum curam occasione macule huiusmodi te in civitate Parisiensi posueras, sic confractus et concussus extiterit, quod ex eo non vides, tuque super eo, quod in provisione et concessione predictis dictus defectus propter errorem nunciorum tuorum, qui tunc a Romana curia absens eras, non fuit expressus ad plenum, [a]) habeas conscienciam onerosam, fuit nobis pro parte tua humiliter supplicatum, ut providere tibi super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque devocionem et merita tua premissa diligencius attendentes, carissimique fili nostri Karoli Romanorum et Boemie regis illustris, pro te, dilecto secretario suo, ... supplicantis, ac tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et eadem apostolica auctoritate decrevimus, quod dicta provisio de te facta et quecunque inde secuta perinde, quibuscunque apostolicis et aliis constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus, valeant et plenum sorciantur effectum, ac si defectum huiusmodi minime patereris nec illum dicte provisionis tempore passus eciam extitisses . . . . D. Auinione VI id. Januarii a. secundo.

R. Av. 127 fol. 496, R. Vat. 227 fol. 330'. — a) ‚plenam' Av. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1426.

---

174. *Thobias de Bechyn baro regni Bohemiae supplicat, quatenus sibi diversae gratiae et omnibus, qui capellam s. Mariae Magdalenae in oppido suo Kamenicz visitaverint, indulgentiae concedantur.*

Avinione, 1354 Januarii 16.

Supplicat S[ti] V[re] humilis et devotus vester Thobias de Bechyn baro regni Boemie, ambassiator regis Romanorum, quatenus sibi specialem graciam facientes, sibi et aliis viginti personis, quas duxerit nominandas, quod confessor, quem elegerint, possit eis in mortis articulo plenam remissionem peccatorum suorum concedere, indulgere dignemini ut in forma.

Fiat et nominentur in cancellaria G.

Item supplicat, quatinus sibi, quod possit habere altare portatile, in quo in sua et aliorum secum consistencium presencia eciam ante diem per proprium vel alium sacerdotem missarum solempnia celebrari facere valeat, indulgere dignemini ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus, [ut] cum triginta personis possit sepulcrum dominicum visitare et alia loca ultramarina, dignemini misericorditer indulgere.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus, cum ipse foras opidum suum Kamenicz Pragensis dioc. quandam capellam in honore sanctorum Marie Magdalene, cuius vocabulo insignit[a est] ac Marthe, Maximini et Laxari [a]) [ac] X milium martirum fundaverit

et de bonis suis dotaverit canonice et multis venerandis reliquiis et presertim quadam particula mensali cene domini, ipsi Thobie per dominum regem Vngarie donata, eciam decorarit, ita quod ad eam de diversis locis magna confluit multitudo populi, dignemini omnibus dictam capellam in dictorum sanctorum festivitatibus ac in cene domini et parasceve et diebus corporis Christi eis, qui devote visitaverint annuatim, aliquam amplam indulgenciam dignemini elargiri.

Fiat de uno anno et XL diebus G.

Item supplicat, quatenus dignemini benigne concedere, quod possit eligere sibi confessorem eciam religiosum, qui eum auctoritate apostolica absolvere ab omnibus peccatis suis valeat usque ad tempora vite sue, quociens fuerit oportunum, ut in forma.

Fiat in forma G.

Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XVII kal. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 11. — a) Corrige: ‚Lazari'.

---

175. *Thobiae*[a]) *de Bechyn domino oppidi de Kamenicz*[b]) *indulgetur, ut altare portatile habere possit. „Sincere devocionis" „Auinione XVII kal. Februarii a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Januarii 16.*

R. Av. 128 fol. 608, R. Vat. 226 fol. 282. — a) ‚Thebie' Av. b) ‚Kamennicz' Av.

---

176. *Eidem indulgetur, ut missam ante diem celebrari facere possit. „Sincere devocionis" „Auinione XVII kal. Februarii a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Januarii 16.*

R. Av. 127 fol. 499', R. Vat. 227 fol. 334.

---

177. *Capellam s. Mariae Magdalenae prope oppidum Kamenicz sub conditionibus in nr. 174 expressis visitantibus annuatim unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie" „Auinione XVII kal. Februarii a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Januarii 16.*

R. Av. 126 fol. 411', R. Vat. 226 fol. 162'.

---

178. *Thobiae de Bechyn licentia eligendi confessorem conceditur. „Benigno" „Auinione XVII kal. Februarii a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Januarii 16.*

R. Av. 126 fol. 411, R. Vat. 226 fol. 162.

179. *Henricus Thobiae de Bechyn supplicat, quatenus sibi et uxori suae diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1354 Januarii 16.

Supplicat S^{ti} V^{re} humilis et devotus servitor vester Henricus Thobie de Becheyn baronis regni Boehemie [a]), ambaxiator[is] regis Romanorum, quatinus sibi specialem graciam facientes, sibi et Winczeze, uxori sue, et aliis quatuor personis in cancellaria vestra exprimendis, quod confessor, quem elegerint, possit eis in mortis articulo plenariam remissionem suorum peccatorum concedere, indulgere dignemini, ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus sibi, quod cum duodecim personis possit sepulcrum dominicum et alia loca ultramarina visitare, dignemini misericorditer indulgere.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus sibi dignemini benigne concedere, quod possit eligere confessorem eciam religiosum, qui eum auctoritate apostolica ab omnibus peccatis suis absolvere valeat usque ad tempus vite sue, quociens fuerit oportunum, ut in forma.

Fiat in forma usque ad decennium. G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XVII kal. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 8'. — a) Corrige: ‚Bohemie'.

---

180. *Henrico Thobiae de Bechyn,* [a]) *militi Pragensis dioc. licentia eligendi confessorem conceditur. „Benigno" „Auinione XVII kal. Februarii a. secundo".*

. *X* . *Avinione, 1354 Januarii 16.*

R. Av. 127 fol. 499, R. Vat 227 fol. 334. — a) ‚Becheyn' Av.

---

181. *Gerhardus filius Henrici comitis de Schwarzburg* [a]), *clericus Maguntinae dioc., pro quo etiam Caroli Romanorum et Bohemiae regis litteris fuit supplicatum, supplicat, quatenus sibi canonicatus ecclesiae Herbipolensis concedatur, praebenda vero cum dignitate, personatu vel officio reservetur, non obstante, quod canonicatum in ecclesia Nuemburgensi absque praebenda obtinet. „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D.* [b]) *Auinione XVII kal. Februarii a. secundo."*

Avinione, 1354 Januarii 16.

R. Suppl. 25 fol. 11'. a) ‚Schwarczburg', Suppl. b) Datum suppletum ex supplicatione praecedente.

---

182. Carolus Romanorum rex rogatur, quatenus de pecunia decimae triennalis regni Bohemiae unius anni portionem pro necessitatibus ecclesiae reservatam Johanni Paduano assignari faciat.

Avinione, 1354 Januarii 20.

Carissimo in Christo f. Karolo regi Romanorum illustri salutem etc. Credimus, fili carissime, ad tuam iam devenisse notitiam, qualiter terras ecclesie Romane in partibus Italie constitutas pro magna parte tirannorum occupavit ambitio,[a]) et qualiter tiranni iidem abstinere nescientes a vetitis, non solum restituere occupatas[b]) contumaciter contradicunt, imo, quod detestabilius est, ad occupandas residuas sine intermissione laborant. Ad quorum conatus iniquos et pravos elidendos[c]) et compescendam malitiam intendentes, post spiritualem gladium, quem exemimus in virtute domini contra illos, certum equitum et peditum armatorum numerum ad ecclesie memorate stipendia duximus conducendum de gratia divina sperantes et de beati Petri apostolorum principis, cuius causam et negotium gerimus, confidentes, quod tirannis eisdem ac aliis quibuscumque rebellibus et persecutoribus eiusdem ecclesie sub ipsius potenti dextera humiliatis et domitis eiusdem apostolorum principis reintegrabitur et resarcietur hereditas ausibus manibusque sacrilegis lacessita. Sed quoniam camera nostra propter ipsius attenuacionem reddituum, quam huiusmodi occupacio et sterilitas temporum induxerunt, ac expensarum onera, que[d]) confluencium undique agendorum varietas exigit, in huiusmodi assumpti negocii prosecucione importabiliter quodam modo fatigatur, necessario cogimur vias et modos exquirere, quibus eiusdem negocii prosecucio ad optate consumacionis exitum perducatur. Et[e]) ideo necessitate huiusmodi suadente[f]) serenitatem tuam, cui, nisi obsisteret impossibilitas, libenter[g]) deferre in hac parte vellemus, attente ac[h]) fiducialiter deprecamur, quatenus de pecunia decime[i]) triennalis regni tui Boemie, quam pie memorie Clemens papa VI predecessor noster tibi concessit[1]) et de qua unius anni porcionem eidem ecclesie pro incumbentibus ei necessitatibus explicandis commodius reservavit, que iam collecta est, mandes et facias d. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, assignari et tradi debitam porcionem. Quod[k]) ita nobis erit acceptum et placitum, sicut de tuo proprio erario nobis in tam urgentis necessitatis articulo subvenires. D. Auinione XIII kal. Februarii a. secundo.[l])

R. Vat. 236 fol. 13, R. Vat. 244 C (Archet.) nr. 111. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 288 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 782 nr. 246. — Sequentes lectionis varietates ad Archet. solum pertinent: a) Sequitur: ‚et qualiter ad occupand. nec ignorare te credimus‘, sed cancellatum est. b) Sequitur: ‚contempnunt imo‘, sed cancell. c) ‚elidendos‘ in marg. adscriptum. Sequentia: ‚in virtute et comprimendam effrenem ipsorum‘ cancellata sunt. d) Sequitur: ‚negotiorum emergentium varietas‘, sed cancellatum est. e) Praecedit: ‚sic‘, sed cancellatum est. f) ‚huiusmodi suadente‘ supra lineam corr. pro ‚cogente‘ genuine scripto sed cancellato. g) Sequitur: ‚ades [se] in hac parte‘, sed cancellatum est. h) Sequitur: ‚affectuose ro[gamus]‘, sed cancellatum est. i) Sequitur: ‚quam tibi cern[itur]‘, sed cancellatum est. k) Sequitur: ‚eo gratius nobis erit, quo[d] ita n[obis]‘, sed cancellatum est. l) Genuine ‚primo‘ scriptum erat, sed hoc cancellato scriptor statim ‚secundo‘ posuit. — 1) Conf. Mon. Vat. I nr. 1447. — In tergo minutae: ‚XIII kal. Februarii a. secundo. Rj‘.

183. Johanni Paduano mandatur, quatenus negotium decimae apud regem Romanorum procuret et pecuniam ad cameram apostolicam pertinentem abbati monasterii s. Nicolai in Litore de Venetiis mittat.

Avinione, 1354 Januarii 20.

D. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc. apostolice sedis nuncio salutem etc. Noveris, quod carissimo in Christo f. nostro Karolo regi Romanorum illustri scribimus per alias literas nostras, quarum copiam mittimus tibi presentibus interclusas et quas unacum istis . . lator presencium tibi defert. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem regi huiusmodi literas nostras, quas, ut premittitur, ei dirigimus, ex parte nostra presentans [a]), cum omnis diligencie studio exaudicionem promoveas earumdem et tam eam, quam inde [b]) recipere te continget, quam omnem aliam pecuniam ad nostram cameram pertinentem, collectam iam per te et colligendam in antea, sublato cuiuslibet more dispendio d. f. Raymundo abbati monasterii s. Nicolai in Litore de Veneciis ordinis s. Benedicti Castellanensis dioc., apostolice sedis nuncio, per mercatores, qui de Boemia frequenter dicuntur ire Venecias, fideliter destinare procures [c]) et sic te geras in hac parte solicite, quod desidiam et negligenciam [d]) redimas, quam molestam nobis utique in huiusmodi missione dilata pecunie commisisti, nec oporteat super hoc remedium aliud adhibere. Nos enim eidem abbati absolvendi et quitandi te de hiis, que sibi assignanda duxeris, plenam concedimus [e]) per alias nostras literas [f]) potestatem. Ceterum volumus, ut de hiis, que in premissis quomodolibet egeris et que dicto abbati assignaveris successive, particulariter et distincte reddas eandem cameram certiorem [g]). D. Auinione XIII kal. Februarii a. secundo.

R. Vat. 236 fol. 14, R. Vat. 244 B (Archet.) nr. 88. — Sequentes lectionis varietates ad Archet. solum pertinent: a) Sequitur: ‚procures', sed cancellatum est. b) ‚inde' supra lineam' adscriptum, cui: ‚inde recipere ab eodem rege' praecedit, sed cancellatum est. c) Supra lineam: ‚adhibitis de securitate' adscriptum, sed cancellatum est. d) Sequitur: ‚omnem preteritam', sed cancellatum est. e) Sequitur: ‚tenore presencium', sed cancellatum est. f) Sequitur: ‚facultatem', sed cancellatum est. g) ‚Cet. vol. ut' supra lineam adscriptum vice: ‚certificaturus cameram ipsam', quod cancellatum est. — In tergo minutae: ‚Rj'.

---

184. Raymundo abbati monasterii s. Nicolai in Litore de Venetiis potestas quitandi Johannem Paduanum de pecuniis assignatis conceditur.

Avinione, 1354 Januarii 20.

Eidem abbati.

Cum d. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, demus per alias nostras litteras in mandatis, ut omnem pecuniam ad cameram nostram pertinentem, collectam et colligendam per eum, tibi fideliter destinare procuret, discrecioni tue absolvendi et quitandi eum de hiis, que tibi assignanda duxerit, plenam concedimus tenore presencium potestatem. Tu ergo certifices sine dilacione cameram ipsam de hiis, que a Johanne memorato receperis successive. D. [Auinione XIII kal. Februarii a secundo.] [a])

R. Vat. 236 fol. 14, R. Vat. 244 B (Archet.) nr. 88/a — a) Suppletum ab editore ,D. ut supra' Vat.

---

185. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus Guilelmo nato Zbynkonis Leporis de dignitate vel personatu in ecclesia Pragensi provideatur.

Avinione, 1354 Januarii 21.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Carolus Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in persona dilecti capellani sui Willelmi nati Sbynconis dicti Leporis, magistri camere sue regalis, canonici Pragensis, specialem graciam facientes, de dignitate vel personatu cum cura vel sine cura, [eciamsi] in ecclesia cathedrali existat, vacante vel vacatura in ecclesia Pragensi, eidem Willelmo digne mini providere cum acceptacione, reservacione, decreto et clausula anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, seu quod in Pragensi, Bambergensi, Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac Melnicensi Pragensis dioc. ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet.

Fiat in ecclesia Bambergensi G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo. . . . .

R. Suppl. 25 fol. 14.

---

186. Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Guilelmo [a]) Zbynkonis [b]) dicti Leporis in ecclesia Bambergensi dignitatem vel personatum cum vel sine cura reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 185. „Dignum arbitramur" „Auinione XII kal. Februarii a. secundo".

X

. X. *Avinione, 1354 Januarii 21.*

R. Av. 127 fol. 426', R. Vat. 227 fol 195. — a) ,Wilhelm.' Av. b) ,Sbynconis' Av. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1052, 1054.

---

187. Arnaldo de Lacaucina decano ecclesiae Tituliensis [a]), apostolicae sedis nuncio, mandatur, quatenus omnem pecuniam ad cameram apostolicam pertinentem Raymundo abbati monasterii s. Nicolai in Litore de Venecciis o. s. Benedicti, apostolicae sedis nuncio, „per mercatores, qui de Boemia Venecias frequenter dicuntur accedere, sine dilacione" transmittat. Auinione XII kal. Februarii a. secundo".

Avinione, 1354 Januarii 21.

R. Vat. 244 B (Archet.) nr. 89. — a) ,Titulensis' Vat.

---

188. Albertus Havránek de Choceniez et Přibek de Lovčicz supplicant, ut sepulchrum dominicum visitare possint.

Avinione, 1354 Januarii 22.

Supplicant S^{ti} V^{re} humiles et devoti Albertus dictus Hawranck de Chocyemicz a) et Pryybek b) de Lowczicz milites Pragensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, quod uterque ipsorum cum una alia persona sepulcrum dominicum et alia ultramarina loca visitare valeant, dignemini misericorditer indulgere.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kalendas Februarii anno secundo.

R. Suppl. 25 fol. 14′ a) Corrige: ‚Chocenicz'. b) Corrige: ‚Przibek'.

---

189. *Thobias de Bechyn supplicat, quatenus unio parochialis ecclesiae in Prostoměřicz et Tasovicz cum monasterio Lucensi confirmetur.*

Avinione, 1354 Januarii 22.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus vester Thobias de Bechijn, dictus de Kamenicz, baro et ambassiator regis Romanorum et Bohemiae, quatenus incorporaciones et uniones ecclesiarum parochialium in Prosmeritz et in Thaswitz Olomuncensis dioc. spectancium ad presentacionem abbatis et conventus monasterii Lucensis ordinis Premonstratensis predicte dioc. communiter vel divisim et eis per bone memorie Hynkonem, episcopum Olomuncensem, ex consensu tunc pro tempore prepositi archidiaconi et capituli ipsius ecclesie Olomuncensis unitarum et annexarum sub forma et tenore, de quibus docebitur in cancellaria, quos dignemini habere pro expressis, ex certa sciencia eciam contemplacione ipsius ambassiatoris approbare, roborare et confirmare ac omnem defectum, si quis fuit et est in eis, supplere aut de novo unire, non obstantibus quibuscunque constitucionibus in contrarium editis, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Exhibeantur in cancellaria et si racionabiles fuerint, fiat. G. Et sine alia leccione. Fiat. G. D. Auinione XI kal. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 15′.

---

190. *Unio parrochialium ecclesiarum de Tasovicz a) et Prostoměřicz b) cum monasterio Lucensi confirmatur. „Hiis, que ad sustentacionem" „Auinione XI kal. Februarii a. secundo".*

=
X
.X.

Auinione, 1354 Januarii 22.

R. Av. 127 fol. 513′, R. Vat. 227 fol. 345. — Ed. apud Brandl, Cod. dipl. Mor. VIII nr. 256 ex orig. archivii monasterii Lucensis in archivio march. Moraviae. — a) ‚Tossawicz' Av. b) ‚Prosmericz'.

---

191. *Nicolaus praepositus et Conradus prior monasterii s. Mariae in Rudnicz supplicant pro se et pro fratribus, quatenus ipsis in mortis articulo remissio peccatorum concedatur.*

Avinione, 1354 Januarii 22.

Supplicant S^{ti} V^{re} devoti oratores vestri Nicolaus prepositus et Conradus prior monasterii s. Marie in Rudnicz ordinis s. Augustini canonicorum regularium Pragensis dioc. pro se et pro fratribus conventualibus, qui nunc sunt, quatenus ipsis plenissimam remissionem peccatorum concedere dignemini semel in articulo mortis in forma solita et consueta.

Fiat de sex, qui nominentur in cancellaria G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Februarii a secundo.

R. S. 25 fol. 15'.

---

192. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus personis infrascriptis remissio peccatorum in mortis articulo et mansionariis chori s. Mariae in ecclesia Pragensi diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1354 Januarii 22.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus dilectis suis Wenczeslao fratri suo germano et eius uxori, Kazimiro duci Tessinensi, eius uxori, Wladislao nato eiusdem ducis et Purchardo comiti ac purgravio Magdeburgensi, magistro curie sue regalis, et eius uxori plenam remissionem suorum omnium peccatorum in mortis articulo dignemini indulgere cum clausulis ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus, cum redditus et proventus precentorie mansionariorum chori s. Marie virginis in ecclesia Pragensi per ipsum regem dudum fundate et eciam dotate sint aliquantulum tenues et exiles, dignemini ad hoc, ut precentor eiusdem chori, qui aliud beneficium ecclesiasticum cum eadem precentoria, ordinacione et constitucione in prima ipsius precentorie fundacione factis et per sedem apostolicam confirmatis obstantibus, eciam dispensative obtinere non potest, divinis ibidem officiis diligencius insistere possit et valeat, unam ex prebendis [ecclesie] Wissegradensis prope Pragam etc. (!)

Non fuit signata, sed fuit posita pro declaracione subsequentis.[a])

Item supplicat, quatenus, cum ipse in supradicto choro beate Marie de novo fundaverit et erexerit tria altaria de consensu tamen archiepiscopi et capituli ecclesie Pragensis pro sue suorumque progenitorum ac eciam pro duarum iam defunctarum Romanorum et Boemie reginarum, consortum suarum, animarum salute dictisque precentori et mansionariis pro ipsis altaribus et certis anniversariis ibidem perpetuo peragendis de novo in dotem quandam villam seu certos perpetuos annuos redditus, prout per literas eiusdem regis et archiepiscopi ac capituli predictorum super hoc confectas plenius constat, assignavit, dignemini fundacionem, ereccionem, dotacionem et assignacionem huiusmodi auctoritate apostolica ex certa sciencia ratas et gratas habere et confirmare, supplentes ex certa sciencia omnem defectum, si quis intervenerit in eisdem, cum ceteris clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus permutacionem per ipsum regem cum precentore et mansionariis supradictis — ipsorum et suorum beneficiorum, que ibidem obtinent, utilitate — de certis terris, villis et possessionibus magis vicinis et utilibus precentori et mansionariis prefatis per eundem regem de novo assignatis pro aliis villis, terris et possessionibus, que magis distabant, prius eisdem assignatis, que[b]) ipsis precentori et mansionariis minus utiles existebant, de licencia ac consensu archiepiscopi et capituli supradictorum, prout per literas ipsius regis ac archiepiscopi et capituli predictorum super hoc confectas plenius constat, ex certa sciencia ratam et gratam dignemini habere et confirmare, cum clausulis etc.

Exhibeantur in cancellaria litere permutacionis huiusmodi et alia, et si racionabiles fuerint, confirmentur G.

Item supplicat, quatenus dilecto capellano commensali et familiari suo Stiborio Wentzeslai de Borecz precentori mansionariorum chori beate Marie predictorum, de canonicatu ecclesie etc. (!)

Non fuit signata.[a])

Item supplicat, quatenus eidem Stiborio precentori confessorem, qui ipsum in mortis articulo ab omnibus peccatis confessis et contritis auctoritate apostolica . . . . absolvere valeat, nec non eidem Stiborio et Wlaste eius matri ac Paulo ipsius fratri plenam remissionem suorum omnium peccatorum . . . . in mortis articulo dignemini elargiri.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione XI kal. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 18'. — a) Haec verba in marg. dext. reperiuntur. — b) ‚qui' Suppl.

---

193. *Venceslao[a]) nato Johannis regis Bohemiae et Johannae eius uxori indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione XI kal. Februarii a. secundo".*

V̄.
.X. *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 128 fol. 617', R. Vat. 226 fol. 289'. — a) ‚Wenezeslao' Av.

---

194. *Wladislao nato Kazimiri ducis Tessinensis indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XI kal. Februarii a. secundo".*

≡
.X. *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 128 fol. 575, R. Vat. 227 fol. 325.

---

195. *Fundatio trium altarium in choro ecclesiae b. Mariae virginis in ecclesia Pragensi a Carolo Romanorum et Bohemiae rege facta confirmatur. „His que animarum" „Auinione XI kal. Februarii a. secundo".*

X
. X . *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 127 fol. 508, R. Vat. 227 fol. 340'. — Ed. apud Dobner, Mon. hist. Boh. III pag. 359 ex orig. archivii capituli Prag.

---

196. *Carolus IV Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus in die allationis reliquiarum in Alamannia acquisitarum Pragam et in anniversario eiusdem diei indulgentiae concedantur.*

Avinione, 1354 Januarii 22.

Sanctissime pater et domine reverendissime! Nuper nobis hiis diebus proxime transactis per Alamannie partes transeuntibus, dum ad certa loca religiosorum et venerabilium monasteriorum et ecclesiarum aliarum causa devocionis et oracionis faciende accessissemus, ad instanciam precum nostrarum infrascripte reliquie sanctorum, primo videlicet pars tunice domini inconsutilis, item de veste purpurea domini, qua indutus fuit per Pylatum, item de alba veste domini, qua fuit illusus ab Herode, item de pannis domini, quibus fuit in presepio involutus, item de alio panno, quo fuit in presepio coopertus, item de presepio domini, item de sudario domini, item de duobus cyngulis s. Marie, item de lacte eiusdem, item de capite s. Bartholomei apostoli, item de capite s. Gregorii pape magni, item de capite et brachium s. Edalrici [a]) episcopi Augustensis, item de capitibus ss. Patricii et Metelli martirum et pontificum, item caput et alie reliquie s. Othmari abbatis, item de capite s. Sixti pape et martiris, item caput s. Hilarie martiris, regine Cipri, matris s. Affre, item caput s. Dionisii episcopi Angrensis, fratris s. Hilarie, item caput et de corpore s. Vrbani pape, martiris, item mandibula et de corpore s. Florencii episcopi Argentinensis, item de capite ac magna costa s. Marci evangeliste, item de corpore s. Lazari, quem deus a mortuis resuscitavit, item corpora ss. Sergi et Bachii martirum, item corpora s. Januarii et sociorum eius, item brachium et plures reliquie s. Conradi episcopi Constanciensis, item integra scapula cum cute s. Pelagii martiris, item de brachio s. Prothasii martiris, item reliquie ss. Innocencium, item reliquie s. Colmani martiris, item reliquie s. Gehardi [b]) episcopi Constanciensis, item reliquie s. Thiebaldi confessoris, item reliquie ss. Gordiani et Epimachi martirum et nonnulle alie nobis donate fuerunt, que eisdem ecclesiis et locis per divine memorie Romanorum reges, predecessores nostros, largite sunt, prout ipsorum patentes litere attestantur, et per Romanos pontifices existunt approbate. Quas quarumque partes ex fervore devocionis intime, quam ad eosdem sanctos gerimus et gerere cupimus, quousque advixerimus, in futurum ad ecclesiam Pragensem firmiter proponimus transmittere, ut in ipsorum piis intercessionibus et suffragiis multiplicatis regni nostri Boemie populi fideles hic in terris confisi, ab eis in sanctis suis Christus dominus iugiter veneretur. Eapropter S^ti^ V^re^ supplicamus humiliter et devote, quatenus intuitu precum nostrarum de benignitate sedis apostolice aliquas indulgencias et pecca-

torum remissiones populis fidelibus in die alacionis ipsarum reliquiarum et in anniversario diei eiusdem singulis annis inibi concurrentibus graciose dignemini elargiri, facturi nobis in eo graciam specialem. Personam vestram sanctissimam sanam et incolumen conservare dignetur altissimus cum dierum felicitate longeva regimini ecclesie sue sancte. D. Spire XXIII die mensis Novembris regnorum nostrorum a. octavo.

Sanctissime pater et domine pertimende, in premissis supplico exaudiri propter deum.

Fiat de anno et XL diebus G. D. Auinione XI kal. Februarii a. secundo.

S^tis V^re devotus filius Karolus, dei gracia Romanorum rex semper Augustus et Boemie rex.

R. Suppl. 25 fol. 21. — a) Corrige: ‚Odalrici'. b) Corrige: ‚Gebhardi'.

---

197. *Omnibus, qui ecclesiam Pragensem in die allationis reliquiarum a Carolo Romanorum et Bohemiae rege „a nonnullis ecclesiarum et monasteriorum prelatis, capitulis atque conventibus aliisque personis ecclesiasticis, in quorum ecclesiis seu monasteriis in diversis Alamanie partibus existebant“, acquisitarum et in anniversario eiusdem diei visitaverint, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne gloriae“ „Auinione XI kal. Februarii a. secundo“.*

LX. *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 126 fol. 442', R. Vat. 226 fol. 185'. — Orig. in archivio capituli Pragensis, copia in archivio Musei regni Bohemiae.

---

198. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus unio ecclesiae in Kostomlat cum monasterio Montis s. Mariae in Glacz confirmetur et quatenus Stephano de Uherčicz ac Nicolao de Cremsir de canonicatibus provideatur.*

Avinione, 1354 Januarii 22.

Supplicat S^ti V^re devotus orator vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatenus cum ecclesia etc. (!)

Item supplicat, quatenus unionem . . . monasterii Montis s. Marie in Glacz . . . . de parrochiali ecclesia in Costomlat . . . . dignemini . . . . confirmare . . . .

Exhibeatur in cancellaria et si canonica fuerit, confirmetur G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Stephani quondam Johannis de Uhrzitycz iurisperiti, perpetui vicarii sui in ecclesia Pragensi, specialem graciam facientes, de canonicatu ipsius ecclesie cum reservacione prebende, acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri aliisque clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus eidem Stephano dignemini providere, non obstante, quod in dicta ecclesia canonicatum auctoritate capituli et quandam

perpetuam vicariam et unum altare noscitur obtinere, que omnia paratus est dimittere, cum vigore presentis gracie unam prebendam aut dignitatem, personatum vel officium fuerit assecutus.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam Nicolai de Chremsyer plebani ecclesie in Luca Olomucensis dioc., prothonotarii sui, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Olomucensis cum reservacione prebende, si in ecclesia ipsa vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacabunt, acceptacione etc. ut supra eidem Nicolao dignemini providere, non obstante, quod dictam ecclesiam in Luca et in s. Petri in Brunna, de quibus litigat, et in s. Mauricii in Chremsier ecclesiis dicte dioc. canonicatus et prebendas noscitur obtinere.

Fiat G. Item quatenus examen predictorum committatur ad partes. Fiat G. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G.[a])

D. Auinione XI kal. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 21'. — [a]) In marg. sin.: ‚Extra remissio examinis'.

---

199. *Innocentius VI confirmat litteras Arnesti archiepiscopi Pragensis de dato „apud ecclesiam nostram Pragensem . . . . a. d. MCCC quinquagesimo secundo die XX mensis Decembris“,* [1]) *quibus parochialis ecclesia in Kostomlat* [a]) *Pragensis dioc. monasterio Montis s. Mariae in Glacz* [b]) *cum omnibus bonis et iuribus incorporatur, annexionem praedictam ratam et gratam habens. „Hiis que pro ecclesiarum“ „Auinione XI kal. Februarii a. secundo“.*

| X . X . *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 126 fol. 574, R. Vat. 226 fol. 266' — Ed. apud Volkmer u. Hohaus, Geschichtsquellen der Grafschaft Glatz I pag. 149 ex orig. archivii paroch. Glacensis sub falso dato: „VI kal. Februarii“. Conf. nr. 198, ubi etiam: „XI kal. Februarii“. — [a]) ‚Kostomalt'. Av. [b]) ‚Galcz' Av. — [1]) Litterae Arnesti archiepiscopi Prag. sub dato: „a. D. millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo die vicesima prima mensis Marcii“ ed. apud Volkmer u. Hohaus I pag. 134. Conf. Mon. Vat. I nr. 1475, ubi fundatio monasterii s. Mariae in Glacz 1352 Apr. 24 confirmatur. Vide etiam litteras confirmatorias Caroli IV de dato 1352 Febr. 5 editas apud Volkmer und Hohaus I pag. 130.

---

200. *Decano ecclesiae Vissegradensis prope Pragam mandatur, quatenus Stephano Johannis de Uherčicz* [a]) *de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 198. „Dignum arbitramur“ „Auinione XI kal. Februarii a. secundo.“*

X . X . *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 126 fol. 292', R. Vat. 225 fol. 199'. — [a]) ‚Vhrzicyez' Av.

---

201. *Nicolao de Cremsir* [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 198. „Laudabile testimonium“ „Auinione XI kal. Februarii a. secundo.“ — In e. m. abbati Sedlicensis* [b]) *et praeposito Rajgradensis* [c]) *monasteriorum Pragensis et Olomucensis dioe. ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X̿ . *Avinione, 1354 Januarii 22.*

R. Av. 126 fol. 293, R. Vat. 225 fol. 200. — a) ‚Chremsier‘ Av. b) ‚Cedlicensis‘ Av. c) ‚Reygradensis‘ Av.

---

202. *Visitatio Johannis episcopi Olomucensis per Petrum plebanum in Kozlan.*

1354 Januarii 27.

Die XXVII Januarii [MCCCLIV] [a]) dominus Johannes episcopus Olomucensis pro uno biennio proxime nunc transacto per dominum Petrum plebanum in Coslano Pragensis dioc., procuratorem suum etc., sedem apostolicam visitavit.

Obl. et Sol. 30 fol. 164. — a) Suppletum ex folio praecedente. — In marg. dext. ‚Io. pa‘.

---

203. *Innocentius papa VI Carolum* [a]) *regem Romanorum consolatur super obitu Balduini* [b]) *archiepiscopi Treverensis, patrui eius. „Anticipantibus“ „Auinione VII id. Februarii a. secundo“.*

Avinione, 1354 Februarii 7.

R. Vat. 236 fol. 18. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 291 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 782 nr. 248. — a) ‚Karol.‘ Vat. b) Baldwin‘ Vat.

---

204. *Innocentius remittit ad Carolum regem Romanorum Guilelmum de Lestkov, qui ei litteras eiusdem regis praesentavit.*

Avinione, 1354 Februarii 12.

Carissimo in Christo filio Karolo regi Romanorum illustri salutem etc. Magnitudinis tue literas presentatas nobis per . . . . Willelmum de Leskau familiarem et nuncium tuum, latorem presencium, et ipsum quoque nuncium consideracione tua benigne recepimus et tam hiis, que continebantur in eisdem literis, quam eis, que prefatus nuncius prudenter et provide reseravit, diligenti consideracione pensatis et super eis habita cum fratribus nostris deliberacione matura, super illis per eundem Willelmum tibi respondendum duximus, sicut ab ipso plenius audies viva voce, vota tua, que sicut princeps catholicus et amicus modestie libenter honestati et decencie vis esse conformia, in omnibus, quantum cum deo poterimus, favoribus apostolicis prosequi disponentes. D. Auinione II id. Februarii a. secundo.

R. Vat. 236 fol. 26. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 293 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 782 nr. 250.

---

205. *Procurator Nicolai praepositi monasterii Rudnicensis supplicat, quatenus monasterium remaneat liberum a solutione expensarum pro lite, quam Johannes Pragensis et Hynko Berka dicti monasterii canonici regulares contra eundem praepositum gerunt.*

Avinione, 1354 Februarii 13.

Exponit S[ti] V[re] procurator . . . . domini Nicolai prepositi monasterii Rudnicensis ordinis s. Augustini Pragensis dioc., quod fratres Johannes Pragensis et Hinco dictus Berka dicti monasterii canonici regulares a multis annis et citra vitam ducentes dissolutam et de parentum suorum confisi potencia prelatos dicti monasterii multipliciter afflixerunt et tandem, ut obediencie iugum evitarent et apostacionis colorem acquirerent, ad sedem apostolicam accedentes . . . domino Clementi pape VI suggesserunt falso et mendaciter, quod prefatus dominus prepositus fuisset et in Cartusiensi et s. Benedicti ordinibus prius professus et postmodum in preposituram dicti monasterii intrusus minus canonice, et quod bona dicti monasterii dilapidasset, regulam, constituciones et statuta dicti monasterii inmutasset et fratres ipsius monasterii ab hora prandii usque ad horam vesperarum inclusisset et aliquos captivasset et incarcerasset et alia quam plurima mendacia contra eundem dominum prepositum confixerunt et propter que premissa fecerunt excludentes, petiverunt sibi expensas ad litem a dicto monasterio ministrari, et predictus dominus Clemens papa propter eorundem Johannis et Hinconis importunitatem nimiam dictas causas reverendo patri domino Thome Fastolf, nunc episcopo Menenensi, tunc auditori causarum vestri sacri palacii commisit audiendas et decidendas cum emergentibus, dependentibus et connexis, prout in commissione lacius continetur, dictoque domino Thoma in Menenensem episcopum consecrato dicta V[ra] S[tas] ven. virum dominum Oliverium de Cerzeto dicti palacii causarum auditorem eidem domino Thome in prefatis causis subrogavit, dictusque dominus Oliverius equitate et iusticia inspectis prefatum prepositum ab instancia iudicii in dictis causis absolvit, et ven. dominus Symon de Sudbirio dicti palacii causarum auditor, pretendens se auditor[em] ad instanciam dictorum Johannis et Hinconis super quibusdam appellacionibus in dictis causis, ut dicitur, interpositis et in negocio principali deputatum, [a]) dictam absolutionem, asserens factam contra suam inhibicionem, de facto revocavit et partem dicti prepositi compellere nititur ad contestandum litem super libello per prefatos Johannem et Hinconem oblato, propter que ab eodem domino Symone extitit ad sedem apostolicam bene et legitime appellatum et huiusmodi appellacionum cause domino Bernardo Fulconis dicti palacii causarum auditori sunt commisse. Cum autem, pater sanctissime, verisimile sit, quod prefati fratres actores dictas causas moverunt, ut a dicto monasterio possint habere expensas pro se et ad litem supradictam et occasionem divagandi indampnabili libertate, supplicatur eidem S[ti] V[re], quatenus dignemini concedere graciose, ut eo casu, quo fuerit procedendum in causis supradictis in principali, quod procedatur sine eo, quod eis-

dem fratribus actoribus non decernantur expense nec pro se nec pro lite supradicta, sed quod dictus prepositus et monasterium supradictum remaneant immunes et liberi ab solucione seu prestacione expensarum pro personis dictorum fratrum et aliorum pro lite supradicta seu occasione premissorum.

Auditor faciat iusticiam G. D. Auinione id. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 34'. — a) ,deputatus' Suppl.

---

206. *Guilelmus de Lestkov supplicat, quatenus in locis ecclesiastico suppositis interdicto missas audire et tempore generalis interdicti divinis interesse valeat.*

Avinione, 1354 Februarii 13.

Supplicat Sti Vre devotus servitor vester Wilhelmus de Leskau, nuncius .... Karoli Romanorum et Boemie regis ad Stem predictam destinatus, quatenus sibi, quod in locis per processus apostolicos contra Bavarum et suos complices et fautores aut alias habitos et habendos seu per apostolicas vel provinciales aut synodales constituciones sive alias de iure communi vel aliter quomodocunque ecclesiastico suppositis interdicto, que nominatim et expresse non sunt nunciata publice interdicta, et in quibus non cessetur eciam a divinis, licet forsan ipse de huiusmodi interdicto noticiam aut suspicionem vel credulitatem habeat, missas et alia divina officia audire et cum personis eciam generaliter excommunicatis, de quibus ei non constat, quod sint ex nomine excommunicate publice nunciate, licite et impune eciam in divinis participare valeat, dignemini misericorditer indulgere.

Fiat, dum tamen non sit notorium, loca esse interdicta et personas excommunicatas G.

Item supplicat, quatenus sibi, ut in quibuscunque locis tempore generalis interdicti possit cum clericis tam secularibus quam religiosis clausis ianuis celebrantibus interesse divinis.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione id. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 35'.

---

207. *Guilelmo*a) *de Lestkov*b) *indulgetur, ut in locis ecclesiastico interdicto suppositis missas et alia divina audire et cum personis generaliter excommunicatis in divinis participare valeat. „Devocionis tue" „Auinione id. Februarii a. secundo."*

X
. *X* .

Avinione, 1354 Februarii 13.

R. Av. 126 fol. 436, R. Vat. 226 fol. 180'. — a) ,Wilhelmo' Av. b) Leskav' Av.

---

208. *Guilelmo* [a]) *de Lestkov* [b]) *indulgetur, ut in locis generali interdicto suppositis clausis tamen ianuis cum quibuscunque clericis divinis interesse possit.* „*Devocionis tue*“ „*Auinione id. Februarii a. secundo*“.

V
X. *Avinione, 1354 Februarii 13.*

R. Av. 126 fol. 436, R. Vat. 226 fol. 180'. — a) ‚Wilhelmo‘ Av. b) ‚Leskav‘ Av.

---

209. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus pro veneratione reliquiarum imperialium per Alamanniam et Bohemiam festum instituatur et indulgentiae concedantur.*

Avinione, 1354 Februarii 13.

Significat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quod, cum ipse habeat sub sua custodia, prout sui predecessores, Romanorum reges seu imperatores, habere consueverunt, sacratissimam lanceam, qua salvatoris nostri latus sanctissimum extitit perforatum et unum clavum, cum quo preciosissimum corpus eiusdem salvatoris nostri cruci fuit affixum, qui clavus et lancea tanquam prestantissime reliquie ac preciosissimus thesaurus Romani imperii reliquie imperiales vulgariter appellantur et consueverunt et debent per imperatorem seu regem Romanorum, qui est pro tempore, conservari et reverentissime custodiri, et ad eas magna habetur devocio et confluxus eciam populorum, propter que ipse rex gerit in votis, ut de predictis lancea et clavo tam pro eorum veneracione maiori quam pro Romani imperii favore et honore precipuo celebre festum per Alamanniam et Boemiam peragatur, eidem S[ti] supplicat cum reverencia, quanta potest, quatenus per apostolica scripta dignemini statuere et mandare, quod de dictis lancea et clavis quinta feria post octavam resurrectionis dominice festum sub lancee et clavorum vocabulo per totam Alamanniam et Boemiam imperpetuum celebretur, concedentes de speciali gracia, quod per prelatos et alios pagine divine peritos, quos idem rex ad hoc duxerit eligendos, pro dicto festo proprium officium ordinetur. Et ut cuncti fideles ad reliquiarum predictarum devocionem fervencius animentur, omnibus et singulis Christi fidelibus, qui ecclesiam seu capellam, in qua dicti lancea et clavus fuerint, in die dicti festi devote visitaverint, tres annos et tres quadragenas, et illis, qui in dicti festi singulis horis et missa ubicunque in presencia dicti regis et suorum in regno seu imperio Romanorum successorum interfuerint divinis, pro qualibet ipsarum horarum et missa centum dies de iniunctis eis penitenciis dignemini de speciali gracia relaxare.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione id. Februarii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 35'.

---

210. *De reliquiis imperialibus in supplicatione sub nr. 209 nominatis proprium festum in Alamanniae et Bohemiae partibus sexta feria post octavam resurrectionis dominicae celebrari statuitur et indulgentiae sub conditionibus in nr. 209 expressis conceduntur. „In redemptoris nostri" „Auinione id. Februarii a. secundo". — In e. m. diversis archiepiscopis et episcopis per Alamanniam et Bohemiam constitutis.*

. C C̿. *Avinione, 1354 Februarii 13.*

R. Av. 126 fol. 449', R. Vat. 226 fol. 190'.

---

211. *Archiepiscopis Magdeburgensi, Pragensi, Coloniensi, Treverensi, Salzeburgensi Bremensi, Rigensi eorumque suffraganeis mandatur, quatenus festum in nr. 210 institutum publicare curent et celebrari faciant. „In redemptoris nostri" „Auinione id. Februarii pontificatus nostri a. secundo".*

CII, CII, CII, CII, CII, CII, CII. *Avinione, 1354 Februarii 13.*

R. Av. 126 fol. 553, R. Vat. 226 fol. 255. — Litterae archiepiscopo Pragensi destinatae in orig. in archivio capituli Pragensis; copia in archivio musei regni Bohemiae. Litterae archiepiscopo Maguntino destinatae in reg. Av. 126 fol. 548', reg. Vat. 226 fol 252.

---

212. *Solutio stipendii Raymundo de Lacaucina ad Romanorum et Poloniae reges nec non ad collectorem Bohemiae, Poloniae et Ungariae misso.*

[Avinione], 1354 Februarii 14.

Die XIIII mensis Februarii [a. domini milessimo CCC quinquagesimo quarto indiccione VII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. secundo][a]) soluti fuerunt de mandato domini nostri, oraculo vive vocis michi et domino camerario facto, Raymundo la Cousana[b]) misso per eundem dominum nostrum papam et per cameram de precepto ipsius ad regem Romanorum cum litteris et bullis clausis et appertis et ad collectorem Boemie, Polonie et Vngarie et ad regem Pollonie pro [c]) denaris per ipsum debitis camere ac pro pecuniis dictorum collectorum ad cameram pertinentibus, cambiandis cum mercatoribus Prage et Cracouie et hinc ad cameram aportandis, ipso manualiter recipienti, — CL floreni.

Int. et Exit. (1354) 272 fol. 150. — a) Suppletum ex folio 147. b) Corrige: ,la Causina' (=Lacaucina). c) ,per' Int. — In reg. Vat. 242 fol. 222' Reginaldus electus Palentinus, thesaurarius papae, de solutione praefatorum 150 florenorum auri eidem Raymundo pro expensis ipsius eadem die solutorum quitatur.

---

213. *Helias de Ventodoro, Guilelmus [a]) de Sleyda et Henricus de Sunderland [b]) causa permutationis suorum beneficiorum supplicant, quatenus Henrico praedicto de canonicatu et praebenda ac scholastria ecclesiae s. Gereonis Coloniensis pro-*

videatur, non obstante, quod inter aliis in ecclesia Vissegradensi[c]) *Pragensis dioc. canonicatum et praebendam noscitur obtinere. „Fiat G. Sine alia leccione fiat G. Auinione XV kal. Marcii a. secundo".*

Avinione, 1354 Februarii 15.

R. Suppl. 25 fol. 36. — [a]) ‚Willelmus' Suppl. [b]) ‚Sunderlande' Suppl. [c]) ‚Wischrodensi' Suppl.

---

214. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus Hieronymo Byczenni de Čekov de beneficio ecclesiastico in civitate vel diocesi Pragensi provideatur.*

Avinione, 1354 Februarii 15.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatinus in personam devoti et dilecti sui Jeronimi, nati quondam Byczenni militis de Tziecow, clerici Pragensis dioc., studio iuris canonici in civitate Pragensi insistentis, sibi specialem graciam facientes, de ecclesiastico beneficio cum cura vel sine cura in ecclesia, civitate vel dioc. Pragensi, spectante ad collacionem . . . . archiepiscopi, prepositi, decani et capituli Pragensis communiter vel divisim, vacante vel vacaturo dignemini providere cum reservacione, acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri nec non ceteris clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus; vel in ecclesia Sacensi eiusdem dioc. ut supra.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XV kal. Marcii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 40. — In marg. sin. inferiori: ‚S'.

---

215. *Hieronymo Byczenni de Čekov*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Pragensis*[b]) *vel praepositi et capituli ecclesiae Sacensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Nobilitas generis" „Auinione XV kal. Marcii a. secundo". — In e. m. Pragensis et s. Petri prope Pragam decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X. *Avinione, 1354 Februarii 15.*

R. Av. 128 fol. 247, R. Vat. 226 fol. 2'. — [a]) ‚Tziecow' Av. [b]) ‚Sargensis' Av.

---

216. *Guilelmo Johannis Pauli de Pistoria,*[a]) *canonico Placentino reservatur prioratus ecclesiae s. Andreae de Travazano*[b]) *Placentinae dioc., non obstantibus, quod in Placentina et Pragensi ecclesiis canonicatus et praebendas noscitur obtinere. „Laudabile testimonium" „Auinione XII kal. Marcii a. secundo". — In e. m. episcopo Carpentoratensi et praeposito plebis Pratensis Pistoriensis dioc. ac archidiacono Januensi.*

. X X. *Avinione, 1354 Februarii 18.*

R. Av. 128 fol. 251, R. Vat. 226 fol. 6. — [a]) ‚Pistorio' Av. [b]) ‚Trauazano' Av., ‚Tamazano' Suppl. — In reg. Suppl. 25 fol. 41' de praedicto prioratu motu proprio eidem Guilelmo conferendo nota fit.

---

217. *Carolo regi Romanorum indulgetur ut etiam in altari, circa quod quaedam sacrae reliquiae imperiales fuerint, missa solenniter celebrari valeat.*

. *LX* . *Avinione, 1354 Februarii 28.*

Carissimo in Christo filio Karolo, regi Romanorum illustri salutem etc Eximie tue devocionis . . . . Nuper siquidem pro parte tua nobis exposito,[1]) quod tu inter nonnullas sacras reliquias, imperiales in illis partibus nuncupatas, habes penes te certam partem de ligno sancte crucis, in qua salvator noster dominus noster Jesus Christus pro humani generis redempcione pependit . . . et unum ex clavis, cum quibus eidem cruci fuit affixus, nec non lanceam, cum qua beatissimum latus eius extitit perforatum, nos ad ipsius redemptoris nostri laudem et gloriam tibi, quod in altari, in quo pro tempore reliquie ipse fuerint, certis diebus ac solennitatibus tunc expressis missa cum nota per simplicem sacerdotem, qui tunc mitram pontificalem in capite suo teneret, solenniter valeret perpetuo celebrari, auctoritate apostolica per nostras certi tenoris litteras duximus indulgendum, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut postmodum nobis exhibita tua peticio continebat, prefate reliquie tante sint, quod in altari aliquo decenter et commode includi seu supra illud collocari non possent, nos tuis devotis supplicacionibus inclinati, ut eciam in altari, infra tamen ecclesiam sito, circa quod pro tempore prefate reliquie fuerint, diebus et festivitatibus supradictis missa cum nota per simplicem sacerdotem, qui mitram pontificalem similiter in capite suo teneat, solenniter perpetuo valeat, ut premittitur, celebrari, devocioni tue auctoritate predicta tenore presencium indulgemus . . . D. Auinione II kal. Marcii a. secundo.

R. Av. 126 fol. 442, R. Vat. 226 fol. 185. — [1]) Conf. nr. 209.

---

218. *Bambergensi, Vratislaviensi et Lubucensi episcopis mandatur, quatenus papam de universis circumstantiis Budissinensis ecclesiae in cathedralem erigendae certiorem faciant.*

X
X *Avinione, 1354 Februarii 28.*
. *X* .

Venerabilibus fratribus . . Bambergensi et . . Wratislauiensi ac . . Lubicensi episcopis salutem etc. Significavit nobis . . . . Karolus Romanorum et Boemie rex illustris, quod ipse summe gerit in votis, ut ad divini nominis laudem collegiata ecclesia in villa Budissin Misnensis dioc., in dominio suo regni Boemie in loco ad hoc satis apto et ydoneo consistens, erigatur in cathedralem ecclesiam ac dicta villa civitatis vocabulo decoretur, et quod ipsa ecclesia post ereccionem huiusmodi fiat suffraganea Pragensis ecclesie, que duos suffraganeos noscitur

habere dumtaxat, quodque idem rex mensam episcopalem ipsius ecclesie erigende ac eandem ecclesiam intendit de bonis suis sufficienter dotare ac omnibus, qui ex hoc forsan dampnificarentur, satisfaccionem plenariam exhibere. Quare prefatus rex nobis humiliter supplicavit, ut prefatam collegiatam ecclesiam in cathedralem erigere dictamque villam civitatis insignire vocabulo dignaremur, nos itaque super premissis volentes habere noticiam pleniorem, fraternitati vestre, de qua specialem in domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus super hiis omnibus et singulis ac de valore annuo dotis huiusmodi ac eciam fructuum, redditum et proventuum ipsius collegiate ecclesie, et in quibus redditus dotis huiusmodi assignande consistant, et si absque gravi preiudicio Misnensis et aliarum ecclesiarum eidem circumadiacencium vel alicuius ipsarum et quanta qualisque diocesis eidem ecclesie, si eam in cathedralem erigi contigerit, assignari, et an episcopus, qui inibi esset pro tempore, de huiusmodi fructibus, redditibus et proventibus decenter pontificalis dignitatis statum tenere et canonici in ecclesia ipsa et persone ecclesiastice ac servitores alii ad divinum ibidem officium oportuni creandi et instituendi sustentari, et quot canonici, persone ac servitores huiusmodi creari et institui seu ordinari congrue possint, et nichilominus de aliis circumstanciis universis in hiis attendendis vos diligenter et plenarie informetis et, quecumque super hiis inveneritis, nobis per literas vestris sigillis munitas, harum seriem continentes, fideliter intimetis, ut vestra in hac parte relacione instructi, quod in premissis agendum fuerit, securius agere valeamus, quod, si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. D. Auinione II kal. Marcii a. secundo.

R. Av. 126 fol. 438', R. Vat. 226 fol. 182'.

---

219. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Petro nato nobilis viri Petri de Janovicz,*[a] *magistri curiae Annae Romanorum et Bohemiae reginae, clerico Pragensis dioc., ad supplicationem ipsius reginae de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur“ „Auinione VI non. Marcii a. secundo“.*

X
. X . *Avinione, 1354 Martii 2.*

R. Av. 126 fol. 297, R. Vat. 225 fol. 203'. — a) ‚Janowitz‘ Av.

---

220. *Sazemae de Usk conceditur, ut dignitatem vel personatum seu officium in ecclesia Pragensi acceptare valeat.*

V
. X . *Avinione, 1354 Martii 6.*

D. f. Sazeme de Vsk nato quondam Sazeme de Vsk, canonico Pragensi, salutem etc. Nobilitas generis . . . . Nuper siquidem volentes tibi graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Pragensis . . . . apostolica tibi auctoritate contu-

limus et de illo eciam duximus providendum,[1]) prebendam vero ipsius ecclesie nec non dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura ad collacionem . . . . archiepiscopi Pragensis et . . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis pertinentem seu pertinens, eciam si in eadem ecclesia foret, si que vel si qui aut si qua tunc vacabant vel cum simul aut successive vacarent, ... conferendas, conferendos seu conferenda tibi . . . . donacioni apostolice reservavimus. . . . . Cum itaque, sicut peticio tua nuper nobis exhibita continebat, tu per dictas literas non nisi prebendam et dignitatem vel personatum seu officium huiusmodi ad archiepiscopi, prepositi, decani et capituli predictorum collacionem . . . . communiter spectantes seu spectancia dumtaxat acceptare et de illis tibi provideri facere possis, nos intendentes tibi . . . . consideracione . . . . Karoli Romanorum et Boemie regis illustris, pro te, capellano suo, . . . supplicantis, graciam facere ampliorem, ipsius regis ac tuis supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, ut tu dignitatem vel personatum seu officium huiusmodi ad archiepiscopi, prepositi, decani et capituli predictorum collacionem . . . . eciam divisim pertinentem seu pertinens vigore et a data presencium literarum perinde acceptare dictique executores tibi de illa vel illo providere libere ac licite valeatis, ac si in ipsis litteris de premissis omnibus et singulis plena et expressa mencio facta foret, non obstantibus omnibus, que in dictis litteris voluimus[a]) non obstare . . . . D. Auinione II non. Marcii a. secundo.

R. Av. 126 fol. 432', R. Vat. 226 fol. 178. — a) ‚volumus' Vat. — [1]) Nr. 83.

---

221. Guilelmo[a]) de Sleyda confertur perpetua capellania in ecclesia s. Martini Leodiensi, non obstantibus, quod in Coloniensi cum praepositura et in Vissegradensi ecclesia Pragensis dioc. canonicatus et praebendas noscitur obtinere. „Apostolice sedis" „Auinione XVII kal. Aprilis a. secundo". — In e. m. Maioris et s. Andreae Coloniensis ac Bunnensis Coloniensis dioc. ecclesiarum decanis.

Avinione, 1354 Martii 16.

. X X .

R. Av. 128 fol. 134, R. Vat. 225 fol. 299'. — a) ‚Wilhelmo' Av.

---

222. Stephanus dux, frater germanus regis Ungariae supplicat, quatenus capellano suo Johanni Erenreich[a]) de Znoima[b]) de canonicatu et praebenda in ecclesia Posoniensi Strigoniensis dioc., in qua olim vigore litterarum Clementis papae VI in canonicum fuit receptus,[1]) provideatur, non obstante, quod pauperem parrochialem ecclesiam s. Laurentii extra muros Posonienses dictae dioc. obtinet. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Aprilis a. secundo".

Avinione, 1354 Martii 22.

R. Suppl. 25 fol. 62'. — a) ‚Erenrici' Suppl. — b) ‚Znoyma' Suppl. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1326.

223. *Johanni Erenreich de Znoima providetur de canonicatu ecclesiae Posoniensis Strigoniensis dioc. sub expectatione praebendae, non obstantibus, ut in supplicatione sub nr. 222 „Suffragancia tibi probitatis". „Auinione XI kal. Aprilis a. secundo". — In e. m. episcopo Vesprimensi, sacristae Avinionensi ac officiali Olomucensi.*

. X X . *Avinione, 1354 Martii 22.*

R. Av. 126 fol. 303, R. Vat. 225 fol. 209'. — Ed. apud Theiner, Mon. Hung. II pag. 17.

---

224. *Herbipolensi et Spirensi episcopis conceditur ad supplicationem Caroli Romanorum et Bohemiae regis facultas absolvendi Albertum ducem Bavariae ab omnibus sententiis, quas occasione processuum contra Ludovicum de Bavaria a sede apostolica habitorum incurrit. „Romanus pontifex" „Auinione II kal. Aprilis a. secundo".*

. C . *Avinione, 1354 Martii 31.*

R. Av. 126 fol. 445, R. Vat. 226 fol. 188. — Ed. apud Lünig, Reichs-Arch. XIX pag. 79, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 508 nr. 40.

---

225. *Spirensi et Herbipolensi episcopis mandatur, quatenus ad supplicationem Caroli Romanorum et Bohemiae regis cum Alberto duce Bavariae, postquam unitati ecclesiae reconciliatus extiterit, et Margareta nata Ludovici ducis Legnicensis* [a]) *ipsius regis consanguinea super matrimonio iam contracto dispensent. „Exhibita nobis" „Auinione II kal. Aprilis a. secundo".*

X
. X . *Avinione, 1354 Martii 31.*

R. Av. 126 fol. 445, R. Vat. 226 fol. 187'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 554. — a) ‚Litgnicensis' Av.

---

226. *Preczlaus episcopus Vratislaviensis supplicat, quatenus provisiones Jacobo Heinczconis militis de Pogarella de scholastria et Andreae de Raslavicz de cantoria ecclesiae Vratislaviensis factae confirmentur.*

Avinione, 1354 Aprilis 6.

Supplicat S[ti] V[re] Preczlaus episcopus Wratislauiensis, sacre aule Romani imperii cancellarius, quatinus collacionem seu provisionem de scolastria ecclesie Wratislauiensis vacante per mortem Henrici de Janouicz olim scolastici dicte ecclesie, qui extra Romanam curiam diem suum clausit extremum, auctoritate ordinaria factas Jacobo nato Heynczconis militis de Pogorella, canonico prebendato in dicta ecclesia Wratislauiensi, studenti in iure canonico, dignemini auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmare omnemque supplere defectum

vel eidem de novo providere de illa, non obstantibus quibuscunque reservacionibus specialibus, seu quod idem Jacobus canonicatum et prebendam in ecclesia Glogouiensi Wratislauiensis dioc. noscitur obtinere, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat, nisi fuerit alteri ius quesitum G. [1])

Item supplicat, quatenus acceptacionem et provisionem Andree de Raslauicz, canonici et officialis Wratislauiensis de cantoria dicte ecclesie Wratislauiensis vacante per mortem Hanconis de Culpen olim cantoris eiusdem ecclesie, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, factas auctoritate literarum .... Clementis pape VI, [2]) predecessoris S^ti^ V^re^ infra duos menses, infra quos revocatio graciarum dicti predecessoris per eandem S^tem^ publicata non poterat ad partes Wratislauiensis dioc. verisimiliter pervenire, ratas et gratas habere dignemini et auctoritate apostolica confirmare et supplere defectum, non obstantibus revocacione predicta et quibuscunque specialibus reservacionibus, vel eidem de illa providere de novo, non obstante, quod canonicatum cum prebenda in dicta Wratislauiensi ecclesia noscitur obtinere, cum aliis clausulis et non obstantibus et executoribus ut supra.

Fiat, si tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi revocationes ignorabat et non fuerit alteri ius quesitum G. Sine alia leccione et cum examinis commissione ad partes. Fiat G.

D. Auinione VIII id. Aprilis a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 76. — [1]) In marg. dext.: „pro camera". [2]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1516, 1517.

---

227. *Andreae de Raslavicz, [a]) qui vigore quarundam litterarum Clementis pape VI, per quas dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura in ecclesia Vratislaviensi expectabat, [1]) cantoriam eiusdem ecclesiae acceptavit et de illa sibi obtinuit provideri, conceditur sub conditionibus in supplicatione sub nr. 226 expressis, ut acceptatio et provisio praedictae valeant. „Honestas morum" „Auinione VIII id. Aprilis a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Aprilis 6.*

R. Av. 126 fol. 476', R. Vat. 226 fol. 207'. — a) ‚Raslauicz' Av. — [1]) Mon. Vat. I nr. 1517.

---

228. *Bolko dux Silesiae et dominus in Münsterberg supplicat, quatenus sibi diversae gratiae concedantur et Nicolao Ponekow de canonicatu et praebenda ecclesiae Vratislaviensis provideatur.*

Avinione, 1354 Aprilis 15.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus vester Bolko dux Slesie et dominus in Munsterbergh, quatenus sibi et eius uxori, quod divina coram se celebrari facere et audire valeant, concedere dignemini ut in forma.

Fiat G.

Item quatinus sibi et dicte eius uxori ac viginti personis in cancellaria nominandis semel dumtaxat in mortis articulo concedere dignemini plenissimam remissionem peccatorum.

Fiat et de X personis G.

Item quod idem cum quadraginta personis sacrum sepulcrum dominicum et alia sacra loca ultramarina absque incursione alicuius sentencie licite valeat visitare, sibi concedere dignemini graciose.

Fiat G.

Item quatenus dilecto suo Nicolao Ponekow clerico Misnensis dioc. de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, si vacant ad presens vel quam primum simul aut successive vacaverint, dignemini in forma solita providere, non obstante, quod perpetuam vicariam altaris sanctorum Felicis et Adaucti in ecclesia s. Georgi in Munsterbergh Wratislauiensis dioc. noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine examine et alia leccione. Fiat G.

D. Auinione XVII kal. Maii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 86'.

229. *Nicolao Ponekow providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 228. „Laudabilia tue probitatis" „Auinione XVII kal. Maii a. secundo". — In e. m. s. Mariae in Arena et s. Vincencii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Avinione, 1354 Aprilis 15.*

R. Av. 126 fol. 401. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

230. *Mathias comes de Trenčin supplicat, quatenus sibi diversae gratiae concedantur et Jacobo de Kunzendorf beneficium ecclesiasticum in ecclesia Vratislaviensi reservetur.*

Avinione, 1354 Aprilis 15.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Mathias comes de Trentz, miles Pragensis dioc., quatenus sibi et ipsius uxori ac sex personis aliis in vestra cancellaria exprimendis de speciali gracia dignemini indulgere, ut confessor, quem quilibet ipsorum duxerit eligendum, semel tantum in mortis articulo eis omnium peccatorum suorum impendere valeat plenissimam remissionem, ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Jacobi de Cuncindorf clerici Wratislauiensis dioc. specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem . . . . episcopi

et capituli Wratislauiensis, si quod vacat in ecclesia Wratislauiensi ad presens aut cum vacaverit, eidem Jacobo conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat. G.

Item quatenus dignemini indulgere, ut idem comes sibi possit divina officia facere celebrari et audire, ut in forma.

Fiat G.

D. Auinione XVII kal. Maii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 91'.

---

231. *Jacobo de Kunzendorf* [a]) *clerico Vratislaviensis dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum“ „Auinione XVII kal. Maii a. secundo“. — In e. m. episcopo Lubucensi et praeposito Lubucensis ac archidiacono Benesensis Verdensis ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1354 Aprilis 15.*

R. Av. 128 fol. 262, R. Vat. 226 fol. 16. — a) ‚Cinicindorf‘ Av. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

232. *Paulus episcopus Gurcensis supplicat, quatenus Ulrico Schoff familiari suo de praepositura ecclesiae Posoniensis Strigoniensis dioc., quae Guilelmo electo Constantinopolitano ad biennium concessa fuit in commendam, provideatur, non obstante, quod in Maiori et s. Egidii ecclesiis Vratislaviensibus canonicatus obtinet et praebendas. „Commenda, que facta fuerat patriarche, fuit ex certis causis prorogata“ „Auinione XVI kal. Maii a. secundo“.*

Avinione, 1354 Aprilis 16.

R. Suppl. 25 fol. 91'. — Haec littera cancellata est. In marg. sin.: „Sic est responsio, nec debebat registrari, sed per errorem fuit registrata.“

---

233. *Petrus Werkmeister* [a]) *de Nisa supplicat, quatenus sibi de beneficio cum vel sine cura, si vacat vel cum vacaverit, in diocesi Vratislaviensi provideatur. „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XVI kal. Maii a. secundo.“*

Avinione, 1354 Aprilis 16.

R. Suppl. 25 fol. 82'. — a) ‚Werkemeister‘ Suppl.

---

234. *Petro Werkmeister [a]) de Nisa subdiacono Vratislaviensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum obtinenti, reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum“ „Auinione XVI kal. Maii a. secundo“. — In e. m. praeposito Lubucensis et cantori Vratislaviensis ecclesiarum ac officiali Avinionensi.*

Avinione, 1354 Aprilis 16.

. X X .

R. Av. 128 fol. 259', R. Vat. 226 fol. 13'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297. — a) ‚Werkemeister' Av.

---

235. *Paulus episcopus Gurcensis supplicat, quatenus Johanni Johannis de Jägerndorf [a]) clerico Vratislaviensis dioc., sui germani filio, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis cum reservatione praebendae provideatur. „Fiat in ecclesia Strigoniensi G. Et quod transeat sine examine, et quod [committere] dignemini ad partes, et alia leccione. Fiat et comittatur examen G. D. Auinione XVI kal. Maii a. secundo.“*

Avinione, 1354 Aprilis 16.

R. Suppl. 25 fol. 91'. — a) ‚Jegerdorf' Suppl.

---

236. *Ulricus dominus de Nova Domo supplicat, quatenus sibi et uxori suae absolutio in mortis articulo concedatur et quatenus usurarii, qui possessiones eius in pignore tenent ad restitutionem earundem compellantur et quatenus personis infrascriptis de canonicatibus ac praebendis provideatur.*

Avinione, 1354 Aprilis 24.

Supplicat S[ti] V[re] Vlricus dominus de Nouadomo Pragensis dioc., baro regni Boemie, vester ac s. matris ecclesie miles devotus, quatenus sibi et Clare eius uxori eligendi confessorem idoneum, qui in articulo mortis eos ab omnibus ipsorum peccatis apostolica auctoritate absolvere valeat, concedere dignemini licenciam, ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus, cum in Pragensi et Olomucensi civitatibus et diocesibus sint nonnulli barones, nobiles, milites et laici, quorum prorsus nomina ignorat, qui ab ipso et filiis suis multa extorserunt et extorquere nituntur per usurariam pravitatem, receptis ab eis castris, fortaliciis, villis et locis aliis ac terris et possessionibus in pignore, ex quibus fructus, redditus et proventus ac iura perceperunt hactenus et percipere non desistunt, dare dignemini de speciali gracia archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi et eorum cuilibet in mandatis, quatenus dictos usurarios, ut sua sorte contenti pignora ipsa et quicquid per eos et eorum quemlibet receptum inde extitit ultra sortem, restituere compellat auctoritate apostolica, ut in forma.

Fiat in forma G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti capellani sui commensalis Jacobi Lupi de Caplitz, presbyteri Pragensis dioc., specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Olomucensis dignemini providere, prebendam vero ad collacionem . . . . episcopi, prepositi, decani et capituli ipsius ecclesie pertinentem seu pertinens (!) communiter vel divisim conferendam eidem Jacobo donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod parochialem ecclesiam in Straz Pragensis dioc. obtinet, quam paratus est dimittere, postquam dignitatis, personatus seu officii pacificam possessionem fuerit vigore presencium assecutus. Et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti notarii sui ac familiaris continui commensalis Michaelis Conradi de Pomerio, clerici Pragensis dioc., consimilem graciam facientes, de canonicatu ecclesie s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. cum reservacione prebende ibidem dignemini providere, cum omnibus clausulis oportunis ut supra.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 94'.

---

237. Jacobo Lupi de Caplicz providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 236. „Probitatis et virtutum" „Auinione VIII kal. Maii a. secundo". — In e. m. archiepiscopo Pragensi et praeposito monasterii Cunicensis Olomucensis dioc. ac sacristae ecclesiae Avinionensis.

| = . X X . *Avinione, 1354 Aprilis 24.*

R. Av. 126 fol. 313', R. Vat. 225 fol. 218.

---

238. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Michaeli Conradi de Pomoerio [a]) de canonicatu ecclesiae s. Petri in Brunna sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VIII kal. Maii a. secundo".

X . X . *Avinione, 1354 Aprilis 24.*

R. Av. 126 fol. 314', R. Vat. 225 fol. 219. — a) ‚Pomerio' Av.

---

239. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus fundatio monasteriorum ordinis heremitarum s. Augustini in oppido Crummav et in Nova civitate Pragensi et in civitate Vratislaviensi confirmetur.

Avinione, 1354 Aprilis 24.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus, cum nobilis vir Czencho de Lippa baro regni Boemie causa devocionis proposuerit et intendat de bonis sibi a deo collatis fundare et edificare de novo ad laudem dei in opido suo seu villa murata Crummaw nuncupato Olomucensis dioc. quendam locum fratrum heremitarum ordinis s. Augustini cum ecclesia seu oratorio ac cimiterio, campanili et campanis et aliis necessariis officinis et ad hoc eciam diocesani accedat assensus, dignemini eidem nobili faciendi premissa dictisque fratribus recipiendi locum predictum et in eo eciam construi faciendi omnia supradicta, non obstante constitucione felicis recordacionis Bonifacii pape VIII, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis licenciam elargiri.

Fiat, prius dotatis competenter et quod locus sit talis, quod valeant ibi vivere etc. et sine preiudicio cuiuscunque. Fiat et alias in forma G.[1])

Item supplicat, quatenus, cum ipse rex predictis fratribus certum locum et territorium assignaverit in civitate Nova Pragensi pro uno monasterio monialium ordinis heremitarum et regule s. Augustini, que sub cura et [secundum] instituta dictorum fratrum vivere et ipsis fratribus esse immediate subiecte debeant, ibidem de novo construendo, dignemini ipsis fratribus recipiendi dictum locum ipsumque cum ecclesia seu oratorio ac cimiterio, campanili, campanis et aliis necessariis edificandi et construendi, presertim cum ad hoc diocesani accedat assensus, licenciam elargiri, cum non obstantibus et clausulis etc.

Fiat ut supra G.

Item supplicat, quatenus, cum fratres dicti ordinis auctoritate literarum felicis recordacionis Johannis XXII quendam locum receperint ad usum eorum in civitate Wratislauiensi, ipsumque locum cum ecclesia, cimiterio, campanili et campanis et necessariis officinis ibidem per ipsum regem et clare memorie Annam reginam Romanorum, eius consortem, fundatum, ad hoc eciam diocesani et capituli accedente consensu, qui locus sanctorum Wenceslai, Stanizlai et Dorothee nuncupatur, aliquamdiu possederint, prout possident, dignemini recepcionem, fundacionem et construccionem huismodi ex certa sciencia confirmare et omnem supplere defectum, cum . . . . omnibus non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat, dum tamen sine preiudicio cuiuscunque hoc fuerit factum G.

Et sine alia leccione. Fiat G.

D Auinione VIII kalendas Maii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 96. — [1]) Haec supplicatio etiam in fol. 93' descripta est cum sequente nota in margine: „Attende, quod hic non erat datum.“

---

240. *Priori generali et fratribus ordinis heremitarum s. Augustini licentia recipiendi, Čenkoni de Lipa*[a]) *licentia fundandi et construendi monasterium eiusdem ordinis in Crummav*[b]) *oppido Olomucensis dioc. elargitur. „Sacre vestre religionis“ „Auinione VIII kal. Marcii*[1]) *a. secundo“.*

X̄

. X .

Avinione, 1354 Aprilis 24.

R. Av. 127 fol. 520, R. Vat. 227 fol. 350'. — Ed. apud Dudik, Iter Romanum II pag. 166 et Brandl, Cod. dipl. Mor. VIII pag. 194. — a) ‚Czenchoni de Lippa' Av. b) ‚Crumnaw' Av. ‚Cramnaw' Vat. — 1) Corrige: ‚Maii' ut in supplicatione sub nr. 239.

---

241. *Priori generali et fratribus ordinis heremitarum s. Augustini licentia fundandi et construendi monasterium monialium ordinis s. Augustini in Nova civitate Pragensi in loco a Carolo rege eis donato elargitur, „dummodo locus ipse ad hoc sit congruus et honestus et eidem monasterio prius per dictum regem vel alium dos sufficiens assignetur, qua priorissa et sorores et alie persone ibidem necessarie commode et honeste valeant sustentari" „Sacre vestre religionis" „Auinione VIII kal. Maii a. secundo".*

. XL . *Avinione, 1354 Aprilis 24.*

R. Av. 127 fol. 520', R. Vat. 227 fol. 350'. — Pertinet ad ecclesiam b. Catharinae in Nova Civitate Pragensi; conf. Ekert, Posvátná místa Prahy II. pag. 171.

---

242. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, quatenus fundationem et constructionem monasterii fratrum ordinis heremitarum s. Augustini Vratislaviae auctoritate apostolica confirmet. „Exhibita nobis" „Auinione VIII kal. Maii a. secundo".*

X
. X . *Avinione, 1354 Aprilis 24.*

R. Av. 127 fol. 524, R. Vat. 227 fol. 353'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 554 — Conf. Heyne, Gesch. d. Bisthums Breslau I. pag. 852.

---

243. *Innocentius papa VI scribit Carolo regi Romanorum, se recepisse litteras praesentatas per Guilelmum de Lestkov et ei respondisse.*

Avinione, 1354 Aprilis 24.

Carissimo in Christo filio Karolo regi Romanorum illustri salutem etc. Magnitudinis tue litteras presentatas nobis per d. f. Guillelmum [de] Leskau clericum et familiarem tuum, latorem presencium, et ipsum quoque Guillelmum consideracione tua benigne recepimus et hiis, que continebantur in eisdem litteris seriose perlectis et intellectis eis, que dictus Guillelmus, cuius industriam commendamus et fidem, pro parte tua nobis prudenter et provide reseravit, ad ea tibi per ipsum Guillelmum respondendum duximus, sicut audies plenius ab eodem. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Maii a. secundo.

R. Vat. 236 fol. 77'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 298 et Huber, Reg. Imp VIII pag. 782 nr. 251.

---

244. *Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus fructus et redditus camerae apostolicae reservatos exigat.*

Avinione, 1354 Maii 1.

D. f. Johanni [dicto Paduano decano ecclesie Wissegradensis Pragensis dioc.], apostolice sedis nuncio, salutem etc. Dudum felicis recordacionis Clemens papa VI, predecessor noster, attendens, quod proventus camere apostolice tenues admodum et exiles ad supportandum [a]) . . . . computandum. Postmodum vero nos favente deo ad apicem summi apostolatus assumpti, attendentes camere prefate redditus et proventus faciente preteritorum malicia temporum diminutos ac nobis circa recuperacionem terrarum ecclesie Romane, cui auctore domino presidemus, intendentibus et alias multiplicata incumbere onera intuentes, huiusmodi fructus, redditus et proventus primi anni canonicatuum et prebendarum nec non dignitatum, personatuum, officiorum, administracionum et aliorum beneficiorum ac locorum ecclesiasticorum omnium et singulorum, secularium et regularium ordinum quorumcunque, exemptorum et non exemptorum, cum cura et sine cura, que apud dictam sedem vel alibi ubicunque ad disposicionem sedis ipsius ex speciali vel generali nostra seu quorumcunque predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservacione spectancia tunc vacabant, et que usque ad biennium a fine dicti ultimi biennii prorogacionis et extensionis dicti predecessoris Clementis computandum vacare contingeret, percipiendos sub excepcionibus, modis, formis et condicionibus in reservacione, applicacione ac prorogacionibus et extensionibus predicti Clementis predecessoris superius expressatis ac in supportacionem huiusmodi onerum convertendos auctoritate apostolica duximus reservandos, non obstantibus premissis et constitutionibus contrariis quibuscunque. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus per te ac alium et alios, tot, quot et quociens expedire videris, deputandos, huiusmodi fructus, redditus et proventus canonicatuum et prebendarum nec non dignitatum, personatuum, officiorum, administracionum, beneficiorum et locorum ipsorum reservatorum, ut predicitur, et per nos seu dictum predecessorem Clementem collatorum ac per nos infra biennium conferendorum predictum primi anni huiusmodi civitatis et diocesis ac provincie [Pragensis] pro parte dicte camere petere, exigere ac recipere et ad cameram ipsam transmittere cum integritate procures, contradictores, eciam si pontificali seu quavis alia prefulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo . . . . Nos enim tibi eos, a quibus fructus, redditus et proventus huiusmodi receperis, absolvendi plenarie et quitandi de hiis duntaxat, que recipere te continget, plenam concedimus tenore presencium potestatem. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Maii a. secundo.

Reg. Vat tom. 236 fol. 175 et 177'. — a) ‚ad supportandum — a fine dictorum duorum annorum ultimorum computandum' ut in nr. 1. — Haec littera reconstructa est ex littera Johanni de Castronovo canonico Trecensi destinata et in registris Vat. 236 in fol. 175 plene descripta. Littera ad Johannem Paduanum missa sequentibus tantum verbis ad litteram praecedentem pertinentibus in fol. 177' adnotata est: „Item in e. m. d. f. Johanni dicto Paduano decano ecclesie Wissegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio in regno Boemie.“ Alia littera in eodem modo Arnaldo de Lacaucina canonico Cracoviensi destinata fuit, ad quam sequens adnotatio pertinet: „Dicatur in ista regnorum Polonie et Vngarie pro parte dicte camere etc.“

245. *Guilelmus de Lestkov supplicat, quatenus Alberto Hermanni de Soběticz de beneficio ecclesiae Pragensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1354 Maii 9.

Supplicat S[ti] V[re] devotus servitor vester Willelmus de Leskav, nuncius regis Romanorum, quatenus Alberto nato Hermanni de Sobioticz[a]) subdiacono Pragensi, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem . . . . archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim, si quod eciam in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacabit, dignemini providere cum acceptacione etc. et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. Et committatur examen ipsius ad partes. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 106. — a) Corrige: ‚Sobieticz'.

---

246. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Alberto Hermanni de Soběticz[a]) beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem ecclesiae Pragensis pertinens, reservet, si quod vacat vel cum vacaverit. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo".*

X
. X .

Apud Villamnovam, 1354 Maii 9.

R. Av. 128 fol. 313', R. Vat. 226 fol. 56. — a) ‚Sobieticz' Av.

---

247. *Supplicatio, ut examen Michaelis Conradi de Pomoerio in partibus comittatur.*

Apud Vilamnovum, 1354 Maii 9.

Dignetur S[tas] V[ra] examen Michaelis nati Conradi de Pomerio clerici Pragensis dioc. committere in partibus, cum sit absens.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a secundo.

R. Suppl. 25 fol. 106'.

---

248. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus collatio Ditmaro Tangredi de decanatu ecclesiae Cremsirensis facta et permutatio eiusdem decanatus pro parochiali ecclesia in Nalb confirmetur.*

Apud Villamnovam, 1354 Maii 9.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus collacionem factam per episcopum Olomucensem Ditmaro Tangredi cle-

rico Pataniensis dioc. de decanatu ecclesie s. Mauricii in Cremsir Olomucensis dioc., qui dignitas principalis et curata in eadem ecclesia existit et ad collacionem ipsius episcopi de consuetudine pertinet, tunc vacante per obitum ultimi decani ipsius ecclesie extra Romanam curiam defuncti, nec non permutacionem postmodum factam per dictum Ditmarum de dicto decanatu cum Henrico Reuheri de Brunna pro parrochiali ecclesia in Nelib [1]) dicte Pataniensis dioc., dignemini ex certa sciencia confirmare, non obstantibus quibuscunque reservacionibus specialibus, seu quod dictus Henricus, qui dictum decanatum possidet, in eadem ecclesia Cremsirensi et Olomucensi ecclesiis (!) canonicatus et prebendas et in eadem Olomucensi custodiam, que simplex officium seu beneficium existit, cuiusque racione nec vocem in capitulo nec stallum habet in choro, noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus. Et quod examen ipsius committatur ad partes.

Fiat de novo, nisi alteri fuerit ius quesitum G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam VII id. Maii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 109. — [1]) Nelib = Nalb in Austria Inf.

---

249. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus archiepiscopus Pragensis, dum in pontificalibus cum baculo quandam particulam b. Petri continente celebrabit, indulgentias elargiri valeat. — „Fiat de anno et XL diebus G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo".*

Apud Villamnovam, 1354 Maii 9.

R. Suppl. 25 fol. 110.

---

250. *Archiepiscopo Pragensi et successoribus eius indulgetur, ut quotiescunque cum baculo pastorali particulam baculi b. Petri continente in pontificalibus celebraverint, indulgentias elargiri possint.*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1354 Maii 9*

Ven. fr. . . . . archiepiscopo Pragensi salutem etc. Etsi sanctorum. . . . Cum itaque . . . . Karolus Romanorum et Boemie rex illustris . . . . quandam, sicut ipse nobis significare curavit, particulam baculi pastoralis, quem ipse beatus apostolus a se in suo apostolatu gestatum demum beato Materno legitur tradidisse, per ipsum Karolum magne devocionis zelo ac studio procuratam et habitam ad divini nominis laudem et ipsius apostoli reverenciam et honorem in quodam alio baculo pastorali de novo formando seu fabricando cum magnis et decentibus ornamentis ponere seu poni facere illamque sic positam in Pragensi ecclesia honorifice collocare proposuerit et intendat, nos cupientes, quod erga ipsum apostolum, cuius nos, quamquam immeriti, sumus divina favente clemencia in apostolatus officio successor, tanto fervencius crescat devocio populi,

quanto sibi maiora ex preciosis eius reliquiis conspexerint munera provenire, ac de omnipotentis dei ac beatorum Petri predicti et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, tibi et sucessoribus tuis archiepiscopis Pragensibus, qui pro tempore fuerint, ut quocienscumque te et successores tuos eosdem in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurreccionis, ascensionis et corporis domini nostri Jesu Christi et in penthecosten ac in quatuor principalibus b. Marie virginis et ipsius s. Petri apostoli, nec non sanctorum Viti, Wenceslai ac Adalberti martirum, prefate Pragensis ecclesie patronorum, ac dedicacionis ipsius Pragensis ecclesie festivitatibus in ipsa Pragensi ecclesia missarum solennia cum ipso de novo fabricando baculo pastorali, in quo prefata particula posita, ut premittitur, fuerit et inclusa, in pontificalibus celebrare contigerit, tu et successores ipsi taliter celebrantes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in celebracione seu ecclesia predictis devote presentes extiterint, unum annum et quadraginta dies singulis videlicet dictarum festivitatum diebus, qui in ipsis celebracione seu ecclesia presentes fuerint, ut prefertur, de iniunctis eis penitenciis auctoritate apostolica perpetuo relaxare possitis, tenore presencium indulgemus . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo.

R. Av. 127 fol. 535, R. Vat. 227 fol. 364. — Orig. cum bulla plumbea in filis sericeis rubei et flavi coloris in archivio capituli ecclesiae Pragensis. Copia in diplomatario musaei regni Bohemiae, ubi descriptio. Sub plica ad dext.: ‚$\frac{X}{X}$ Helias^{us}', ad sin.: ‚St.^{us}'. In plica ad sin.: ‚Mar. de Testis'. A tergo supra: ‚R'.

---

251. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus Gotfrido de Lapide capellano suo, custodi ecclesiae Eystetensis de decanatu eiusdem ecclesiae et Johanni de Teymaria clerico et notario suo, canonico ecclesiae Eystetensis, de custodia eiusdem ecclesiae provideatur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo".

Apud Villamnovam, 1354 Mai 9.

R. Suppl. 25 fol. 115'.

---

252. Iudicibus mandatur, quatenus Gotfrido de Lapide capellano Caroli Romanorum et Bohemiae regis decanatum ecclesie Eystetensis vacantem conferant et assignent. „Apud Villam Nouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo"

$\frac{X}{.X.}$ *Apud Villamnovam, 1354 Maii 9.*

R. Av. 126 fol. 116', R. Vat. 225 fol. 85.

---

253. Johanni de Teymaria reservatur custodia ecclesiae Eystetensis. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Maii a. secundo". — In e. m. Bambergensi et Olomucensi episcopis ac sacristae ecclesiae Avinionensis.

. X X . *Apud Villamnovam, 1354 Maii 9.*

R. Av. 126 fol. 161', R. Vat. 225 fol. 115'.

254. *Constitutio Benedicti papae XII de modestia in exigendis procurationibus observanda de registro ipsius transcribitur et confirmatur.* [1]) *„Tenorem quarundam literarum“. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Maii a. secundo.“*

. L X̄ . *Avinione, 1354 Maii 15.*

R. Av. 126 fol. 462' — [1]) Haec constitutio ed. in Mon. Vat. I. nr. 212.

---

255. *Maurus episcopus Corbaviensis quitatur de solutione partis communis servitii Lupi, praedecessoris sui, camerae apostolicae per manus Oleni* [a]) *Pragensis facta. „Auinione die XVII mensis Maii [a. . . . . millesimo CCCLIIII, indiccione VII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. secundo“.]* [b])

Avinione, 1354 Maii 17.

R. Av. 122 fol. 370'. Obl. et Sol. 30 fol. 31. — a) ‚Cleni Av. — b) Suppletum ex folio praecedente. — De eadem solutione per Olenum Pragensem facta in reg. Int. et Exit. (1354) 272 in fol. 14' nota reperitur.

---

256. *„Theodericus dictus de Houcheringa* [1]) *miles in ambaxata domini Romanorum regis pro archiepiscopatu Treuerensi“ ad curiam Romanam specialiter directus supplicat, quatenus consanguineo suo Guilelmo nato Johannis de Berwart militi, clerico Treverensis dioc., de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Leodiensi provideatur. — „Ad istam papa non respondet“. . . . . „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Junii a. secundo“.*

Apud Villamnovam, 1354 Maii 18.

R. Suppl. 25. fol. 120. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 274, ubi Theodericus de Honquerangiis miles Johannis regis Bohemiae reperitur.

---

257. *Visitatio Johannis episcopi Varmiensis pro uno triennio per Simonem de Legnicz procuratorem in Romana curia. „Die [XX mensis Maii a. MCCCLIV]“.* [a])

1354 Maii 20.

Obl. et Sol. 30 fol. 167. — a) Suppletum ex notis praecedentibus. — In marg. dext.: ‚J. pa.‘

---

258. *Wolframo* [a]) *de Pannwicz* [b]) *rectori parochialis ecclesiae s. Mariae in Legnicz indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XII kal. Junii a. secundo“.*

. X̄ . *Apud Villamnovam, 1354 Maii 21.*

R. Av. 128 fol. 620, R. Vat. 226 fol. 291. — a) ‚Wolueramo‘ Av. b) ‚Pannewicz‘, Av.

259. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus visitantibus capellam vel ecclesiam, ubi pars pepli b. Mariae virginis fuerit, indulgentiae concedantur et quatenus fundatio oratorii in aula imperiali de Ingelheim cum quatuor sacerdotibus Bohemis confirmetur.

Apud Villamnovam, 1354 Maii 30.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quatenus, cum ipse de novo in civitate Treuerensi habuerit terciam quasi partem pepli b. Marie virginis, quod s. Elena cum certa parte reperta in ea mirifice crucis et uno ex clavis, cum quibus salvator noster eidem cruci fuit affixus, et corpore b. Mathie apostoli de Jerusalem ad dictam civitatem Treuerensem, ubi originem habuerat et maritum, [attulit], dignemini omnibus visitantibus ecclesiam seu capellam, in qua dicta tercia pars eiusdem pepli fuerit, aliquam amplam indulgenciam elargiri, scientes, pater sanctissime, quod relique due partes dicti pepli Treuerensis de septennio dumtaxat in septennium ostenduntur, ad quod maxima fidelium confluit multitudo, cum asseratur, quod eandem indulgenciam consequuntur ibidem, que visitantibus interulam eiusdem domine nostre Aquisgranis existentem dicitur esse concessa.

Fiat de tribus annis et tribus quadragenis de septennio in septennium, quando ostendetur, ut supra G.

Item supplicat dictus rex, quatenus, cum ipse in villa Ingelnheim Maguntine dioc., in qua recolende memorie Karolus Magnus Romanorum imperator orthodoxe fidei gladium triumphalem ab angelo dicitur accepisse, quidam gladius cum sacris reliquiis, que imperiales vocantur, cum veneracione maxima custoditur, ad honorem dei et b. Wenceslai martiris et commemoracionem Karoli Magni et gladii predictorum quoddam oratorium videlicet in aula imperiali dicti loci Ingelnheim, in quo quatuor sacerdotes Boemi ordinis s. Augustini domino perpetuo famulentur, canonice fundaverit et sufficienter dotaverit, pro sustentacione dictorum quatuor canonicorum, qui subesse debent abbati monasterii b. Karoli Nove civitatis Pragensis, dignemini fundacionem et dotacionem predictas et confirmacionem ac ipsius oratorii et quatuor canonicorum inde secutas et factas per archiepiscopum Maguntinum, loci ordinarium, ex certa sciencia confirmare omnemque supplere defectum, si quis intervenerit in predictis, de apostolice plenitudine potestatis, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Exhibeantur in cancellaria et, si racionabilia fuerint, confirmentur G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Junii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 133.

---

260. Omnibus, qui visitaverint capellam vel ecclesiam, in qua Carolus Romanorum et Bohemiae rex partem pepli b. Mariae virginis, „quod per s. Elenam ad civitatem Trevereusem . . . . allatum fuisse . . . . dicitur“, collocaverit, cum eam de septennio in septennium ostendi contigerit, indulgentiae ut in supplicatione

sub nr. 259 conceduntur. „Dum precelsa“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Junii a. secundo“.

. X̄̄ . *Apud Villamnovam, 1354 Maii 30.*

R. Av. 126 fol. 534, R. Vat. 226 fol. 243. — Orig. in archivio capituli ecclesiae Pragensis, copia in diplomatario musaei regni Bohemiae.

---

263. Supplicationes Burchardi burggravii Magdeburgensis, Zbynkonis Leporis de Hasenburg, Nicolai de Curia Regnicz et Conradi Zufraz pro diversis gratiis.

Apud Villamnovam, 1354 Maii 30.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus et humilis servitor vester Purghardus burggravius Magdeburgensis, magister curie domini regis Romanorum, quatenus sibi, quod possit etc. (!)

Item supplicat eidem S^ti^ humilis orator vester Swinco dictus Lepus de Hasemburg miles, domini Romanorum et Boemie regis camerarius et secretarius, quatenus sibi concedere dignemini, quod possit eligere confessorem eciam religiosum, qui ipsum auctoritate apostolica absolvere valeat, quociens oportunum fuerit, ut in forma.

Fiat in forma G.

. . . .

Item supplicat dicte S^ti^ devotus orator vester Conradus Zufraz de Teymar clericus Herbipolensis dioc., quatenus, cum S^tas^ V^ra^ nuper Johanni Zufraz de Teymar canonico Eystetensi de custodia dicte Eystetensis ecclesie, que certo modo sperabatur vacare, duxerit seu mandaverit provideri, et propterea parrochialis ecclesia sanctorum Jacobi et Martini in Weiczmeron [1]) Bambergensis dioc., de qua dictus Johannes in Romana curia litigat, quamprimum idem Johannes possessionem dicte custodie pacifice fuerit assecutus, vacare speretur, dignemini dictum Conradum in omni iure, quod eidem Johanni in dicta parrochiali ecclesia competit, necnon in lite predicta subrogare ipsumque ius sibi conferre vel conferendum reservare, cum premisso vel alio quovis modo vacabit, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus et cum expressione status cause predicte et cum commissione examinis ad partes.

Fiat G.

Item supplicat dicte S^ti^ Nicolaus de Curia Regnitz clericus Bambergensis dioc., subnotarius regalis cancellarie, [quatenus, cum] olim in puerili etate et aliena diocesi existens, per simplicitatem et iuris ignoranciam non obtenta licencia diocesani sui ab altero episcopo clericalem tonsuram et minores ordines receperit et in eis eciam ministraverit, et deinde S^tas^ V^ra^ sibi de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Wratislauiensi graciam fecerit specialem, cum eodem Nicolao, ut in dictis ordinibus ministrare et ad alios ordines promoveri valeat, misericorditer dispensare [dignemini] sibique de uberiori dono gracie concedere, quod predicta gracia de dictis canonicatu et prebenda sibi facta plenum

sorciatur effectum, premisso defectu et aliis non obstantibus quibuscunque, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal Junii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 134. — [1]) ,Weiczmeron' = Veitsbronn in Bavaria (Mittelfranken)?

---

262. *Nobili viro Zbynkoni* [a]) *dicto Lepori de Hasenburg* [b]) *militi Pragensis dioc licentia eligendi confessorem conceditur. „Benigno" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Junii a. secundo".*

. *X* . *Apud Villamnovam, 1354 Maii 30.*

R. Av. 126 fol. 485', R. Vat. 226 fol. 213'. — a) ,Swinconi' Av. b) ,Hasemburg' Av.

---

263. *Petrus Petri clericus Olomucensis dioc. supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Quinqueecclesiensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1354 Junii 2.

Supplicat S[ti] V[re] Petrus Petri clericus Olomucensis, quatenus sibi dignemini providere de canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, vacante per liberam resignacionem factam de ipsis apud sedem apostolicam per Johannem Nicolai, obtinentem eosdem, in manibus . . . . Bernardi s. Eustachii diaconi cardinalis et per ipsum reverendum patrem de mandato S[tis] V[re] vive vocis oraculo sibi facto admissam, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Junii a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 135. — In marg. dext.: „Pro camera".

---

264. *Johanni nato nobilis viri Ottonis* [a]) *burggravii de Wettin* [b]) *providetur de canonicatu ecclesiae Merseburgensis sub expectatione maioris praebendae. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. secundo. — In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et episcopo Valentinensi ac sacristae ecclesiae Avinionensis.*

. *X X* . *Apud Villamnovam, 1354 Junii 10.*

R. Av. 126 fol. 384. — a) ,Octonis' Av. b) ,Wictin' Av.

---

265. *Universi ecclesiarum et terrarum domini necnon civitatum etc. rectores per Alamanniam, Poloniam, Silesiam et alias quascunque partes constituti rogantur,*

quatenus, cum plures beghardi et begine de partibus provinciae Magdeburgensis et Bremensis, Thuringiae et Hassiae timore inquisitorum haereticae pravitatis ad partes ducatus Stetinensis, Silesiae et dioc. Vratislaviensis fugierint, inquisitoribus in partibus illis deputatis bruchio saeculari assistant. „Perduxit ad audienciam" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI. kal. Augusti a. secundo".

Apud Villamnovam, 1354 Julii 27.

R. Vat. 244 C (Archet.) nr. 110. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I. pag. 555.

---

266. *Johannes Nicolai de Policz supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii de Aula Regia pertinente provideatur.*

Apud Villamnovam, 1354 Julii 28.

Supplicat S[ti] V[re] Johannes quondam Nicolai de Policz diaconus Luthomuslensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi graciam specialem facientes, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Aula Regia ordinis Cisterciensis Pragensis dioc., si quod vacat ad presens in diocesi vel extra diocesim vel quamprimum vacare contigerit, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 180'.

---

267. *Johanni Nicolai de Policz reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem monasterii de Aula Regia pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Exigentibus probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti pontificatus nostri a. secundo". — In e. m. episcopo Luthomuslensi et decano Vissegradensis prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1354 Julii 28.*

R. Av. 128 fol. 289', R. Vat. 226 fol. 39.

---

268. *Conradus Antonii de Žernosek supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico in ecclesia Pragensi provideatur.*

Apud Villamnovam, 1354 Julii 28.

Supplicat S[ti] V[re] Cunradus natus quondam Anthonii de Zyrnosiek clericus Pragensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi graciam specialem facientes, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli ecclesie Pragensis, si quod vacat in dicta ecclesia ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 182'.

---

269. Conrado Antonii de Žernosek reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. secundo. — In e. m. praeposito Melnicensis et archidiacono Gradicensis et sacristae Avinionensis ecclesiarum.

Gratis pro deo. Apud Villamnovam, 1354 Julii 28.

R. Av. 128 fol. 290', R. Vat. 226 fol. 39.

---

270. Petrus Radkonis de Melnik supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico in ecclesia Olomucensi provideatur.

Apud Villamnovam, 1354 Julii 28.

Supplicat S[ti] V[re] Petrus quondam Radkonis de Melnik presbyter Pragensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Olomucensis, si quod ad presens in diocesi vel extra diocesim vacat vel [cum] vacaverit, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma dignemini providere.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat. G.
D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. secundo.

R. Suppl. 25 fol. 184.

---

271. Petro Radkonis de Melnik reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Exigentibus probitatis" „Apud Villamnouam Auinio-

nensis dioc. V kal. Augusti. a. secundo." — *In e. m. episcopo Luthomuslensi et sacristae ecclesiae Avinionensis ac officiali Olomucensi.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1354 Julii 28.*

R. Av. 128 fol. 292, R. Vat. 226 fol. 40'.

---

272. *Blasius episcopus Tiniensis inter alios Olenum de Bohemia procuratorem suum in Romana curia constituit et ordinat. „In castro Cheziin Tiniensis dioc. a. . . . . MCCCL quarto, indiccione VII, die penultima mensis Julii, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. secundo."*

„In castro Cheziin", 1354 Julii 30.

Instrum. misc. 1354 Jul 30 nr. 75.

---

273. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Cunoni*[a]) *nato quondam Conradi Cermentil de Hayn presbytero Misnensis dioc. de canonicatu ecclesiae Cicensis*[1]) *Nuemburgensis dioc. sub expectatione maioris praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur". „Apud Villamnouam Auinionensis dioc VII kal. Septembris a. secundo.*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1354 Augusti 26.*

R. Av. 126 fol. 357, R. Vat. 225 fol. 253'. — a) ‚Kunoni' Av — [1]) Zeitz in Prussia distr. Merseburg.

---

274. *Henrico de Schwenz*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Nuemburgensis sub expectatione praebendae. „Laudabilia tue probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis diocesis VII kal. Septembris a. secundo."* — *In e. m. praeposito Luthomericensis*[b]) *et decano Budissinensis*[c]) *Pragensis et Misnensis dioc. ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

I I
. X X . *Apud Villamnovam, 1354 Augusti 26.*

R. Av. 126 fol. 357', R. Vat. 225 fol. 254. — a) ‚Swentz' Av. b) ‚Lutmericz' Av. c) ‚Budesyn' Av.

---

275. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica suae dioc. per visitatores idoneos visitet, eique potestas procurationes recipiendi conceditur.*

Apud Villamnovam, 1354 Septembris 1.

Ven. fr. . . archiepiscopo [Pragensi] et dd. ff. vicario eius in spiritualibus ac . . officiali [Pragensi] salutem etc. Licet venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis indicat sacrorum auctoritas canonum inter cetera visitacionis officium, ut subditos eis clerum et populum reficiant pabulo verbi dei et in eis corrigenda corrigant, indirecta dirigant, reformanda[a] reforment et reservata eis ministrent ecclesiastica sacramenta, quia tamen propter dierum maliciam et pericula temporum, que peccatis exigentibus invalescunt, nonnulli ex archiepiscopis ac episcopis ipsis pro ecclesiarum commissarum eis tuicione vel recuperacione iurium ab ecclesiis ipsis abesse compulsi sunt et compelluntur inviti, quidam vero in propriis ecclesiis residentes propter guerras, quibus eorum aut vicine dioceses agitantur, eorum civitates exire formidarunt eciam et formidant, et alii iustis impedimentis diversis aliique[b] pariter huiusmodi malicia dierum et temporum prepediti in aliis necessario ecclesiarum suarum negociis occupantur, huiusmodi visitacionis officium, sicut moleste percepimus, fere ubique diu siluit atque silet. Quod nos anxie cogitantes ac dignum et congruum arbitrantes, ut dicti archiepiscopi et episcopi onera incumbencia eis, que soli portare nequeunt, mandata celestia exequendo cum aliis parcientes, huiusmodi visitationis officium viris timoratis et potentibus opere et sermone committant salubriter exequendum; ac ex debito apostolice servitutis, que indicit ecclesiarum omnium generaliter nobis curam, cupientes sic te, frater archiepiscope, tuis et ecclesie tue imminere negociis aliis, quod populos tue cure commissos destitui proinde auxilio spiritualis alimonie non contingat, discrecioni vestre de fratrum nostrorum consilio districte precipiendo mandamus, quatinus per aliquam vel aliquas personam seu personas zelum dei eiusque timoris habentes per te, predicte archiepiscope, vel te a civitate et diocesi tuis absente, per vos, filii vicarie et officialis, aut alterum vestrum ad id auctoritate apostolica specialiter deputandam seu eciam deputandas ecclesias et monasteria aliaque loca ecclesiastica nec non capitula, collegia, conventus et personas eorum secularia et regularia civitatis et diocesis [Pragensis] non exempta, in quibus tibi, archiepiscope predicte, competit visitacionis officium de consuetudine vel de iure, semel tantum statim receptis presentibus visitantes, corrigenda corrigatis, reformanda reformetis, indirecta dirigatis et, quecunque emendacionis sarculo indigere cognoveritis, diligenter et solicite expurgetis ac omnia exequamini, que ad visitacionis dinoscuntur officium pertinere, ab ecclesiis, monasteriis, locis, capitulis, collegiis, conventibus et personis eisdem taliter visitatis procuraciones visitanti personaliter archiepiscopo exhiberi solitas iuxta formam constitucionis per felicis recordacionis Benedictum papam XII predecessorem nostrum super hoc edite in pecunia numerata racione visitacionis huiusmodi recepturi. Ut autem persone ipse per vos ad visitacionem huiusmodi, ut premittitur, deputande, minus in ea exequenda graventur, eisdem personis unum, duo aut plura ecclesias, monasteria et loca, capitula, conventus et collegia una et eadem die visitandi et a singulis eorum recipiendi procuraciones exhiberi solitas, ut premittitur[c], archiepiscopo personaliter visitanti, nichil tamen de hiis, que cura huiusmodi visitacionis officii[d]) debent fieri, omittendo, plenam concedimus tenore presencium potestatem, non obstantibus constitucionibus .... Nostre tamen intencionis existit, quod hii, quorum facultates ad integram solucionem huiusmodi procuracionis supportatis aliis one-

ribus consuetis non suppetunt, ultra quod iuxta suarum huiusmodi facultatum exigenciam comode possunt, illi vero, qui de dicta procuracione nichil solvere possunt, super cuiusmodi eorum impotencia vestras consciencias oneramus, ad solvendum aliquid pretextu mandati huiusmodi nullatenus compellantur. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Septembris a. secundo. . . . .

Item in e. m. mutatis mutandis ven. fr. . . episcopo Olomucensi et dilectis filiis . . vicario eius ac . . officiali Olomucensi. . . . .

Item in e. m. ven. fr. . . episcopo Misnensi et dilectis filiis etc.

R. Vat. 236 fol 157' et 159' — a) ‚reformenda' Vat. b) ‚aliisque' Vat. c) ‚premittur' Vat d) ‚officium' Vat. — Hae litterae reconstructae sunt ex litteris archiepiscopo Bisuntino destinatis et in reg. Vat. 236 in fol. 157' plene descriptis. Litterae ad archiepiscopum Pragensem missae sequentibus tantum verbis ad litteras praecedentes pertinentibus in fol. 159' adnotatae sunt: „Item in e. m. ven fr. . . archiepiscopo Pragensi et dilectis filiis etc."

---

276. Carolus Romanorum rex rogatur, quatenus Coloniensi, Maguntino et Treverensi archiepiscopis necnon decano ecclesiae Vissegradensis circa promotionem negotiorum camerae apostolicae auxilium praestet.

Apud Villamnovam, 1354 Septembris 8.

Carissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem etc. Consulta nuper deliberacione providimus venerabiles fratres nostros . . Coloniensem . . Maguntinensem et . . Treuerensem archiepiscopos collectores proventuum ad cameram nostram pertinencium in civitatibus diocesibus et provinciis eorundem usque ad apostolice sedis beneplacitum deputandos. Quocirca serenitatem tuam attente rogamus, quatenus eisdem archiepiscopis et d. f. . . decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, circa promocionem votivam negociorum camere memorate tuum pro reverencia dei et nostre intervencionis obtentu imperciaris et per officiales et ministros impertiri facias efficax auxilium et favorem, ita quod ipsi regio fulti presidio et favore huiusmodi negocia favorabiliter et utiliter exequantur. Ceterum precibus nostris adicimus, ut ad sumptuum onera, quibus presertim circa recuperacionem occupatarum terrarum ecclesie Romane, quam, sicut alias magnitudini tue scripsisse recolimus, a iamdiu assumpsimus et prosequimur incessanter, ultra vires premimur, habens filialis consideracionis aspectum, hiis, quos ad recepcionem decime dudum ab eadem tibi sede concesse deputasti, expresse precipias et iniungas, ut porcionem dictam cameram ex eadem decima contingentem prefato decano cum integritate tradere ac assignare procurent. Quod ita nobis erit acceptum, sicut si nobis in tanta necessitate positis de tuo proprio subvenires. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI id. Septembris a. secundo.

R. Vat. 236 fol. 169'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 309 et Huber, Reg. Imp VIII pag. 783 nr. 256.

---

277. *Judicibus mandatur, quatenus circa Johannem Marquardi de Duban constitutionem Benedicti papae XII super apostatis observari faciant.*

. X / X . *Apud Villamnovam, 1354 Septembris 10.*

Ven. fr. archiepiscopo Nazarensi ac dd. ff. abbati monasterii Opatouicz Pragensis dioc. ac . . archidiacono Syrimiensi in ecclesia Batyensi[a]) salutem etc. Dudum felicis recordacionis Benedictus papa XII, predecessor noster . . . .[1]) Cum autem, sicut Johannes natus quondam Marquardi dictus de Duban, canonicus ecclesie Lutomuslensis Premonstratensis ordinis, ipsum ordinem expresse professus, lator presencium, humiliter nobis exposuit, ipse olim certis ex causis nobis expositis, superioris sui licencia non petita nec obtenta, animi levitate a dictis ecclesia et ordine, habitu regulari et tonsura dimissis, recesserit et vestes deferens seculares incesserit et incedat per seculum evagando, missas et alia divina officia celebrando, nos predicti Johannis, reconciliari deo et eidem ordini suo, ut asserit, cupientis, devotis supplicacionibus inclinati, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos . . . . voluntates, ordinaciones, mandata et concessiones eiusdem predecessoris predicta circa eundem Johannem faciatis auctoritate nostra firmiter observari . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Septembris a. secundo.

R. Av. 127 fol. 566', R. Vat. 227 fol. 390. — a) Corrige: ‚Bacsiensi'. — 1) Circa hanc constitutionem conf. Mon. Vat. I nr. 891.

---

278. *Nota de solutione 30 florenorum cursori cum litteris domini papae ad archiepiscopum Coloniensem et ad collectores Coloniensis et Maguntinensis provinciae nec non Bohemiae et Poloniae misso facta. „Die XII mensis Septembris [a. d. millesimo CCC quinquagesimo quarto"].[a])*

1354, Septembris 12.

Int. et Exit. (1354) 272 fol. 160. — a) Suppletum ex folio 147.

---

279. *Carolus rex Romanorum rogatur, quatenus Bertrandum episcopum Aptensem, pro certis negotiis a Ludovico rege et Johanna regina Siciliae ad regem Romanorum destinatum, benigne recipiat et super negotiis ipsis clementer audiat et exaudiat gratiose. „Cum carissimi" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XIII kal. Octobris a. secundo".*

Apud Villamnovam, 1354 Septembris 19.

R. Vat. 236 fol. 179, R. Vat. 244 (Archet.) B nr. 204. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 313 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 783 nr. 257.

---

280. *Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus pecuniarum et rerum quarumlibet quantitates ad cameram apostolicam spectantes Bertrando episcopo Aptensi tradat.*

Avinione, 1354 Octobris 7.

Innocencius etc. D. f. Johanni dicto Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, salutem etc. Discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes et singulas pecuniarum et rerum aliarum quarumlibet quantitates ad cameram nostram spectantes, penes te existentes, venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Aptensi, qui nuper ad partes illas accessit, sine dilacione qualibet cum integritate tradere et assignare procures certificaturus per publicum instrumentum dictam cameram indilate de hiis, que sibi tradenda duxeris seu eciam assignanda Nos enim eidem episcopo quitandi et absolvendi te de hiis, que a te receperit, plenam concedimus per alias nostras litteras facultatem. D. Auinione non. Octobris pontificatus nostri a. secundo.

R. Vat. 242 fol. 125, R. Vat. 236 fol. 181. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 314 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 783 nr. 258.

---

281. *Bertrando episcopo Aptensi mandatur, quatenus pecunias a Johanne Paduano receptas ad cameram apostolicam deferre procuret, ipsique facultas quitand conceditur.*

Avinione, 1354 Octobris 7.

Innocencius etc. Ven. fr. Bertrando episcopo Aptensi salutem et apostolicam benediccionem. D. f. Johanni dicto Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, damus per alias nostras litteras in mandatis, ut omnes et singulas pecuniarum et rerum aliarum quarumlibet quantitates ad cameram nostram spectantes, penes eum existentes, tibi, nomine dicte camere recipienti, tradat realiter et assignet. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi res et pecunias, quas idem Johannes, ut premittitur, tibi tradet, nomine dicte camere recipias et ad cameram ipsam quam cicius comode poteris, fideliter et tute deferre seu destinare procures; nos enim tibi quitandi et absolvendi prefatum Johannem de hiis, que tibi tradiderit, plenam concedimus tenore presencium facultatem. D. Auinione non Octobris pontificatus nostri a. secundo.

R. Vat. 242 fol. 125, R. Vat. 236 fol. 181.

---

282. *Guidoni episcopo Portuensi indulgetur, ut ecclesias et monasteria in archidiaconatu suo ecclesiae Meldensis visitari facere et procurationes recipere possit. „Quanto Romanam“ „Auinione non. Octobris a. secundo“. — In e. m. archidiacono Pragensis et cantori Meldensis ecclesiarum ac officiali Parisiensi.*

Gratis pro dom. card. *Avinione, 1354 Octobris 7.*

R. Av. 128 fol. 76, R. Vat. 225 fol. 21.

283. Johannes Johannis de Udim supplicat, quatenus sibi parochialis ecclesia in Iglavia reservetur.

Avinione, 1354 Octobris 26.

Supplicat S[ti] V[re] frater Johannes Johannis de Vdym canonicus monasterii Milocensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc., quatenus ei specialem graciam facientes, parrochialem ecclesiam in Yglauia Olomucensis dioc., per canonicos monasterii Siloensis [Premonstratensis] ordinis et Pragensis dioc. predictorum solitam gubernari, que vacare speratur, quamprimum Bernardus de Vdym, quem S[tas] ipsa monasterio Syloensi predicto prefecit noviter in abbatem, dicti monasterii et administracionis bonorum ipsius possessionem fuerit pacificam assecutus, conferendam eidem Johanni, cum premisso vel alio quovis modo preterquam per ipsius Bernardi obitum illam vacare contigerit, eciam si forsan alias fuerit vel sit quomodolibet reservata, dignemini reservare, cum inhibicione, decreto et clausula anteferri ac translacione et omnibus aliis clausulis oportunis et non obstantibus.

Fiat G. Et sine alia leccione, et quod eius examen committatur in partibus cum sit absens. Fiat G.

D. Auinione VII kal. Novembris a. secundo.

R. Suppl. 25, pars II fol. 72. — In marg. sin.: ‚Pro camera'.

---

284. Abbati monasterii Trebecensis Olomucensis dioc. mandatur, quatenus Johanni de Udim [a]) auctoritate apostolica parochialem ecclesiam in Iglavia reservet, et „insuper prefatum Johannem, postquam vigore presencium ipsius ecclesie possessionem fuerit pacifice assecutus, de dicto monasterio Milocensi ad prefatum monasterium Syloense auctoritate transferat antedicta ac faciat ipsum Johannem in eodem monasterio Syloensi in canonicum recipi et in fratrem" — „Dignum arbitramur" „Auinione VII kal. Novembris a. secundo".

X
. X . *Avinione, 1354 Octobris 26.*

R. Av. 128 fol. 393, R. Vat. 226 fol. 116'. — a) ‚Vdym' Av.

---

285. Nicolaus Wirzingi civis Cracoviensis supplicat, quatenus Annae natae ipsius in monasterio sanctimonialium ordinis s. Clarae in Ratibor [a]) Vratislaviensis dioc. „de habitu et prebenda iuxta observanciam regularem" provideatur. „Fiat in forma G." „Auinione V kal. Novembris a. secundo".

Auinione, 1354 Octobris 28.

R. Suppl. 25 pars II fol. 72'. — a) ‚Rathibor' Suppl.

---

286. *Abbatibus monasteriorum de Ruda Vratislaviensis et de Mogila Cracoviensis dioc. ac scholastico ecclesiae Cracoviensis mandatur, quatenus Annam natam Nicolai Wirzingi laici Cracoviensis, puellam litteratam, quae cupit „in monasterio monialium in Rathibor ordinis s. Augustini, secundum instituta et sub cura ordinis fratrum Predicatorum vivencium, Wratislauiensis dioc. . . . . domino famulari", in monacham recipi faciant. „Prudentum virginum" „Auinione V kal. Novembris a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Octobris 28.*

R. Av. 128 fol. 535, R. Vat. 227 fol. 302.

---

287. *Jaroslaus archiepiscopus Gneznenzis supplicat, quatenus Alberto Spitkonis nepoti suo, in iure canonico studenti, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur; „presertim cum eidem Alberto per vestrum predecessorem in eadem ecclesia huiusmodi gracia fuerit facta[1]) [et] per revocationem Stis Vre sit extenuata". — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. Et examen ad partes sit sibi committendum. G." „Auinione V kal. Novembris a. secundo.*

Avinione, 1354 Octobris 28.

R. Suppl. 25 pars II fol. 73. — a) ‚fuerit' — 1) Conf. Mon. Vat. I nr. 1489, 1490.

---

288. *Abbati monasterii s. Vincentii prope civitatem Vratislaviensem mandatur, quatenus Alberto Spitkonis clerico Cracoviensis dioc. de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur", „Auinione V kal. Novembris anno secundo".*

X
. X . *Avinione, 1354 Octobris 28.*

R. Vat. 126 fol. 366', R. Vat. 225 fol. 261'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

289. *Kazimirus Poloniae rex supplicat, quatenus Johanni Czelegii quondam palatini Cracoviensis, studenti in iure canonico et Johanni dicto Suchiwilk decretorum doctori de canonicatibus et praebendis ecclesiae Cracoviensis per mortem Petri de Moravan et Henrici dicti Czopch vacantibus, provideatur, non obstante, quod canonicatus et praebendas in ecclesia Vratislaviensi obtinent. „Fiat, nisi alteri fuerit ius quesitum G." „Auinione V kal. Novembris a. secundo".*

Avinione, 1354 Octobris 28.

R. Suppl. 25 pars II fol. 75.

---

290. *Wolflino Meinhardi et Annae eius uxori, civibus Pragensibus, indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione kal. Novembris a. secundo“.*

Avinione, 1354 Novembris 1.

R. Av. 128 fol. 577, R. Vat. 227 fol. 326.

291. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus magistro Reimboto*[a]) *medico suo thesauraria ecclesiae Wormatiensis tunc vacans conferatur et ei de canonicatu ecclesiae Spirensis sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, quod canonicatum et praebendam ecclesiae Wormatiensis et parochialem ecclesiam in Luna Pragensis dioc. obtinet. „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione, Fiat G.“ „Auinione IIII non. Novembris a. secundo“.*

Avinione, 1354 Novembris 2.

R. Suppl. 25. pars II fol. 78'. — a) ‚Remboto‘ Suppl.

---

292. *Abbati monasterii Trebecensis et praeposito de Říše (Reusch) ac archidiacono Znoimensi mandatur, quatenus audiant et decidant causam inter Voislaum Jacobi rectorem capellae in Spilberg et abbatissam et conventum monasterii s. Mariae in Antiqua Brunna Cisterciensis ordinis super terris, possessionibus, debitis et rebus aliis ad dictam capellam spectantibus ortam. „Conquestus est“ „Auinione non. Novembris pontificatus nostri a. secundo“.*

Avinione, 1354 Novembris 5.

Ed. apud Brandl, Cod. dipl. Mor. VIII pag. 227.

---

293. *Gerhardus natus Henrici comitis de Schwarzburg*[a]), *Caroli Romanorum et Bohemiae regis capellanus domesticus cotidianus, supplicat, quatenus sibi de praepositura Veteris capellae Ratisponensis et de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Bambergensis, „quia preposituram ipsam nullus nisi canonicus ecclesie Bambergensis consuerit habere“, provideatur, „non obstante, quod dictus Gerhardus in Herbipolensi canonicatum et praebendam habeat, in Nuemburgensi canonicatum habeat et praebendam acceptavit et in Argentinensi ecclesiis canonicatum sub expectatione prebendae obtineat“. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.“ „Auinione. VII id. Novembris a. secundo“.*

Avinione, 1354 Novembris 7.

R. Suppl. 25 pars II fol. 84. — a) ‚Swarczburg‘ Suppl. — In marg. dext.: ‚Pro camera‘.

---

294 *Abbatibus monasteriorum in Saalfeld*[a]) *Maguntinae et in Langheim*[b]) *Bambergensis dioc. ac sacristae ecclesiae Avinionensis mandatur, quatenus Gerhardo nato Henrici comitis de Schwarzburg*[c]) *canonicatum ecclesiae Bambergensis nec non praepositurum ecclesiae Veteris Capellae Ratisponensis tunc vacantem conferant, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 293. „Nobilitas generis" „Auinione VII id. Novembris a. secundo.*

X *Avinione, 1354 Novembris 7.*
. X

R. Av. 127 fol. 188, R. Vat. 227 fol. 125. — a) ‚Salued' Av. b) ‚Lengheim' Av. c) ‚Suartzburg' Av.

---

295. *Archiepiscopus Pragensis rogatur, quatenus nunciis, res et bona ab Arnaldo de Lacaucina apostolicae sedis nuntio collecta per suam diocesim deferentibus de securo conductu provideri faciat.*

Avinione, 1354 Novembris 8.

Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi salutem etc. D. f. Arnaldo de Lacaucina scolastico Cracouiensi, apostolice sedis nuncio, damus per alias nostras litteras in mandatis, ut res et bona ad nostram cameram pertinencia, collecta per eum et in antea colligenda, sive in pecunia sive in aliis quibuscunque consistant, ad locum seu villam de Brugis Tornacensis dioc. suis vicibus et temporibus successive transmittat, inde postmodum ad dictam cameram deferenda. Ideoque fraternitatem tuam attente rogamus, quatenus, quociens a dicto Arnaldo fueris requisitus, nunciis res et bona huiusmodi deferentibus per tuam diocesim facias de securo conductu pro nostra et dicte sedis reverencia provideri. D. [Auinione VI id. Novembris a. secundo].[a])

In e. m. . . . .
Item in e. m. . . . . Prezlauo episcopo Wratislauiensi, ...
. . . .
Item in e. m. . . . . Johanni episcopo Olomucensi . . . .
Item in e. m. . . . . Johanni episcopo Lutomislensi . . .

R. Vat. 236 fol. 188', — a) Suppletum ex litt. in reg. praeced.

---

296. *Carolus, rex Romanorum rogatur, quatenus Raymundum de Lacaucina in negotiis suis commendatum habeat.*

Avinione, 1354 Novembris 8.

Carissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem etc. Fiducialiter in nostris negociis magnitudinis tue imploramus auxilium, quod circa utilem promotionem eorum eciam non requisitus favorabilis et benignus impendis. Et ideo cum d. f. Raymundum de Lacaucina, servientem armorum et familiarem nostrum,

latorem presencium, ad d. f. Arnaldum de Lacaucina scolasticum Cracouiensem, apostolice sedis nuncium, pro huiusmodi negociis destinemus, serenitatem tuam attente rogamus, quatinus eundem Raymundum nostre intervencionis obtentu suscipiens commendatum, sibi vel eidem nuncio litteras regias, quibus mediantibus ipsa favorabilius negocia finem recipiant, cum super hoc fueris requisitus, benigne concedas. D. Auinione VI id. Novembris a. secundo.

R. Vat. 236 fol. 189'.

---

297. Archiepiscopo Gneznensi et episcopis Cracoviensi ac Vratislaviensi mandatur, quatenus in Poloniae, Ungariae et Bohemiae regnis contra Tartarorum et Lituanorum gentes, regnum Poloniae invadentes, verbum crucis proponant. „Apostolice solicitudinis" „Auinione IIII id. Novembris a. secundo."

. L . *Avinione, 1354 Novembris 10.*

R. Av. 127 fol 569', R Vat. 227 fol. 392'. — Ed. apud Theiner, Mon. Hung. II pag. 10

---

298. Archiepiscopus Pragensis et episcopi Vratislaviensis ac Olomucensis conservatores abbatis et conventus monasterii Siloensis Praemonstratensis ordinis Pragensis dioc. ad triennium instituuntur. „Militanti ecclesie" „Auinione XV (!) kal. Decembris a. secundo."

X
X
. X *Avinione, 1354 Novembris 17.*

R. Av. 128 fol 562, R. Vat. 227 fol. 317.

---

299. Bernardus abbas monasterii Siloensis supplicat, quatenus sibi et 10 personis indulgentia plenaria in mortis articulo et monasterio suo conservatores concedantur.

Avinione, 1354 Novembris 18.

Supplicat S[ti] V[re] devota creatura vestra Bernhardus abbas monasterii Syltensis[a]) Premonstratensis ordinis Pragensis dioc., quatinus sibi et decem personis nominandis per eum indulgenciam plenariam concedere dignemini semel tantum in mortis articulo ut in forma.

Fiat de quinque G.

Item quatinus pro dicto monasterio, quod a Romana curia plurimum est remotum, conservatores dignemini concedere in forma concilii Viennensis

Fiat ad triennium G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione XIIII (!) kal. Decembris a. secundo.

R. Suppl. 25 pars II fol. 95' — a) Corrige: ‚Syloensis'.

300. *Raymundus de Lacaucina serviens armorum papae supplicat, quatenus domino Petro de Medzibor militi Vratislaviensis dioc. et dominae Paulinae de Glambach[a]) Cracoviensis dioc. absolutio plenaria in mortis articulo concedatur — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G." „Auinione XIII kal. Decembris a secundo."*

Avinione, 1354 Novembris 19.

R. Suppl. 25 pars II fol. 78. — a) ‚Glamboca' Suppl.

301. *Nobili viro Petro de Medzibor militi Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XIII kal. Decembris a. secundo."*

. X . *Avinione, 1354 Novembris 19.*

R. Av. 128 fol. 577', R. Vat. 227 fol. 327. — In eisdem foliis eadem indulgentia cum eadem taxatione Paulinae de Glambach (Glamboca) conceditur.

302. *Johanni Paduano mandatur, quatenus omnes pecunias collectas Raymundo de Lacaucina tradat.*

Avinione, 1354 Novembris 22,

Innocencius etc.[a]) d. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benediccionem. Discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes pecunias ad nostram cameram pertinentes, per te collectas et usque ad recessum d. f. Raymundi de la Cancina, servientis armorum et familiaris nostri, latoris presencium, a te, ad quem ipsum specialiter mittimus, colligendas, eidem Raymundo tradere et assignare procures, per eum ad dictam cameram deferendas, certificaturus per litteras tuas cameram ipsam de hiis, que dicto Raymundo duxeris assignanda. Nos enim sibi absolvendi et quitandi de hiis, que ei assignaveris, plenam concedimus tenore presencium potestatem. D. Auinione X kal. Decembris pontificatus nostri a. secundo.[b])

R. Vat. 242 fol. 129', R. Vat. 236 fol. 212. — a) ‚Innoceutius etc.' deest in Vat. 236. b) ‚Datum ut supra' Vat. 236. — Simile mandatum ad Arnaldum de Lacaucina scholasticum ecclesiae Cracoviensis, apostolicae sedis nuntium, dirigitur.

303. *Theodericus episcopus Mindensis supplicat, quatenus Johanni Steynen parochialis ecclesia in Mušov (Muschau)[a]) Olomucensis dioc. reservetur, „cum illam post consecracionem domini Jacobi electi Veltrensis . . . . vacare contigerit".[b]) — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione X kal. Decembris a. secundo."*

Avinione, 1354 Novembris 22.

R. Suppl. 25 pars II fol. 97. — a) ‚Muschowe' Suppl. b) ‚contingerit' Suppl.

304. *Episcopo Mindensi mandatur, quatenus Johanni Steynen parochialem ecclesiam in Mušov (Muschau) reservet.*

X
. X . *Avinione, 1354 Novembris 22.*

Ven. fr. . . episcopo Mindensi salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Cum itaque parrochialis ecclesia in Muschowe Olomucensis dioc., quam d. f. Jacobus electus Feltrensis et Belunensis tempore promocionis per nos facte nuper de ipso ad ecclesiam Feltrensem et Belunensem, que canonice sunt unite, tunc pastore carentes, obtinebat, sicut obtinet adhuc, per huiusmodi promocionem et consecracionis munus suscipiendum ab eo in brevi vacare speretur, nos volentes personam d. f. Johannis Steynen presbyteri Misnensis dioc., nullum, ut asseritur, beneficium ecclesiasticum assecuti, ... favoribus prosequi graciosis, fraternitati tue . . . . mandamus, quatenus . . . . predictam parrochialem ecclesiam, cum ipsam premisso vel alio quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum, vacare contigerit, dicto Johanni conferendam . . . . collacioni et disposicioni tue auctoritate apostolica reserves . . . . D. Auinione X kal. Decembris a. secundo.

R. Av. 128 fol. 322, R. Vat. 226 fol. 62.

305. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis personis diversa beneficia conferantur.*

Avinione, 1354 Novembris 22.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum et Bohemie rex, quatenus dilecto capellano suo Nicolao de Chremsir de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, eciam si dignitas vel personatus in aliqua collegiata ecclesia existat, spectante communiter vel divisim ad collacionem . . . . abbatisse et conventus monasterii monialium Porteceli in Taschnewicz [a]) Cisterciensis ordinis Olomucensis dioc. dignemini providere, non obstante, quod canonicatum sub expectacione prebende in Olomucensi ac canonicatum [et] prebendam s. Petri in Brunna ecclesiis nec non parrochialem ecclesiam in Baca [b]) Olomucensis dioc. noscitur obtinere, quam parrochialem ecclesiam paratus est dimittere, cum auctoritate presencium huiusmodi beneficium aut dignitatem vel personatum fuerit pacifice assecutus, aliisque non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Item supplicat S^ti^ V^re^, quatenus dilecto suo Petro Laurencii specialem graciam facientes, dignitatem, personatum vel officium, spectantem vel spectans ad collacionem etc. episcopi Olomucensis, vacantem vel vacaturum in ecclesia Olomucensi vel extra, conferendum sibi donacioni apostolice [dignemini] reservare, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Braslaws [c]) ac canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. auctoritate ordinaria obtinet, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis quibuscunque.

Fiat G.

Item supplicat S[ti] V[re], quatenus dilecto suo Briccio condam Berchtoldi de Ruchwan, clerico Olomucensis dioc., de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Trebecensis ordinis s. Benedicti dicte dioc. communiter vel divisim spectante, dignemini providere cum non obstantibus et clausulis ut in aliis.

Fiat G.

Item quatenus dilecto notario et secretario suo per terram Bauarie Johanni Hohenhem de Wile de canonicatu ecclesie Eystetensis dignemini providere, prebendam vero ac dignitatem . . . . donacioni apostolice reservantes, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Friolsheim Spirensis dioc. obtinet, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis prout supra.

Fiat G. . . . .

D. Auinione X kal. Decembris a. secundo.

R. Suppl. 25 pars II fol. 97. — a) Corrige: ‚Tuschnowicz'. b) Corrige: ‚Luca'. c) Corrige: ‚Zbraslaws'.

---

306. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Nicolao de Cremsir* [a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem abbatissae et conventus monasterii Portae Coeli* [b]) *in Tusnovicz,* [c]) *si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in nr. 305.* [d]) *„Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Decembris a. secundo".*

$\overline{X}$. *X* . *Avinione, 1354 Novembris 22.*

R. Av. 128 fol. 315, R. Vat. 226 fol. 57. — a) ‚Chremsir' Av. b) ‚Portecelli' Av. c) ‚Tuschnewicz' Av. d) ‚parr. eccl. in Luca' Av.

---

307. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Petro Laurentii dignitatem, personatum vel officium, ad collationem episcopi Olomucensis spectantem, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub. nr. 305. „Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Decembris a. secundo".*

$\overline{X}$. *X* . *Avinione, 1354 Novembris 22.*

R. Av. 127 fol. 430, R. Vat. 227 fol. 198.

---

308. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Briccio Bertholdi de Rouchovan* [a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum*

non excedant, spectans ad collationem abbatis et conventus monasterii Trebecensis, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Decembris a. secundo".

X
. X . *Avinione, 1354 Novembris 22.*

R. Av. 128 fol. 488, R. Vat. 227 fol. 267 — a) ,Ruchwan' Av.

---

309. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni dicto Hohenheim de Weil* [a]) *de canonicatu ecclesiae Eystetensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 305. „Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Decembris a. secundo".*

X
. X . *Avinione, 1354 Novembris 22.*

R. Av. 126 fol. 377', R. Vat. 225 fol. 270. — a) ,Hohenhen de Wyle' Av.

---

310. *Mathaeus Bernabo et Galeasius de Vicecomitibus rogantur, quatenus Theodericum episcopum Mindensem, nuntium Caroli regis Romanorum, qui ad Innocentium papam VI missus ad praesens revertitur, benigne recipiant, ei de securo conductu providentes. „Venerabilis frater" „Auinione VIIII kal. Decembris a. secundo".*

Avinione, 1354 Novembris 23.

R. Vat. 236 fol. 212'

---

311. *Johannes episcopus Olomucensis supplicat, quatenus statuatur, ut castrum Hukvaldy (Hochwald) perpetuo ad usum mensae episcopalis remanere debeat. — Burchardus burgravius Magdeburgensis supplicat, quatenus Dorothea filia sua in monasterio s. Francisci Maioris civitatis Pragensis in monacham recipiatur.*

Avinione, 1354 Novembris 25.

Supplicat S[ti] V[re] devota creatura vestra Johannes episcopus Olomucensis, quatenus, cum castrum Hokenwalde Olomucensis dioc. cum prediis, allodiis, fructibus et emolumentis ipsius ab olim temporibus predecessorum suorum nonnullis vasallis ipsius ecclesie concedi vel vendi consueverit in feudum, ipseque Johannes episcopus illud propriis suis pecuniis reemerit mense sue episcopali annectendum [a]) ac illud ad presens pacifice possideat et quiete, dignemini eidem episcopo et successoribus ipsius de benignitate apostolica indulgere ac eciam statuere, ut castrum ipsum nec per dictum Johannem nec per alium Olomucensem episcopum, qui pro tempore fuerit, valeat in feudum seu emphiteosim vel alio quocunque titulo aut colore concedi, alienari vel tradi, sed perpetuo ad usum et utilitatem episcopi et mense predictarum debeat remanere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat S[ti] V[re] devotus vester Borchardus burchgravius Magdeburgensis, magister curie regis Romanorum, quatenus dare dignemini aliquibus in mandatis, ut Dorotheam filiam suam, puellam litteratam in monasterium s. Francisci in Maiori civitate Pragensi ordinis s. Clare recipi faciant in monacham et sororem, cum omnibus clausulis oportunis ut in forma.

Fiat in forma G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione VII kal. Decembris a. secundo.

R. Suppl. 25 pars II fol. 102. — a) ,annectandi' Suppl.

---

312. *Johanni episcopo Olomucensi et successoribus eius inhibetur, ne castrum Hukvaldy (Hochwald)* a) *in feudum concedant vel alio modo a mensa episcopali alienent. „Circa quarumlibet" „Auinione VII kal. Decembris a. secundo".*

. X
. X . *Avinione, 1354 Novembris 25.*

R. Av. 126 fol. 537', R. Vat. 226 fol. 245. — Ed. apud Brandl, Cod. dipl. Mor. VIII pag. 266 ex orig. archivii Cremsir. (per errorem sub dato 1355 Nov. 25.). — a) ,Hokenwilde' Av.

---

313. *Episcopo Olomucensi, decano Pragensis et sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Dorotheam natam Burchardi* a) *burgravii Magdeburgensis in monasterio s. Francisci Maioris civitatis Pragensis, per priorissam soliti gubernari, „si in eo certus monialium numerus non habetur, dummodo ex hoc monasterium ipsum nimium non gravetur, vel eciam, si huiusmodi numerus forsan existat ibidem, et de ipso numero aliqua deest ad presens, ex nunc, alioquin, quamprimum aliquam deesse contigerit", recipi faciant in sororem. „Prudentum virginum" „Auinione VII kal. Decembris a. secundo".*

. X . *Avinione, 1354 Novembris 25.*

R. Av. 128 fol. 594, R. Vat. 226 fol. 274, reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 288. — a) ,Borchardi' Av.

---

314. *Solutio stipendii Raymundo de Lacaucina, ad collectores Bohemiae, Poloniae et Ungariae misso.*

1354 Novembris 26.

Die XXVI Novembris [a. domini millesimo CCC quinquagesimo quarto, indiccione septima, pontificatus . . . . Innocencii . . . pape VI a. secundo] a) soluti fuerunt de mandato domini nostri pape Raymundo de la Caussina servienti armorum domini nostri pape, misso de mandato ipsius domini nostri ad

collectores Boemie, Polonie et Vngarie pro pecuniis camere apostolice, quas habent penes se, aportandis — LXXX floreni.

Int. et Exit. (1354) 272 fol. 165. — a) Suppletum ex folio 147. — Conf. nr. 296 et 302 huius tomi.

315. *Solutio partis servitii Johannis episcopi Luthomuslensis.*

1354 Novembris 26.

Die eadem [XXVI Novembris a. domini millesimo CCC quinquagesimo quarto indiccione VII. pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. secundo][a] recepti fuerunt a domino Johanne episcopo Luthemuslensi[b] pro parte partis sui communis servicii, solvente per manus domini Thesondorii[c] episcopi Gondensis[d] et domini Nicolai archidiaconi Lobesuauiensis[e] in ecclesia Prienti[f] — II^{C} floreni.

Int. et Exit. (1354) 272 fol. 24 — a) Suppletum ex foliis praecedentibus. b) Corrige: ‚Luthomuslensi'. c) Corrige: ‚Theoderici'. d) Corrige: ‚Mindensis'. e) Corrige: ‚Boleslauiensis'. f) Corrige: ‚Pragensi'.

316. *Johannes episcopus Luthomuslensis quitatur de solutione partis suorum servitiorum.*

Avinione, 1354 Novembris 28.

Universis etc. Stephanus[a] [. . . . archiepiscopus Tholosanus, domini nostri pape camerarius . . . . Ad universitatis vestre noticiam deducimus . . . .][b], quod dominus Johannes episcopus Luthomuslensis pro parte sui communis servicii . . . . ducentos florenos auri prefate camere nec non pro parte IIII serviciorum familiarium etc. triginta IIII florenos auri, decem et VIII solidos et VIII denarios monete Auinionensis currentis clericis etc. per manus domini Thezondorii[c] episcopi Mindensis et domini Nicolai archidiaconi Bosleslauiensis[d] in ecclesia Pragensi die date presencium solvi fecit . . . . D. Auinione die XXVIII mensis Novembris anno [domini MCCCLIIII, indiccione VII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. secundo].[b]

Obl. et Sol. 30 fol. 53, R. Av. 122 pars II fol. 389. — a) Deest in Av. b) Suppletum ex litteris in reg. praecedentibus. c) Corrige: ‚Theoderici'. d) Corrige: ‚Boleslauiensis'.

317. *Eberhardus de Capella ministerialis ducatus Austriae, miles Pataviensis dioc., supplicat, quatenus Potoni*[a] *nato quondam nobilis viri Nicolai de Potenstein*[b] *clerico Luthomuslensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, ad collationem episcopi Pataviensis spectante, si vacat vel cum vacaverit, provideatur. — „Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. Item sine examine vel*

saltem examen committatur ad partes. Fiat G. D. Auinione XIX kal. Januarii a. secundo".

Avinione, 1354 Decembris 14.

R. Suppl. 25 pars II fol. 120. — a) ‚Bottoni' Suppl. b) ‚Potenstain' Suppl.

---

318. Nicolaus notarius curiae regis Romanorum supplicat, quatenus Conrado Henrici de Wesel beneficium ecclesiasticum ad collationem ecclesiae Pragensis pertinens reservetur.

Avinione, 1355 Januarii 24.

Supplicat S[ti] V[re] devotus orator vester Nicolaus notarius curie regis Romanorum, quatinus sibi in personam dilecti sui Conradi quondam Henrici de Wessil specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum, spectans communiter vel divisim ad presentacionem, collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, si quod vacat ad presens, aut cum vacaverit, eidem Conrado conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Conradus prebendam de s. Georgio in castro Pragensi noscitur obtinere, cuius fructus, redditus et proventus valorem VII marcharum argenti non excedant, et cum aliis clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione IX kal. Februarii a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 6'.

---

319. Conrado Henrici de Wesel a) reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus, quod in ecclesia s. Georgii in castro Pragensi perpetuum beneficium, praebendam nuncupatum, obtinet. „Vite ac morum" „Auinione VIIII kal. Februarii a tercio". — In e. m. archiepiscopo Pragensi b) et s. Agricoli Avinionensis ac Vissegradensis prope Pragam ecclesiarum decanis.

. XX . *Avinione, 1355 Januarii 24.*

R. Av. 131 fol. 64', R. Vat. 231 fol. 103. — a) ‚Wessil' Av. b) Deest in Av.

---

320. Carolus Romanorum et Boemie rex supplicat, quatenus Johanni de Nova Domo de beneficio cum vel sine cura, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinente, provideatur.

Avinione, 1355 Januarii 31.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester dominus Karolus Romanorum rex illustris, quatinus sibi super personam Johannis nati Henrici de Noua domo, capellani ac medici sui dilecti, specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura [a]), spectans ad collacionem vel provisionem archiepiscopi Pragensis, si quod in ecclesia Pragensi vel extra vacat ad presens aut cum vacaverit, eidem Johanni conferendum donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Johannes archidiaconatum Luthomericensem ac canonicatum sub expectacione prebende in dicta Pragensi ecclesia noscitur obtinere, quem archidiaconatum paratus est dimittere, quam cito vigore dicte gracie dignitatem, personatum seu curatum beneficium fuerit assecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione et cum commissione examinis ad partes. Fiat G. D. Auinione II kal. Februarii a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 20. — a) Sequitur: ‚eciam si dignitas vel personatus existat‘, sed cancellatum est, ad quam cancellaturam haec adnotatio in margine pertinet: ‚Similis erat cancell. in originali‘.

---

321. *Carolus Romanorum et Boemie rex supplicat, quatenus Johanni Rumpoldi notario suae curiae de canonicatu ecclesiae Leodiensis sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, „quod idem Johannes plebaniam plebis Agelli Aquileyensis dioc. et canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Yuodiensi Treverensis dioc. noscitur obtinere“. „Fiat in ecclesia Aquilegensi G. Et quod transeat sine alia leccione et examen ad partes comitatur. Fiat G. D. Auinione II kal. Februarii a. tercio“.*

Avinione, 1355 Januarii 31.

R. Suppl. 26 fol. 20.

---

322. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni Rumpoldi notario curiae Caroli Romanorum et Bohemiae regis de canonicatu ecclesiae Aquileyensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstante ut in supplicatione sub nr. 321. „Auinione II kal. Februarii a. tercio“.*

X
X. *Avinione, 1355 Januarii 31.*

R. Av. 131 fol. 355.

---

323. *Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus cum Nicolao de Curia Regnicz dispensetur, ut in susceptis ordinibus ministrare valeat, et quatenus provisio eidem Nicolao de canonicatu ecclesiae Olomucensis facta plenum sortiatur effectum.*

Avinione, 1355 Januarii 31.

Significat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quod olim Nicolaus de Curia Reguitz clericus Wratislauiensis dioc. tunc in XIIII[to] etatis sue anno constitutus sine sui diocesani licencia per simplicitatem et iuris ignoranciam alias tamen rite ad omnes minores ordines promoveri [se fecit] et in illis postmodum ministravit, quodque postmodum premissa S[tas] ad instanciam dicti regis eidem Nicolao tacito de predictis de canonicatu ecclesie Olomucensis cum reservacione prebende graciose providit. Quare humiliter supplicat dictus rex, quatinus sibi in personam dicti Nicolai specialem graciam facientes, cum eodem Nicolao, ut in sic susceptis ordinibus ministrare valeat, dispensantes, dignemini eidem Nicolao concedere, quod litere vestre super dicta gracia confecte ab ipsarum literarum data nec non processus per eas habiti et quecunque inde secuta extunc valeant et plenum sorciantur effectum, non obstantibus omnibus supradictis cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat de data presenti et dispensamus G. Et quod transeat sine alia [leccione] et cum commissione examinis ad partes. Fiat G. D. Auinione II kal. Februarii a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 22. — Conf. nr. 60, 62, 263 huius tomi, ubi de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis predicto Nicolao conferendo agitur.

---

324. Johanni episcopo Olomucensi licentia testandi conceditur. „Quia presentis vite“ „Auinione II non. Februarii a. tercio“.

. X . *Avinione, 1355 Februarii 4.*

R. Av. 131 fol. 293.

---

325. Bernhardus praeficitur in abbatem monasterii Siloensis.

Avinione, 1355 Februarii 6.

D. f. Bernhardo abbati monasterii Syloensis Premostratensis ordinis, Pragensis dioc. salutem etc. Suscepti cura regiminis . . . . Dudum siquidem monasterio Syloensi Premonstratensis ordinis Pragensis dioc. per obitum quondam Sciborii abbatis dicti monasterii, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, dd. ff. conventus ipsius monasterii vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa convenientes in unum, te canonicum dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum per formam compromissi in eorum et dicti monasterii abbatem concorditer elegerunt, tuque eleccioni huiusmodi illius tibi presentato decreto consensisti, postmodum vero quondam Hynco de Lhyssou canonicus eiusdem monasterii asserens, quod conventus predicti ipsum in eorum et dicti monasterii abbatem per formam compromissi eciam concorditer elegerant et quod ipse eleccioni huiusmodi de se facte illius sibi presentato decreto consenserat, suam primo a d. f. Mirakota abbate Milocensi ac deinde tu tuam elecciones huius-

modi a d. f. Nicolao preposito Chunicensi, per prepositum soliti gubernari, monasteriorum dictorum ordinis et Pragensis ac Olomucensis dioc., habentibus, prout asserebatur, a d. f. Marsilio abbate monasterii Steinueldensis eiusdem ordinis Coloniensis dioc., patre abbate prefati monasterii Syloensis, ad quem quidem patrem abbatem confirmacio eleccionis abbatis ipsius monasterii Syloensis tam ex institutis dicti ordinis per sedem apostolicam confirmatis, quam eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, confirmandi elecciones huiusmodi de eodem Hynco ac de te factas, ut predicitur, specialem potestatem, confirmari obtinuistis, dictusque Hynco pretextu eleccionis et confirmacionis huiusmodi de ipso factarum administracionem bonorum ipsius monasterii Syloensis extitit assecutus, tuque a dictis eleccione et confirmacione eiusdem Hynconis et assecucione ad sedem appellasti predictam, ac felicis recordacionis Clemens papa VI predecessor noster causam appellacionis huiusmodi et negocii principalis bone memorie Bertrando episcopo Ostiensi primo ac postmodum dd. ff. nostris Arnaldo tituli s. Sixti et Raymundo tituli s. Crucis in Jerusalem ac Nicolao tituli s. Vitalis presbyteris cardinalibus diversis successive vicibus audiendam commisit et fine debito terminandam; coram quibus quidem episcopo et cardinalibus, cum inter te ac dictum Hynconem ad aliquos actus, citra tamen conclusionem, in dicta causa processum fuisset, prefatus predecessor, sicut domino placuit, rebus fuit humanis exemptus, et subsequenter nobis licet immeritis divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumptis, dictoque Hyncone extra curiam prefatam sublato de medio, tu fatigatus laboribus et expensis, omni iuri, quod tibi competere poterat in eleccione ac confirmacione, ut predicitur, de te factis, in manibus dicti Raymundi cardinalis apud sedem eandem libere ac sponte cessisti, idemque Raymundus cardinalis cessionem huiusmodi de mandato nostro, super hoc sibi facto oraculo vive vocis, apud eandem sedem admisit. Nos igitur ad provisionem ipsius monasterii Syloensis, ne ulterioris vacacionis subiaceret incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio Syloensi personam utilem ac eciam fructuosam habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite ac morum honestate ac aliis probitatis et virtutum meritis apud nos fide digna testimonia perhibentur, dreximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua prefato monasterio Syloensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii Syloensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac munus benediccionis per ven. fr. nostrum Guidonem episcopum Portuensem ex certis causis apud sedem predictam tibi de mandato nostro impensum auctoritate predicta eciam approbamus in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod dictum monasterium Syloense per tue diligencie studium gracia tibi assistente divina, prospere dirigetur et salubria suscipiet incrementa. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus onus regiminis dicti monasterii Syloensis suscipiens reverenter, sic te in eo solicite, prudenter et fideliter exercendo exhibeas studiosum, quod prefatum monasterium Syloense per laudabile tue diligencie ministerium gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque preter eterne retribucionis premium nos-

tram et dicte sedis benediccionem et graciam exinde uberius consequi merearis. D. Auinione VIII id. Februarii a. tercio.

In e. m. dd. ff. conventui monasterii Syloensis, Premostratensis ordinis Pragensis dioc. . . . .

In e m. d. f. . . abbati monasterii Steinueldensis Premonstratensis ordinis Coloniensis dioc. . . . .

In e. m. carissimo in Christo filio Karolo regi Boemie . . .

R. Vat 228 fol. 15'.

---

326 *Innocentius VI, qui in regno Bohemiae ac circumvicinis partibus ultra 40.000 florenorum auri, quae sine periculo transportari non possunt, habet, Carolum Romanorum regem rogat, quatenus sibi in praedicta summa florenorum auri nomine mutui subveniat, illamque Egidio tit. s. Clementis presbytero cardinali, apostolicae sedis in partibus Italiae legato, vel Guilelmo de Benevento capellano papae assignet. „Perduxit ad noticiam“ „Auinione IIII id. Februarii a. tercio“.*

Avinione, 1355 Februarii 10.

R. Vat. 237 fol. 38; R. Vat. 244 D (Archet.) nr. 131, ubi in tergo minutae: ‚R[escribe] B. Stephani II et statim R. 47'. — Ed. apud Theiner, Cod. dominii tempor. s. sedis II pag. 287, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 509 nr 50.

327. *Guilelmo de Benevento mandatur, quatenus a Carolo rege Romanorum 40.000 florenorum auri nomine mutui petat.*

Avinione, 1355 Februarii 10.

D. f. Guillermo de Beneuento archidiacono de Ardenna in ecclesia Leodiensi, capellano nostro salutem etc. Cum . . . . Carolum regem Romanorum illustrem per alias nostras litteras deprecemur, ut nobis in quadraginta milibus florenorum auri velit nomine mutui liberaliter subvenire, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi quadraginta milia florenorum ab eodem rege petere, exigere ac recipere non postponas. Nos enim tibi obligandi, prefato regi Romanam ecclesiam ac bona et iura ipsius ubilicet constituta usque ad summam huiusmodi quadraginta milium florenorum plenam concedimus tenore presencium potestatem. D. Auinione IIII. id. Februarii a. tercio.

R. Vat. 237 fol. 38'.

---

328. *Carolus Romanorum rex rogatur, quatenus Theoderico episcopo Mindensi a curia Romana remisso fidem det.*

Avinione, 1355 Februarii 12.

Carissimo in Christo filio Carolo regi Romanorum illustri salutem etc. Ven. fr. noster Theodoricus episcopus Mindensis, nuncius tuus, lator presentium, quem pro tuis negociis ad sedem apostolicam destinasti, et quem intuitu tuo et ipsius insuper bonitatis obtentu grate recepimus, huiusmodi negocia tua prudenter et provide ac diligenter et solicite prosecutus est, et feliciter expeditus ad magnitudinem tuam ducit se presentialiter referendum. Cui cum super aliquibus referendis per eum tibi pro parte nostra oretenus locuti fuerimus, in exponendis poteris dare fidem. D. Auinione II id. Februarii a. tercio.

R. Vat. 237 fol 19'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 324 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 783 nr. 264.

---

329. *Marquardo episcopo Augustensi, consiliario Caroli Romanorum et Bohemiae regis, ad supplicationem ipsius regis permittitur, ut ab omnibus personis ecclesiasticis suae dioc. saecularibus et regularibus, beneficia ecclesiastica obtinentibus, caritativum subsidium recipere possit. „Exigit tue devocionis“ „Auinione id. Februarii a. tercio“.*

V V
. X X . *Avinione, 1355 Februarii 13.*

R. Vat. 129 fol. 522', R. Vat. 231 fol. 253'.

330. *Pelegrino de Maloleone clerico Olorensis dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, ad collationem episcopi Aquensis provinciae Auxitanae pertinens. „Probitatis et virtutum“ „Auinione XI kal. Marcii a. tercio“. — In e. m. archidiacono Pragensis et Guilelmo Coynde*[a]) *canonico Claromontensis ecclesiarum ac officiali Aquensi.*

. X X . *Avinione, 1355 Februarii 19.*

R. Av. 131 fol. 448', R. Vat. 229 fol. 85. — [a]) ‚Caynde‘ Av.

---

331. *Carolus Romanorum rex rogatur, quatenus magistro et hospitali s. Johannis Jerosolimitani in exhibendis pensionibus ac aliis deveriis auxilium praestet.*

. X . *Avinione, 1355 Martii 1.*

Carissimo in Christo filio Carolo regi Romanorum illustri salutem etc. Gerentes in intimis cordis nostri ad dd. ff. magistrum et fratres hospitalis s. Johannis Jerusalimitani, qui pro defensione catholice fidei Terreque sancte subsidio exponunt in defessis laboribus ingiter se et sua, paterne dileccionis affectum, ad ea serenitatem regiam nostris litteris libencius excitamus, per que ipsorum consulatur profectibus et incommoditatibus obvietur. Sane nuper eorundem ma-

gistri et fratrum conquestione percepimus, quod licet dd. ff. priores, castellani, baillivi, preceptores et administratores domorum et locorum, fratresque et subditi regulares hospitalis eiusdem ad solvendum prefatis magistro et fratribus pensiones seu responsiones ac tallias et alia deveria eis imposita pro fidei catholice defensione Terreque sancte predictorum servicio iuxta ipsius hospitalis observancias et statuta efficaciter teneantur, nonnulli tamen priores, castellani, baillivi, preceptores, administratores, fratres et subditi supradicti spiritu rebellionis assumpto pensiones seu responsiones et tallias huiusmodi aliaque deveria, ad que exhibenda eisdem magistro et fratribus iuxta eadem statuta et observancias sunt astricti, prefatis magistro et fratribus nonnullis quesitis coloribus solvere recusarunt hactenus et recusant prout tenentur realiter exhibere, nonnulli eciam ipsorum mala malis addendo preter et ultra voluntatem et licenciam et contra inhibicionem suorum superiorum mutuo pecunias et alia recipiunt a creditoribus diversis domos et bona ipsius hospitalis obligando de facto in animarum suarum et eiusdem Terre sancte dispendium, dictorumque magistri et fratrum ac hospitalis incomodum et evidens detrimentum. Cum igitur magistro et fratribus supradictis in premissis persolvendis et exhibendis eisdem prefatisque eorum tollendis dispendiis atque dampnis favor tuus sit plurimum oportunus, serenitatem regiam rogamus attencius et in domino exhortamur, quatinus eisdem magistro et fratribus, ut pensiones seu responsiones, tallie et deveria huiusmodi a prefatis inobedientibus, prout iustum est, integre persolvantur et exhibeantur eisdem, subtracto inobedientibus ipsis quorumlibet presidio, quodque iidem magister et fratres vel eorum domus seu loca huiusmodi obligacionum de iure viribus non subsistencium pretextu nullatenus opprimantur, pro nostra et apostolice sedis reverencia prestet favorem regium et auxilium oportunum taliter, quod perinde excellenciam tuam attollere dignis laudibus valeamus. D. Auinione kal. Marcii a. tercio.

R. Av. 129 fol. 439, R. Vat. 231 fol. 190 nr. 61.

---

332. *Reginaldus episcopus Palentinus, thesaurarius papae, quitatur de solutione 800 florenorum auri, quos XXVI die mensis Novembris (1354) Raymundo de Lacaucina servienti armorum, ad partes Bohemiae, Poloniae, Ungariae pro deferendis quibusdam pecuniarum summis ad ecclesiam Romanam spectantibus misso, solvit. „Cum de speciali" „Auinione non. Marcii pontificatus nostri a. tercio".*

Avinione, 1355 Martii 7.

R. Vat. 242 fol. 225'. — Cnf. nr. 314.

---

333. *Nota de obligatione monasterii Siloensis Johanni Paduano decano Vissegradensi commissa.*

1355 Martii 20.

Die XX mensis Marcii predicti [a. LV] [a]) domini camerarii per eorum litteras commiserunt dominis Johanni Paduano decano Wischegradensi dioc. Pra-

gensis, apostolice sedis nuncio, vel eius subcollectori in civitate et dioc. Pragensi constituto, quod ipsi vel eorum alter se informent de valoribus omnium fructuum, proventuum et redditunm monasterii Syloensis ordinis Premonstratensis dicte Pragensis dioc. et quod obligacionem recipiant etc. ut in forma a fratre Bernhardo tunc ipsius monasterii canonico, nunc vero ipsius monasterii abbate, que littera commissionis una cum litteris apostolicis super provisione dicti monasterii fuit tradita eidem domino abbati, qui promisit non uti eisdem litteris, quousque fuerit obligatus etc.

Obl. et Sol. 30 fol. 185'. — a) Suppletum ex principio eiusdem folii versi

334. Obligatio Bernardi abbatis monasterii Siloensis.

1355 Martii 26

Dicta die [XXVI mensis Marcii a. MCCCLV][a]) dominus frater Bernardus abbas monasterii Siloensis ordinis Premonstratensis dioc Traiectensis[b]) promisit pro suo communi servicio II^C flor. auri et V servicia consueta, solvendo terminis supra proxime positis. [medietatem de festo resurreccionis domini proxime venturo ad annum et aliam medietatem in simili festo anno revoluto],[a]) quod nisi etc. et iuravit etc.

Obl. et Sol. 22 fol. 170'. 27 fol. 101'. — a) Suppletum ex obligatione praecedente. b) Corrige: ‚Pragensis'. — In marg. dext.: ‚XXI card.'

---

335. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus clerico suo Hugoneto de Castellione Gratianopolitanae dioc. de canonicatu ecclesiae Lugdunensis vel Bisuntinensis cum portione canonicali provideatur. „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V id. Aprilis a. tercio".

Apud Villamnovam, 1355 Aprilis 9.

R. Suppl. 26 fol. 83'.

---

336. Segremours de Pomeriis miles, secretarius Caroli Romanorum regis, supplicat, quatenus gratia Arnoldo Sancii in ecclesia Burdegalensi facta confirmetur. „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V id. Aprilis a. tercio".

Apud Villamnovam, 1355 Aprilis 9.

R. Suppl. 26 fol. 95.

---

337. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus occasione exactionis decimae Carolo Romanorum regi concessae omnia beneficia ecclesiastica significare et partem, quae de huiusmodi decima cameram apostolicam contingit, Johanni Paduano apostolicae sedis nuntio tradere studeat.

Avinione, 1355 Aprilis 16.

Ven. fr. . . archiepiscopo Pragensi et dd. ff. eius in spiritualibus vicario ac . . officiali salutem etc. Ut exaccio decime per nos in regno Boemie carissimo in Christo filio nostro Carolo regi Romanorum illustri per sedem apostolicam graciose concesse procedat purius et in ea contra intencionem nostram gravari aliquem non contingat, discrecionem vestram attente requirimus vobisque sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios omnia et singula monasteria et ecclesias nec non dignitates, personatus, officia et alia ecclesiastica beneficia secularia et regularia cum cura et sine cura Pragensis civitatis et dioc. et summam, in qua singula eorum, que sunt in decime solucione taxata, in huiusmodi solucione taxata sunt, ac valorem annuum cuiuslibet eorum, que in huiusmodi solucione minime sunt taxata, nec non, quicquid de redditibus et proventibus monasteriorum, ecclesiarum, dignitatum, personatuum, officiorum et beneficiorum ipsorum hucusque exactum et receptum est, cum nominibus et cognominibus personarum solvencium in scriptis manu publica redactum fideliter sub sigillis vestris significare nobis sine dilacione aliqua nullatenus omittatis et insuper partem, que de huiusmodi iam exacta et in antea exigenda pecunia huiusmodi decime cameram nostram contingit, d. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis dicte dioc., eiusdem sedis nuncio, illius videlicet pecunie, que iam exacta est, infra unum mensem a recepcione presencium et exigende in antea infra unum similiter mensem a recepcione huiusmodi pecunie computandum tradere integre ac sine diminucione aliqua studeatis. Alioquin eos vestrum, qui in hac parte huiusmodi mandato nostro parere contempserint, excommunicacionis sentenciam incurrere volumus eo ipso. Nos enim prefato nuncio absolvendi et quitandi vos de hiis duntaxat, que sibi de huiusmodi pecunia decime solvenda duxeritis, plenam concedimus tenore presencium potestatem. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Maii a. tercio.

In e. m. . . . episcopo Olomucensi et . . . . eius in spiritualibus vicario et . . officiali.

Item in e. m. . . . . episcopo Luthomuslensi et . . . . eius in spiritualibus vicario et . . officiali.

R. Vat. 237 fol. 78', R. Vat. 242 fol. 144. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 331 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 784 nr. 270.

---

338. Innocentius papa VI omnes libertates, immunitates, indulgentias a praedecessoribus suis nec non a regibus, principibus et ceteris Christi fidelibus mona-

sterio Teplensi ordinis Praemonstratensis Pragensis dioc., concessas confirmat. „Cum a nobis petitur" „Auinione XIIII kal. Maii pontificatus nostri a. tercio".

Auinione, 1355 Aprilis 18.

Orig. in archivio monasterii Teplensis, copia in archivio musaei regni Bohemiae.

---

339. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Servatio de Warburg* [a]) *praedilecto suo capellano ac familiari domestico, in iure canonico provecto ob reverentiam novae suae coronae imperialis de canonicatu ecclesiae Paderbornensis sub expectatione maioris praebendae provideatur, non obstante „quod canonicatum, prebendam, cantoriam et capellam s. Nicholai in ecclesia Mindensi nec non canonicatum et prebendam in ecclesia Hamelensi Mindensis dioc. . . . . dignoscitur obtinere, quas tamen cantoriam et capellam . . . paratus est resignare". „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Maii a. tercio".*

Apud Villamnovam, 1355 Maii 4.

R. Suppl. 26 fol. 102. — a) ‚Wartberch' Suppl.

---

340. *Servatio de Warburg* [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Padebornensis sub expectatione maioris praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 339. „Literarum sciencia" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Maii a. tercio". — In e. m. archiepiscopo Arelatensi et Fritzlariensis* [b]) *ac Hamelensis Maguntinensis et Mindensis dioc. ecclesiarum decanis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1355 Maii 4.*

R. Av. 131 fol. 363. — a) ‚Wartberch' Av. b) ‚Frutzloniensis' Av.

---

341. *Nicolaus patriarcha Aquilegensis, Johannes episcopus Olomucensis, Arnestus archiepiscopus Pragensis, Marquardus episcopus Augustensis, Johannes marchio Montisferrati rogantur, quatenus apud imperatorem dent operam, quod intercessionibus summi pontificis pro auxilio civitati Smirnae praestando annuat, et quatenus etiam de suis facultatibus auxilium conferant.*

Apud Villamnovam, 1355 Maii 7.

Ven. fr. Nicolao patriarche Aquilegensi salutem etc. Ad occurrendum periculis, que civitati Smirnarum, pro qua de infidelium Turchorum eripienda manibus tantum christiani sanguinis fuit effusum, imminent peccatis exigentibus quasi pre foribus, scribimus carissimo in Christo filio nostro Carolo imperatori Romanorum semper augusto iuxta formam, quam continet cedula presentibus interclusa. [1])

Ideoque fraternitatem tuam attente rogamus, quatinus ad civitatem eandem et populum christianum ad illius custodiam deputatum oculos tue pietatis aperiens, apud imperatorem eundem, quod nostris in hac parte intercessionibus annuat pro divina et nostra ac apostolice sedis reverentia et tue consideracione salutis des operam efficacem et tu quoque de tuis facultatibus auxilium conferas et iuvamen. D.[a]) apud Villamnouam Auinionensis dioc.[b]) non. Maii a. tercio.

In e. m. ven. fr. Johanni episcopo Olomucensi.

In e. m.[c]) ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi.

Item in e. m. ven. fr. Marchardo episcopo Augustensi.

Item in e. m. mutatis mutandis d. f. nobili viro Johanni [marchioni Montisferrati].

R. Vat. 237 fol. 92', R. Vat. 244 E (Archet.) nr. 355, ubi in tergo: ‚non. Maii a. tercio R. 30'. — a) Sequitur: ‚Avinion.', sed cancellatum in Archet. b) Sequitur: ‚IIII', sed cancellatum in Archet. c) ‚Item in e. m.' Archet. — [1]) Conf. Werunsky, Excerpta nr. 333 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 784 nr. 272.

---

342. Carolus Romanorum et Bohemiae rex supplicat, quatenus papa partem lapidis de ecclesia a s. Petro prope Pisas fundata ecclesiae Vissegradensi ab eodem rege donatam consecret indulgentias eandem visitantibus concedendo. Item supplicat, quatenus ecclesiae Vissegradensi conservatores concedantur.

Avinione, 1355 Maii 8.

Significat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum et Boemie rex, quod dum ipse nuper Pisis existens, ecclesiam s. Petri ad gradus prope Pisas, ad quam magnis eciam, sicut publice fertur, indulgenciarum muneribus predotatam maxima non solum de Pisis sed de circumvicinis partibus et presertim in ipsius s. Petri et certis aliis festivitatibus aliisque eciam temporibus confluit populi multitudo, in devocionis spiritu visitaret, tam ex vulgaris assercionis fama quam per quoddam scriptum sub titulo prologi s. Ysidori de s. Petro apostolo sigillatim denominatum, ibique repertum percepit, quod ipse beatus Petrus apostolorum princeps post fundatam per eum sub Claudio caesare Anchiocensem[a]) ecclesiam iubente deo versus sacram urbem Romanam se transferens, Pisas applicuit et ibi circa sex mensium spacium permanens, prefatam ecclesiam ad gradus ibi vicini tunc maris et prope flumen Arni construxit, ac in quodam altari in medio ipsius ecclesie per eum fundato primo post eius transitum citra mare et subsequenter sepius missarum solennia celebravit, quodque postmodum ad martirii gloriam in ipsa urbe perveniens, ecclesiam ipsam, quam Pisis fundaverat, discipulorum suorum cure, ut eam crebris visitarent obsequiis, fideliter comendavit; qui cum regni celestis, cuius claves accepit a domino ianuam felix ianitor esset ingressus, beatus Clemens papa ei in apostolatu succedens ecclesiam ipsam in ipsius beati Petri honore et nomine dedicavit, propter quod dictus rex certam partem lapidis seu lapidee tabule, quam idem primus Christi vicarius eidem altari imposuisse dicitur, per venerabilem Johannem Pisanum archiepiscopum sibi

dari obtinuit graciose, ipsamque partem dictus rex ecclesie Wissegradensi prope Pragam sub honore et vocabulo ipsius apostoli fundate et ecclesie Romane imediate subiecte donavit et mittit, ut ibidem in uno altari ipsius ecclesie cum nonnullarum ipsius s. Petri et aliorum sanctorum reliquiarum imposicione solenniter collocetur. Quare humiliter supplicat dictus rex, quatenus dictam partem ipsius lapidis vestris beatissimis manibus cum huiusmodi reliquiarum imposicione dignemini consecrare, ad ipsam Wissegradensem ecclesiam postmodum deferendam, et insuper omnibus, qui missarum solenniis, dum in ipsa Wissegradensi ecclesia in altari, in quo dicta pars lapidis fuerit collocata, celebrabuntur, intererint, indulgenciam aliquam elargiri auctoritate apostolica, nichilominus decernendo, quod nulli alteri quam presuli seu pontifici usum pallei aut potestatem in palleo celebrandi obtinenti licencia in ipso altari, ubi dicta pars lapidis fuerit collocata, missarum solennia perpetuo celebrare [concedatur] cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Consecravimus hodie et placet, quod non celebretur, nisi prout petitur, et quociens celebrabitur, concedimus unum annum et XL dies de indulgencia, et in anniversario auctoritate dicte consecracionis per nos facte concedimus tres annos et tres quadragenas de indulgencia G.

Item supplicat, quatenus preposito, decano et capitulo ipsius Wissegradensis ecclesie pro se et omnibus membris suis et personis degentibus in eisdem dignemini conservatores in forma concilii Viennensis perpetuo, maxime cum propter eorum exempcionem locorum ordinarios sibi non inveniunt propicios ut deceret et propter nimiam loci distanciam non possent super singulis ad sedem apostolicam sine magno personarum et rerum discrimine habere recursum, benigne concedere de gracia speciali cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat ad decennium G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione VIII id. Maii a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 104'. — a) Corrige: Antioch.

---

343. *Innocentius papa VI, qui partem lapidis de ecclesia a s. Petro prope Pisas fundata a Carolo Romanorum imperatore per Siffridum custodem ecclesiae Vissegradensis capellanum eiusdem imperatoris sibi missam „hodie" consecravit, „nonnullas ipsius s. Petri et aliorum sanctorum eidem lapidi reliquias imponendo", omnibus vere poenitentibus „qui dictum lapidem . . . . seu altare, in quo locatus fuerit in anniversario consecracionis huiusmodi . . . visitaverint annuatim, tres annos et tres quadragenas, illi[s] vero, qui, quandocunque pontificem in dicto altari missarum sollennia celebrare contigerit, in celebracione seu ecclesia Wissegradensi predictis presentes extiterint, unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis" relaxat. „Splendor paterne glorie" „Auinione VIII id. Maii a. tercio".*

X
X *Avinione, 1355 Maii 8.*
. X .

R. Av. 129 fol. 503', R. Vat. 231 fol. 236. — Orig. in archivio capituli Vissegradensis, copia in archivio musaei regni Bohemiae.

344. *Innocentius papa VI instituit, quatenus nullus nisi „pontifex seu presul usum pallei vel potestatem cum palleo celebrandi canonice obtinens" in lapide, de ecclesia a s. Petro prope Pisas fundata, ecclesiae Vissegradensi a Carolo Romanorum imperatore donato seu in altari, ubi lapis ipse locatus extiterit, missarum sollennia celebrare praesumat. „Decens reputamus" „Auinione VIII id. Maii a. tercio".*

Avinione, 1355 Maii 8.

R. Av. 129 fol. 500', R. Vat. 231 fol. 231'.

---

345. *Episcopi Vratislaviensis et Misnensis ac abbas monasterii Strahoviensis prope Pragam conservatores praepositi et capituli ecclesiae Vissegradensis prope Pragam usque ad decennium instituuntur. „Militanti ecclesie" „Auinione VIII id. Maii a. tercio".*

X
X
. X .

Avinione, 1355 Maii 8.

R. Av. 130 fol. 388, R. Vat. 231 fol. 172'.

---

346. *Francisco Erenreich* [a]) *de Znoima* [b]) *laico Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione III id. Maii a tercio".*

. X̿ .

Avinione, 1355 Maii 13.

R. Av. 131 fol. 541, R. Vat. 229 fol. 161'. — a) ‚Erenrich' Vat. b) ‚Znoyma' Av.

---

347. *Henrico de Laa* [a]) *confertur parochialis ecclesia in Oberwölz Salzeburgensis dioc., quam cum Thiderico Hildegundis pro canonicatu et praebenda ecclesiae Verdensis procuratore Simone de Legnicz canonico Vratislaviensi, ad hoc ab eis constituto, permutavit. „Apostolice sedis" „Auinione X kal. Junii a tercio".*

. X̄ X̿ .

Avinione, 1355 Maii 23.

R. Av. 130 fol. 54, R. Vat. 231 fol. 25. — a) ‚La' Av. Etiam in littera de eodem dato (R. Av. 129 fol. 265, R. Vat. 230 fol. 115), in qua Conrado de Heiligenstadt canonicatus et praebenda ecclesiae Verdensis conferuntur, de permutatione praedicta mentio fit.

---

348. *Nicolaus patriarcha Aquilegensis, Johannes Luthomuslensis, Marquardus Augustensis episcopi, Johannes marchio Montisferrati rogantur, quatenus apud Carolum imperatorem Romanorum dent operam, ut Egidio apostolicae sedis legato auxilium impendat.*

Avinione, 1355 Maii 27.

Ven. fr. Nicolao patriarche Aquilegensi salutem etc. Quot et quantis expensarum oneribus Romana subsit ecclesia, ut de terris suis pestem tirannicam pellere valeat, plene nosti, cum quasi subiectam rem oculis aspicere ipse potueris in Italia constitutus. Quod nos anxie cogitantes et cupientes [a]) fidelibus et devotis ipsius ecclesiae adeptam eis restituere libertatem ac eandem ecclesiam in suis iuribus restaurare, apud . . . . Carolum imperatorem Romanorum . . . . instamus efficacibus precibus, ut omne quod poterit auxilium d. f. nostro Egidio tituli s. Clementis presbytero cardinali, apostolice ecclesie legato, ipsius ecclesie negocia prosequenti, potenter impendat. Et ideo fraternitatem tuam attente requirimus et rogamus, quatinus pro nostra super hoc exauditione votiva erga imperatorem eundem des operam efficacem. D. Auinione VI kal. Junii a. tercio.

In e. m. ven. fr. Johanni episcopo Lothomuslensi.

Item in e. m. ven. fr. Markardo episcopo Augustensi

Item in e. m. mutatis mutandis d. f. nobili viro Johanni marchioni Montis ferrati.

R. Vat. 237 fol. 107, R. Vat. 244 E (Archet.) nr. 93. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 340 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 784 nr. 277. — a) Sequitur: ‚huiusmodi', sed cancellatum in Archet.

---

349. *Episcopo Zverinensi, priori s. Anthonii ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis mandatur, quatenus in causa inter Petrum natum Henrici de Landsberg* [a]) *et Johannem Steynhus super canonicatu et praebenda ecclesiae s. Mariae in Stettin* [b]) *Caminensis dioc., quam idem Johannes iniuste detinet, contra praepositum, decanum et capitulum dictae ecclesiae, quos Preczlaus* [c]) *episcopus Vratislaviensis, cui praedictus decanus s. Agricoli commiserat vices suas, excommunicatos et suspensos declaravit, ecclesiam s. Mariae praedictam ponens sub interdicto ecclesiastico, procedant, prout iustum fuerit, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. „Exposuit nobis" „Auinione II kal. Julii a. tercio".*

Gratis. *Avinione, 1355 Junii 30.*

R. Av. 131 fol. 495', R. Vat. 229 fol. 229. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 565. — a) ‚in Landesberg' Av. b) ‚Stetyn' Av. c) ‚Prelczlaus' Av.

---

350. *Ludovicus Ungariae rex supplicat, quatenus collatio capellano suo Johanni dicto Erenreich de Znoima* [a]) *presbytero Olomucensis dioc. de praepositura collegiatae curatae ecclesiae Hantensis Vesprimensis dioc. per Johannem episcopum Vesprimensem facta confirmetur, non obstante, quod idem Johannes rectoriam parochialis ecclesie s. Laurentii extra muros Posonienses Strigoniensis dioc. obtinet et pro canonicatu et praebenda Posoniensis ecclesiae dicte Strigoniensis dioc. noscitur litigare. „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II kal. Julii a. tercio".*

Avinione, 1355 Junii 30.

R. Suppl. 26 fol. 150'. — a) ‚Znoyma' Suppl.

351. Johannes episcopus Luthomuslensis supplicat, quatenus Rapodoni de „Pingaua“ clerico et familiari suo commensali de parochiali ecclesia de Lorch Maguntinae dioc. tunc vacante provideatur, non obstante, quod in ecclesia Fritzlariensi dicte dioc. canonicatum et praebendam obtinet. „Fiat G. Sine alia leccione fiat G. D. Auinione III non. Julii a. tercio“.

Avinione, 1355 Julii 5.

R. Suppl 26 fol. 152'

---

352. Anna Romanorum imperatrix supplicat, quatenus infrascriptis personis de canonicatu et praebenda et beneficio provideatur.

Avinione, 1355 Julii 15.

Supplicat S[ti] V[re] devota filia vestra Anna Romanorum imperatrix semper augusta et Boemie regina, quatinus dilecto familiari suo Johanni nato nobilis viri Galli de Suereticz[a]) militis, clerico Pragensis dioc. de canonicatu et prebenda ecclesie Boleslauiensis dicte dioc. vacantibus vel vacaturis dignemini providere, cum acceptacione et non obstantibus et clausulis ac executoribus oportunis ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatinus similem graciam facientes, dilecto clerico suo Ogerio[b]) Vlrici de Stan de canonicatu et prebenda ecclesie s. Petri Wissegradensis prope Pragam ut supra dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus clerico suo Andree Sinilonis[c]) de Crassicow de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo ad collacionem etc. archiepiscopi [et] prepositi[d]) communiter vel divisim spectante ut in forma dignemini providere cum clausulis etc.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto suo Wichardo Harelebi[e]) de Misliworitz clerico de canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis ut supra dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto suo clerico Johanni de Tusta de canonicatu et prebenda ecclesie Ratisponensis ut supra dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto suo Volchmaro Bussconis de Stan de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis vacantibus etc. ut supra dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto suo capellano Petro Benessii predicte Pragensis dioc. de canonicatu et prebenda ecclesie Saccensis eiusdem dioc. ut supra dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Ocziehowa et capellaniam capelle s. Nicolai prope Wissegradum dicte dioc. [obtinet] ut in forma dignemini providere.

Fiat G.

Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G. Et examen ipsorum dignemini committere ad partes. Fiat G.

D. Auinione id. Julii a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 154. — a) Correctum ex: ,Sueretin' b) Sequitur: ,de' Suppl. c) Corrige: ,Smilonis'. d) In marg. adnotatum: ,Attende, quod non posita diocesis.' e) Corrige ,Hartlebi'

***353.** Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Ogerio Ulrici de Stan de canonicatu ecclesiae s. Petri Vissegradensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur." „Auinione id. Julii a. tercio."*

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 15.*

R. Av. 131 fol. 397', R. Vat. 229 fol. 42'.

***354.** Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Andreae Smilonis de Krasikov[a]) clerico Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi et praepositi ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione id. Julii a. tercio."*

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 15.*

R. Av. 131 fol. 466, R. Vat. 299 fol. 97. — a) ,Crassicow' Av.

***355.** Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Wichardo Hartlibi de Myslibořicz[a]) clerico Olomucensis dioc. de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione id. Julii a. tercio."*

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 15.*

R. Av. 131 fol. 397, R. Vat. 229 fol. 42. — a) ,Hartlebi de Misiliworicz' Av.

***356.** Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni de Tusta de canonicatu ecclesiae Ratisponensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione id. Julii a. tercio."*

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 15.*

R. Av. 129 fol. 372, R. Vat. 230 fol. 190.

---

357. Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Volchmaro Busconis de Stan clerico Pragensis dioc. de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur“ „Auinione id. Julii a. tercio.“

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 15.*

R. Av. 131 fol. 396', R. Vat. 229 fol. 41'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

358. Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Petro Benessii rectori parochialis ecclesiae in Očihov[a]) de canonicatu ecclesiae Sacensis[b]) sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 352. „Dignum arbitramur“ „Auinione id. Julii a. tercio.“

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 15.*

R. Av. 131 fol. 398, R. Vat. 229 fol. 741. — a) ‚Oczrechowa‘ Av. b) ‚Sactensis‘ Av.

---

359. Bohussius de Stařicz et Elisabeth relicta Conradi dicti Payer supplicant, quatenus ipsis licentia construendi et dotandi tria altaria in ecclesia s. Petri prope Říše (Reusch) elargiatur.

Avinione, 1355 Julii 18.

Supplica[n]t S[ti] V[re] devotus filius vester Bohussius dominus castri de Stericz, miles, et Elizabet relicta quondam Conradi dicti Payer, mulier Olomucensis dioc., quatinus ipsis et eorum cuilibet, ut ipsi pro remedio suorum progenitorum in ecclesia s. Petri prope Reuz, que olim parrochialis exstitit, in qua a tempore, cuius contrarii hominum memoria non existit, per prepositum, priorissam et conventum monasterii in Reuz Premonstratensis ordinis dicte dioc., cui dicta ecclesia dignoscitur esse unita, licet in ea suorum progenitorum ac consanguineorum et multorum fidelium corpora sint sepulta, divinus cultus minime fuit exercitatus, nec in ea de presenti exercetur, quamque idem Bohussius suis sumptibus et expensis et de consensu prepositi, priorisse et conventus monasterii predictorum de novo reedificari et consecrari procuravit, de ipsorum propriis bonis ipsis a deo datis tria altaria construere et quodlibet altare decem marcis argenti gravis ponderis et una aratura dotare et huiusmodi altaria sic dotata per ydoneos seculares presbyteros, quos iidem Bohussius et Elizabet in antea et quociens dicta altaria vacare contigerit, ad ipsa altaria gubernanda in divinis et aliis licitis presentaverint, regere possint et debeant, dignemini licenciam elargiri, dictorum prepositi, priorisse et conventus, quibus dicti Bohussius et Elizabet ad arbitrium sui diocesani vel eius vicarii parati sunt competenter satisfacere, et aliorum quorumcunque contradiccione non obstante et aliis clausulis et non obstantibus oportunis prout forma.

Fiat sine preiudicio unionis et iuris prepositi et alterius cuiuscunque G.

10

Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XV kal. Augusti a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 156'.

---

360. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1355 Julii 18.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Carolus Romanorum imperator, quatinus personis infrascriptis dignemini facere gracias infrascriptas.

Et primo supplicat, quatinus cum dilecto notario et secretario suo Petro de Luna, quod unacum prepositura Wratislauiensi et canonicatibus et prebendis, quos in dicta Wratislauiensi, Olomutzensi et capella regia in castro Pragensi ecclesiis obtinet, aliud beneficium ecclesiasticum, eciamsi personatus seu officium existat et dum tamen alias sibi canonice conferatur, libere recipere valeat et licite retinere, constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscunque, graciose [dispensare] dignemini, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus, cum eadem S^tas^ V^ra^ dilecto notario et secretario suo Jacobo Augustini, canonico prebendato ecclesie Wratislauiensis, de dignitate personatu vel officio in civitate et diocesi Wratislauiensi vacante vel vacaturo graciam fecerit specialem, eidem Jacobo uberiorem graciam faciendo, dignitatem, personatum vel officium, si que, quis aut quod in dicta Wratislauiensi ecclesia ac in civitate et diocesi Wratislauiensi vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem conferendum donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione etc., non obstantibus canonicatu et prebenda, quos in dicta Wratislauiensi ecclesia obtinet, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto notario et secretario suo Rudolpho nato Johannis dicti Rulen de Frideberg de canonicatu ecclesie Wormaciensis dignemini providere, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem conferendam donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione etc., non obstante, quod preposituram ecclesie Wetslariensis Maguntine dioc. et canonicatus et prebendas in sanctorum Castoris et Florini Confluencie Treverensis dioc. noscitur obtinere cum ceteris non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto cappellano suo Johanni Rumpoldi similem graciam in ecclesia Spirensi [facere dignemini] non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Agello Aquilegiensis dioc. ac quod virtute gracie apostolice sibi facte canonicatum ecclesie Aquilegiensis obtinet et prebendam in dicta ecclesia in forma debita acceptavit, cum ceteris non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus, cum rectoria seu ministerium misse beate Marie, que in aurora in ecclesia Pragensi singulis diebus celebratur, ex statuto et ordinacione ipsius rectorie seu ministerii fundatoris non possit cum alio beneficio permutari, dilecto clerico et familiari suo Johanni quondam Michaelis de Ponsuitz, nunc dicte misse rectori seu ministro, quod dictam rectoriam seu ministerium cum alio beneficio ecclesiastico curato vel non curato possit permutare, de speciali gracia dignemini indulgere, statuto et ordinacione predictis non obstantibus, eciam si iuramento vallati et per sedem apostolicam confirmati existant, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Ista non erat signata.[a])

Item supplicat, quatinus eidem Johanni specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem etc. archiepiscopi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim spectans, eciam si in ecclesia cathedrali existat, si quod vacat vel cum vacaverit, eidem Johanni conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc., non obstante rectoria seu ministerio misse beate Marie ecclesie Pragensis predicte, cum ceteris non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto clerico suo Johanni quondam Nicholay de Luthomussel de canonicatu ecclesie Olomuntzensis dignemini providere, prebendam vero, dignitatem, personatum vel officium, si que, quis aut quod vacant ad presens vel cum simul aut successive vacaverint, eidem conferenda donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione etc., non obstantibus, quod canonicatum et prebendam s. Petri de Brunna Olomuntzensis dioc. obtinet, cum ceteris non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto clerico suo Johanni quondam Petri de Chremsir Olomuntzensis dioc. specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura, sine cura fuerit (!), ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii Porte Celi in Tussuowitz[b]) ordinis Cisterciensis Olomunczensis dioc. communiter vel divisim spectans, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem Johanni conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc., cum non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatinus dilecto familiari suo Stanyslao quondam Alberti de Poznania presbytero . . diocesis[c]) ad collacionem episcopi . . prepositi et . . archidiaconi Wratislauiensis communiter vel divisim [spectans], cum acceptacione etc., non obstante, quod idem Stanyslaus in dicta Wratislauiensi ecclesia quandam vicariam noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus ut supra.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione et committatur examen in partibus. Fiat G.

D. Auinione XV kal. Augusti a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 157. — a) In marg. alia manu adnotatum. b) Corrige: ‚Tussnowitz' c) Supple: ‚beneficium ecclesiasticum . . . . dignemini reservare' ut in praecedente.

361. *Cum Petro de Luna praeposito ecclesiae Vratislaviensis dispensatur, ut secundum supplicationem sub nr. 360 etiam unum aliud beneficium recipere et retinere valeat. „Illos libenter" „Auinione XV kal. Augusti a. tercio."*

V
. *X* . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 129 fol. 480, R. Vat. 231 fol. 218'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 290.

---

362. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Rudolpho nato Johannis dicti Rulen, capellano Caroli Romanorum imperatoris, de canonicatu ecclesiae Wormatiensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 360. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Augusti a. tercio."*

X
. *X* . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 129 fol. 344', R. Vat. 230 fol. 166.

---

363. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni Rumpoldi*[a]) *de canonicatu ecclesiae Spirensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Augusti a. tercio."*

X
. *X* . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 129 fol. 344, R. Vat. 230 fol. 165'. — a) ‚Rampoldi' Vat.

---

364. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni quondam Michaelis de „Ponsuicz" beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi, decani et capituli ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstante, „quod idem Johannes perpetuum beneficium rectoriam misse b. Marie vulgariter nuncupatum noscitur obtinere." „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Augusti a. tercio."*

X
. *X* . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 131 fol. 57, R. Vat. 231 fol. 96.

---

365. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni Nicolai de Luthomusl*[a]) *de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 360. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Augusti a. tercio."*

X
. *X* . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 129 fol. 344', R. Vat. 230 fol. 166. — a) ‚Luthomussel' Av.

366. Johanni Nicolai de Luthomusl [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 360. „Vite ac morum“ „Avinione XV kal. Augusti a. tercio.“ — In e. m. episcopo Luthomuslensi, praeposito Luthomericensis Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X̄ . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 129 fol. 370, R. Vat. 230 fol. 188. — a) ‚Luthomussel‘ Av.

367. Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Johanni Petri de Cremsir beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatissae et conventus monasterii Portae Coeli in Tussnovicz [a]) *Cisterciensis ordinis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione XV kal. Augusti a. tercio.“*

X
. X . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 131 fol. 56′, R. Vat. 231 fol. 95′. — a) ‚Porteceli in Tussnowicz‘ Av.

368 Stanislao [a]) *Alberti de Poznania perpetuo vicario in ecclesia Vratislaviensi reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi, praepositi et archidiaconi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus, quod in ecclesia Vratislaviensi quandam perpetuam vicariam obtinet. „Vite ac morum“ „Auinione XV kal. Augusti a. tercio.“ — In e. m. episcopo Castrensi et s. Vincentii et b. Mariae de Arena in suburbio Vratislaviensi monasteriorum abbatibus.*

. X X̄ . *Avinione, 1355 Julii 18.*

R. Av. 131 fol. 433, R. Vat. 229 fol. 74. — a) ‚Stanyslao‘ Av.

369. Guilelmus [a]) *s. Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, canonicatum et praebendam ac archidiaconatum in ecclesia Vratislaviensi obtinens, ac episcopus et capitulum ecclesiae Vratislaviensis supplicant, quatenus certi iudices deputentur, qui capitula, ex constitutionibus ab olim Gentili tit. s. Martini in Montibus presbytero cardinali, in regno Ungariae et provincia Poloniae et terris adiacentibus apostolicae sedis legato, in concilio apud Posonium celebrato editis* [1]) *a Clemente papa VI confirmata,* [2]) *observari faciant. — „Dentur per cancellariam executorie in forma G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Augusti a. tercio.“*

Avinione, 1355 Julii 22.

R. Suppl. 26 fol. 160. — a) ‚G.‘ Suppl. — 1) Posonii 1309 Nov. 10, conf. Mon. Vat. Hung. ser. I tom. II pag. 365—369. 2) Avinione 1346 Sept. 2, conf. ibidem.

370. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus monasterio Aulae Regiae licentia permutandi castrum et bona Landsberg cum ecclesia Luthomuslensi pro aliis bonis ipso monasterio vicinis concedatur.*

Avinione, 1355 Julii 29.

Significat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quod monasterium dictum Aula Regia Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. habet quoddam castrum et alia bona in loco dicto Landesberg Luthomuslensis dioc. eidem monasterio donata et tradita per clare memorie Wenceslaum regem Boemie, avum suum, predicti monasterii fundatorem,[1]) que quidem castrum et bona distant a dicto monasterio per tres dietas. et quod ex ipsis abbas et conventus dicti monasterii tam propter ipsius loci distanciam ex multo tempore atque situm quam pro eo, quod dictum castrum forte existit et plerumque per . . officiales regni plerumque per nobiles teneri consuevit, longe minora emolumenta quam deceat et cum difficultate, laboribus et dispendiis maximis perceperunt, quin ymo eorum occasione plerumque dampna et pericula maxima subierunt et ad magnam paupertatem eciam devenerunt, propter que idem imperator eisdem abbati et conventui pie compatiens, ob reverenciam dei et intuitu meritorum dicti avi sui et tam pro sue quam eiusdem avi sui et aliorum predecessorum suorum animarum salute eisdem abbati et conventui aut monasterio super hiis cum S^tis^ V^re^ gracia humiliter providere, et ut ecclesia Luchomusslensis, que est nova plantacio seu ereccio, cui castrum et bona ipsa propter loci vicinitatem essent magis utilia et accomoda, honoribus et redditibus[a]) amplietur, desiderat, quod dictum monasterium. castrum et bona sua predicta de Landesberg permutet cum ecclesia Luchomusslensi predicta pro aliis bonis longe maiorum reddituum et emolumentorum et ipsi monasterio vicinis et propinquis, que per ipsum imperatorem seu alium vel alios ad hunc finem comparabuntur; et quod super hiis sepius est tractatum cum predictis abbate et conventu nec non cum abbate monasterii Czedlicensis dicti ordinis, patre abbate dicti monasterii Aule Regie, Pragensis dioc. ac eciam cum capitulo generali prefati ordinis, quorum omnium apperte conspiciencium, quod in hoc ipsius monasterii utilitas et direccio procuratur, unanimiter accedit desiderium et consensus. Quare humiliter supplicat imperator prefatus, quatinus faciendi permutacionem huiusmodi licenciam exnunc concedere vel concedendam alicui vel aliquibus discretis in partibus committere dignemini, prout S^ti^ V^re^ videbitur expedire, non obstantibus felicis recordacionis Benedicti pape XII, predecessoris vestri, et quibuscunque aliis constitucionibus contrariis, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Committatur, quod facta prius empcione bonorum fiat permutacio, si dictis ecclesiis utilis inveniatur G. D. Avinione IIII kal. Augusti a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 169. — a) ‚redditus' Suppl. — 1) Conf. Emler. Reg. Boh. II nr. 2004

---

371. *Raymundus de Lacaucina supplicat, quatenus Richardo Sutoris de beneficio ecclesiastico ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinente provideatur.*

Apud Villamnovam, 1355 Augusti 5.

Supplicat S^ti V^re Raymundus Descaus,[a]) existens in servicio soldatorum V^re S^tis, quatinus eidem in personam dilecti servitoris sui Ricardi Suttoris clerici Wratislabiensis dioc. graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante[b]) communiter vel divisim ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi Wratislabiensis, si quod in civitate vel dioc. vacat ad presens vel quamprimum vacare contigerit, eidem Ricardo dignemini misericorditer providere cum acceptacione etc. et anteferri et omnibus aliis clausulis ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Augusti a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 180'. — a) Corrige: ‚de Causina'. b) ‚expectant' Suppl.

---

372. Richardo[a]) Sutoris, clerico Vratislaviensis dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Augusti a. tercio". — In e. m. magistro Petro de S. Marciali decano Castri Novi de Arrio S. Papuli dioc., notario apostolico, et Bernardo Melioris canonico Metensis ecclesiae ac officiali Vratislaviensi.

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1355 Augusti 5.*

R. Av. 131 fol. 60, R. Vat. 231 fol. 99. — a) ‚Ricardo' Av.

---

373. Supplicatur, quatenus Petro Bertholdi de Brunna de praepositura ecclesiae s. Michaelis de Castro Ferreo de novo provideatur.

Apud Villamnovam, 1355 Augusti 21.

Pater sanctissime! Dudum felicis recordacionis Clemens papa VI, predecessor vester, ad supplicacionem devotorum vestrorum regis Vngarie et Elizabeth matris sue ac Stephani tunc Sclauonie, Croacie et Dalmacie ducis, fratris dicti regis, illustrium, dilecto ipsorum capellano et familiari Petro Bertholdi de Brunna, eciam dicti ducis cancellario, de prepositura ecclesie s. Michaelis de Castro Ferreo Jauriensis dioc. per ipsum predecessorem eciam tunc reservata et nichilominus vacante per obitum quondam Andree, ultimi eiusdem ecclesie prepositi, qui dudum extra Romanam curiam decessit, graciose providit. Verum quia litere super hoc, superveniente ipsius predecessoris obitu, non fuerunt confecte ac in supplicacione per predictum predecessorem signata, quod dicta prepositura dignitas curata et principalis in eadem ecclesia esset, prout existit, per inadvertenciam et simplicitatem formantis dictam supplicacionem non habetur, humiliter supplicatur, quatinus eidem Petro specialem graciam facientes, eidem dignemini de dicta prepositura per V^ram S^tem eciam specialiter reservata de novo providere non obstante, quod idem Petrus canonicatum et prebendam in ecclesia Za-

grabiensi noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat, nisi alteri fuerit ius quesitum G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam XII kal. Septembris a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 192.

---

374. *Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus ecclesias, monasteria aliaque loca ecclesiastica s. Benedicti, s. Augustini, Cluniacensis Cisterciensis, Praemonstratensis ordinum visitet, procurationes recepturus.*

Apud Villamnovam, 1355 Augusti 23.

Ven. fr. Johanni Paduano decano ecclesie Wissegradensis, apostolice sedis nuncio salutem etc. Licet universaliter .... Attendentes igitur, quod visitacionis officium, quod idcirco sacrorum indicit auctoritas canonum, ut visitatores quilibet indirecta dirigant, reformanda reforment et corrigant corrigenda, in personas et loca ad nos et Romanam ecclesiam nullo medio pertinencia a iam diu preiudicialiter siluit, prout silet, et cupientes personarum et locorum huiusmodi utilitatibus spiritualiter et temporaliter providere, ne, quod absit, apud eum, cuius vices in terris immeriti gerimus, negligencie arguamur, discrecioni tue .... mandamus, quatinus per te vel alium seu alios viros probos et timentes deum ecclesias, monasteria aliaque loca ecclesiastica nec non capitula, collegia, conventus et personas eorum, secularia et regularia, s. Benedicti et s. Augustini nec non Cluniacensis, Cisterciensis, Premonstratensis ac aliorum ordinum quorumcunque exempta duntaxat et illa eciam, que ex privilegio vel consuetudine quoad visitacionem non subsunt ordinariis [regni Boemie, in quo] nuncius apostolice sedis existis, hac vice auctoritate nostra statim receptis presentibus visitans tam in capite quam in membris, in eis reformanda reformes, indirecta dirigas et quecumque emendacionis sarculo indigere cognoveris, solicite ac solerter expurges ac omnia exequaris, que ad visitatoris dinoscuntur officium pertinere, ab ecclesiis, monasteriis, locis, capitulis, collegiis, conventibus et personis eisdem taliter visitatis, procuraciones, visitanti personaliter episcopo ecclesias, monasteria, loca, capitula, collegia, conventus, personas non exempta et ordinario sibi iure subiecta ab eis exhiberi solitas, iuxta formam constitucionis per .... Benedictum papam XII, predecessorem nostrum, super hoc edite in pecunia numerata racione visitacionis huiusmodi recepturus. Ut autem visitacio huismodi absque mora longioris temporis compleatur, unum, duo, tria vel plura ecclesias, monasteria et loca, capitula, conventus et collegia una et eadem die visitandi et a singulis eorum recipiendi procuraciones exhiberi solitas, ut premittitur, episcopo personaliter visitanti, sive pastus sive caritativa pabula sive alias quomodolibet nuncupentur, nichil tamen de hiis, que circa huiusmodi visitacionis officium debent fieri, omittendo .... tibi concedimus tenore presencium potestatem. .... Nostre tamen intencionis existit, quod hiis, quorum facultates ad integram solucionem huiusmodi procuracionis supportatis aliis oneribus consuetis non suppetunt, ultra quam iuxta suarum huiusmodi

facultatum exigenciam commode possunt, illi vero, qui de dicta procuracione nichil solvere possunt, super cuiusmodi eorum impotencia tuam conscienciam oneramus, ad solvendum aliquid pretextu mandati huiusmodi nullatenus compellantur. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. X kal. Septembris a. tercio.

R. Vat. 237 fol. 147'—150, R. Vat. 241 E (Archet.) nr. 123, R. Vat. 242 fol. 162'. — Haec littera reconstructa est ex littera Guilelmo archiepiscopo Coloniensi destinata et in registris l. c. plene descripta. Littera ad Johannem Paduanum sequentibus tantum verbis ad litteram archiepiscopo Coloniensi missam pertinentibus adnotata est: ,Item in e. m. d. f. Johanni Paduano decano ecclesiae Wissegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio. Licet etc. ut supra usque ordinariis eorundem regni Boemie, in quo etc. ut supra.' In tergo Archet. adnotatum est: ,R(escribe) B. de Marchia. VI. absens est. R.' Alia similis littera Arnaldo de Lacaucina apostolicae sedis nuntio in regnis Poloniae et Hungariae in R. Vat. 242 destinatur

---

375. Archiepiscopo[a]) *Pragensi et episcopis Olomucensi, Vratislaviensi, Misnensi mandatur, quatenus ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica suarum dioc. per visitatores idoneos visitent, eisque potestas procurationes recipiendi conceditur. „Licet universis archiepiscopis" etc. ut in nr. 275 „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. X kal. Septembris a. tercio".*

Apud Villamnovam, 1355 Augusti 23.

R. Vat. 273 fol. 164'. — a) ,episcopo' Vat.

---

376. Episcopo Bosnensi mandatur, quatenus Petro Tylonis de Dobra clerico Vratislaviensis dioc. ad supplicationem Nicolai episcopi Quinqueecclesiensis de canonicatu ecclesiae Quinqueecclesiensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Septembris a. tercio".

X
. X . *Apud Villamnovam, 1355 Septembris 11.*

R. Av. 129 fol. 343'.

---

377. Innocentius VI Carolum imperatorem Romanorum certiorem facit, Johannem de Vicedominis iam dudum ad se venisse, postmodum vero custodem Vissegradensem et Ulricum Schoff litteras ipsius sibi attulisse.

Apud Villamnovam, 1355 Septembris 13.

Carissimo in Christo filio Carolo imperatori Romanorum semper augusto. Jamdudum veniens ad nos d. f. Johannes de Vicedominis civis Aretinus quedam nobis pro parte tua in presentia venerabilium fratrum nostrorum Guidonis Portuensis et Petri Ostiensis episcoporum exposuit, nosque sibi ad ea re-

spondimus, sicut episcopos et Johannem predictos tibi credimus iam scripsisse, postmodum vero dd. ff. . . custos Wissegradensis Pragensis dioc. et Vlricus Scholf canonicus Wratislauiensis ecclesiarum, nuncii tui, nostram presenciam adeuntes quasdam nobis litteras tue magnitudinis, quas et eos benigne recepimus, attulerunt; et tam eis, que dicti nuncii retulerunt, quam, que huiusmodi littere continebant, diligenter auditis super eis, quantum cum deo potuimus, annuimus votis tuis, sicut ab eodem Vlrico, qui ad te revertitur, audies plenius viva voce. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Septembris a. tercio.

R. Vat. 237 fol. 164. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 345 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 785 nr. 280.

---

378. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Henrico et Johanni de Lucemburg de canonicatibus ecclesiae Cameracensis et Ambianensis ac Nicolao de Frankenheim de canonicatu ecclesiae Varmiensis provideatur.

Apud Villamnovam, 1355 Septembris 30.

Supplicat Sti Vre devotus filius vester Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quatinus sibi in personam dilecti sui consanguinei Henrici de Lucemburg clerici specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Cameracensis vacantibus vel vacaturis dignemini providere cum acceptacione inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et aliis non obstantibus [et] clausulis oportunis et executoribus.

Fiat in ecclesia Coloniensi G.

Item similem graciam pro dilecto consanguineo suo Johanne de Lucemburg clerico in ecclesia Ambianensi; in forma prout supra.

Fiat in ecclesia Treuerensi G.

Item similem graciam pro dilecto suo Nicholao de Frankinhain presbytero in ecclesia Warmiensi in forma ut supra, non obstante, quod idem parrochialem ecclesiam in Grudencz Culmensis dioc. noscitur obtinere et aliis opportunis ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Octobris a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 221.

---

379. Episcopo Tullensi mandatur, quatenus Johanni de Lucemburg, clerico Tornacensis dioc., de canonicatu ecclesiae Treverensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Octobris a. tercio".

X
. X . *Apud Villamnovam, 1355 Septembris 30.*

R. Av. 131 fol. 381', R. Vat. 229 fol. 32'.

380. Nicolao de Frankenheim[a]) *de canonicatu ecclesiae Varmiensis*[b]) *sub expectatione praebendae providetur. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Octobris a. tercio". — In e. m. episcopo Culmensi et praeposito Pomesaniensis*[c]) *ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. XX. *Apud Villamnovam, 1355 Septembris 30.*

R. Av. 131 fol. 380, R. Vat. 229 fol. 29. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 565. — a) ‚Frankinhaim' Av. b) ‚Warmiensis' Av. c) ‚Pomezaniensis' etc.

381. Arnaldus de Lacaucina[a]) *in regnis Poloniae et Ungariae apostolicae sedis nuncius supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Gneznensis*[b]) *vacantibus per promotionem Johannis episcopi Poznaniensis provideatur, non obstante, quod in Cracoviensi cum scholastria, in Gneznensi,*[c]) *Vratislaviensi, Titulensi*[d]) *ac Scepusiensi,*[e]) *Colocensis*[f]) *ac Strigoniensis dioc. canonicatus et praebendas obtinet. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II. kal. Octobris a. tercio".*

Apud Villamnovam, 1355 Septembris 30.

R. Suppl. 26 fol. 222'. — a) ‚Caucina' Suppl. b) ‚Gueneznensis' Suppl. c) ‚Gueneznensi' Suppl. d) ‚Titulensi' Suppl. e) ‚Scepsiensi' Suppl. f) ‚Colicensis' Suppl.

382. Nicolaus provincialis ordinis praedicatorum Bohemiae supplicat, quatenus Carolo Velislai de Spole de canonicatu ecclesiae Vissegradensis provideatur.

Avinione, 1355 Octobris 4.

Supplicat S[ti] V[re] devotissimus orator vester frater Nicholaus provincialis Boemie ordinis predicatorum, quatinus sibi in personam dilecti nepotis sui Karoli Welislai de Zpole presbyteri Pragensis diocesis, nullum beneficium ecclesiasticum obtinentis, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Wissegradensis prope Pragam dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat ibidem ad presens vel cum vacaverit, eidem Carolo conferendam donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, cum aliis non obstantibus et clausulis opportunis et executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione IIII non. Octobris a. tercio.

R. Suppl 26 fol. 225.

383. Carolo Velislai de Spole[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Octobris a. tercio".*

. XX. *Apud Villamnovam, 1355 Octobris 4.*

R. Av. 129 fol. 354', R. Vat. 230 fol. 175. — a) ‚Zpole' Av.

384. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus inhabilitatis macula Johannis Hohenheim de Weil, qui duas parochiales ecclesias ad sacros ordines non promotus tenuit, aboleatur. — Jaroslaus de Březnice et uxor sua supplicant, quatenus sibi plena remissio peccatorum in mortis articulo concedatur.

Avinione, 1355 Octobris 4.

Significat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator, quod Johannes Heeuheim[a]) de Wyle clericus Spirensis dioc., notarius et familiaris continuus commensalis ipsius, olim duas ecclesias parrochiales, videlicet unam in Friolsheim et aliam in Essenfelden predicte Spirensis et Eystetensis dioc. simul per tres annos tenuit continue et possedit, ad sacros ordines non promotus, fructusque percepit ex eisdem. Cum autem dictus Johannes ex premissis habens lesam conscienciam, ipsas parrochiales ecclesias in manibus ordinariorum predictorum dimiserit libere ac resignaverit sine fraude, supplicat prefatus imperator eidem S[ti], quatinus omnem infamiam et inhabilitatis maculam sive notam, quam incurrit propterea, de speciali gracia abolere eumque habilitare et habilem ad omnia, premissis nequaquam obstantibus, reddere sicut prius dignemini de gracia speciali, fructus, redditus, qui ad centum et quadraginta flor. auri vel circa ascendere possunt, sibi de uberiori dono gracie remittentes.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

Supplicat devotus et humilis vester ac sancte sedis apostolice servitor Jaroslaus de Brziesinez,[b]) baro regni Boemie, quatinus sibi et Elizabet, eius uxori, Pragensis dioc. specialem graciam facientes, concedere dignemini plenam remissionem peccatorum semel in mortis articulo ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione IIII non. Octobris a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 227. — a) Corrige: ‚Hohenheim'. b) Corrige: ‚Brziesnicz'.

---

385. Inhabilitatis macula Johannis Hohenheim de Weil[a]) in supplicatione sub nr. 384 expressorum occasione contracta aboletur et fructus ex ecclesiis ibidem praenotatis remittuntur. „Sedes apostolica“ „Auinione IIII non. Octobris a. tercio“.

X
. X . *Avinione, 1355 Octobris 4.*

R. Av. 130 fol. 489', R. Vat. 229 fol. 208'. — a) ‚Hernheim de Wile' Av.

---

386. Nobili viro Jaroslao de Březnice[a]) militi et Elisabeth[b]) eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione IIII non. Octobris a. tercio.“

Avinione, 1355 Octobris 4.

R. Av. 131 fol. 517', R. Vat. 229 fol. 166'. — a) ‚Brziesnicz' Av. b) ‚Elizabet' Av.

387. Innocentius papa VI scribit Carolo imperatori Romanorum, se recepisse litteras per Andream de Bohemia et Nicolaum Caroli sibi praesentatas.

Avinione, 1355 Octobris 4.

Carissimo in Christo filio Carolo imperatori Romanorum semper augusto. Dd. ff. Andreas de Boemia penitenciarius noster et Nicolaus Caroli ordinis fratrum predicatorum, prior provincialis fratrum dicti ordinis in regno Boemie, nuncii tui, ad nos[a]) pridie venientes, quasdam nobis magnitudinis tue literas, quas et ipsos quoque nuncios consideracione tua benigne recepimus et per quas literas nunciorum ipsorum petiisti adhiberi fidem relatibus, presentarunt. Intellectis itaque contentis in eisdem literis et, que iidem nuncii retulerunt, diligenter auditis, ad illa tibi per eundem Nicolaum respondendum duximus, sicut ab eo, qui ad te ad presens revertitur, audies plenius viva voce. D Auinione IIII non. Octobris a. tercio.

R. Vat. 237 fol. 189, R. Vat. 244 E (Archet.) nr. 173. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 346, et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 785, nr. 281. — a) Sequitur: ‚pro parte tua', sed cancellatum est in Archet. — In tergo Archet.: ‚IIII non. Oct. a. tercio R.XVIII.'

---

388. Bruno Helvici supplicat, quatenus sibi de beneficio ad ecclesiam Vissegradensem spectante provideatur.

Avinione, 1355 Octobris 13.

Supplicat S[ti] V[re] devotus orator vester Bruno quondam Holwici a) presbyter Pragensis dioc., nullum beneficium habens, quatinus eidem specialem graciam facientes, de aliquo beneficio vel officio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie s. Petri Wissegradensis prope Pragam communiter vel divisim, cum acceptacione etc. misericorditer dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus; et quod examen ad partes committatur.

Fiat G.

[D. Auinione III id. Octobris a. tercio.] b)

R. Suppl. 26 fol. 233. — a) Corrige: ‚Helwici'. b) Suppletum ex supplicatione in registro sequente.

---

389. Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Brunoni nato quondam Helvici[a]) Meltzer beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, etiam si simplex officium existat, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non exceedant, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Vissegradensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione III id. Octobris a. tercio.

Avinione, 1355 Octobris 13.

R. Av. 131 fol. 456, R. Vat. 229 fol. 90. — a) ‚Helwici' Av.

390. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Petro nato Johannis Leuthomertzri de canonicatu ecclesiae Vissegradensis provideatur.*

Avinione, 1355 Octobris 13.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator, quatinus dilecto clerico suo Petro nato Johannis Leuchomertzri de Praga, diuturni servitoris sui, de canonicatu et prebenda ecclesie s. Petri Wissegradensis prope Pragam vacantis vel vacature[a]) cum acceptacione etc. dignemini providere; cum ceteris non obstanciis et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Examen mittatur ad partes. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione III id. Octobris a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 235. — a) Corrige: „de canonicatu sub expectatione praebendae ... vacantis vel vacaturae."

---

391. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Petro nato Johannis Leuthomertzri de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione III id. Octobris a. tercio."*

X
. X .

Avinione, 1355 Octobris 13.

R. Av. 129 fol. 351, R. Vat. 230 fol. 174.

---

392. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus bona monasterio Aulae Regiae alienata ad proprietatem eiusdem monasterii revocari procuret.*

Avinione, 1355 Octobris 14.

Innocencius . . . . ven. fr. episcopo Olomucensi . . . . Ad audienciam nostram pervenit, quod tam dd. ff. abbas et conventus monasterii Auleregie ordinis Cisterciensis Pragensis dioc., quam predecessores eorum decimas, terras, domos, possessiones, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, redditus, iura, iurisdicciones et quedam alia bona ipsius monasterii datis super hiis litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunciacionibus et penis adiectis in gravem ipsius monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis litteras confirmacionis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, fraternitati tue per apostolica scripta[a]) mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, iuramentis, renunciacionibus, penis et confirmacionibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. D. Auinione II id. Octobris pontificatus nostri a. tercio.

Orig. archivii aul. Vindobonensis cum bulla plumbaea in filo canapis. — a) ‚scripta‘ bis in orig. — In plica: ‚Jo. de Fulgin‘. Sub plica ad partem sinistram: ‚Jo. Bellin̄‘. In rubro: ‚Wolframus de Herbipoli procur.‘ Inferius, sed cancellatum: ‚R. bull. Symoni de Legnitz pro salario‘.

393. Vladislaus dux Opoliensis rogatur, quatenus conversionem ad fidem catholicam Lituanorum, in quorum partibus utiliter operari potest, promoveat. „Cum tua nobilitas“ „Auinione X kal. Novembris a. tercio“.

Avinione, 1355 Octobris 23.

R. Vat. 244 E (Archet.) nr. 182. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 561.

394. Iudicibus mandatur, quatenus de universis circumstantiis permutationis bonorum inter monasterium Aulae Regiae et episcopum Luthomuslensem se informent et papam certiorem faciant.

V̄
. X . *Avinione, 1355 Octobris 31.*

Ven. fr. . . archiepiscopo Pragensi et dd. ff. . . Cistercii ac . . Morimundi Cabilonensis et Lingonensis dioc. monasteriorum abbatibus salutem etc. Exhibita nobis pro parte dd. ff. abbatis et conventus monasterii Auleregie Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. peticio continebat, quod ipsi habent in dioc. Luthomuslensi quoddam castrum dictum Landesperg et quedam opida murata et non murata utpote Landeskiroiram,[a]) Wilhelmswerde, Tribouiam et Cabilonem[b]) necnon campestres in Stradaw[c]) et Spadaw[d]) et quamplures alias villas de iuribus et pertinenciis dicti castri Landesperg existencia ac [ad] prefatos abbatem et conventum ac monasterium cum omnibus iuribus et pertinenciis eorundem pleno iure spectancia, que omnia dudum eidem monasterio donata et tradita fuerunt per clare memorie Wenceslaum regem Boemie, eiusdem monasterii fundatorem,[1]) queve a dicto monasterio per tres dietas distare noscuntur, et quod ipsi abbas et conventus tam propter huiusmodi distanciam atque loci situm quam pro eo, quod dictum castrum, quod forte existit, plerumque per officiales regni Boemie, plerumque per nobiles parcium illarum teneri consuevit, pauca et exigua inde emolumenta et cum magnis difficultatibus, laboribus et dispendiis perceperunt, quin ymo eorum occasione pluries dampna et pericula maxima subierunt et ad magnam paupertatem eciam sunt deducti, propter que inter ipsos abbatem et conventum inter se sepius et deinde cum dd. ff. abbate et conventu monasterii Cedelicensis ordinis et dioc. predictorum, cuius abbas paterabbas dicti monasterii Auleregie existit, necnon capitulo generali dicti ordinis ac inspectoribus ad hoc per dictum capitulum specialiter deputatis habitus est tractatus ac eciam deliberatum, dummodo super hoc ab apostolica sede possint licenciam obtinere, quod per ipsos castrum et bona predicta pro aliis bonis eidem monasterio Auleregie magis utilibus et vicinis et presertim cum ven. fr. nostro episcopo Luthomuslensi, qui ad hoc nomine ecclesie sue Luthomuslensis intendit, ut dicitur, seu quibuscunque aliis, cum quibus condicionem dicti monasterii Auleregie possint meliorem facere, permutentur. Quare pro parte ipsorum abbatis et con-

ventus monasterii Auleregie predicti fuit nobis humiliter supplicatum,[2]) ut eis faciendi permutacionem huiusmodi licenciam concedere dignaremur. Nos itaque, ... certam de premissis noticiam non habentes, discrecioni vestre . . . . per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos . . . . de premissis omnibus et singulis necnon de bonis huiusmodi eidem monasterio Auleregie magis utilibus et vicinis, pro quibus dicti abbas et conventus eiusdem monasterii pro dictis eorum castris et bonis (!) [f]) deliberaverint seu tractaverint permutare, et de ipsorum utroruinque bonorum valore, et an huiusmodi permutacio in utilitatem dicti [e]) monasterii Auleregie ac eiusdem Luthomuslensis vel alterius ecclesie, cum qua forsan permutacionem huiusmodi deliberari seu tractari contigerit, cedat et de premissorum omnium circumstanciis universis vos diligenter informare curetis et quecunque super hiis per informacionem huiusmodi repereritis, nobis vestris literis harum seriem continentibus sub sigillis vestris inclusa quantocius intimare curetis, ut super hiis vestra informacione instructi providere securius valeamus. Nos enim super premissis vestras consciencias oneramus. D. Auinione II kal. Novembris a. tercio.

R. Av. 131 fol. 500, R. Vat. 229 fol. 233. — [a]) ‚Landeskimiram' Vat., corrige: ‚Landeskron'. [b]) Corrige: ‚Gablonem'. [c]) Corrige: ‚Stradaun'. [d]) Corrige: ‚Cbanow'. [e]) ‚eiusdem' Vat. [f]) Corrige: ‚monasterii dicta eorum castra et bona' — [1]) Conf. Emler, Reg. Boh. II nr. 2004. [2]) Conf. nr. 370.

---

395. Archiepiscopus Pragensis certior fit, quo modo registrum beneficiorum ecclesiasticorum occasione exactionis decimae Carolo imperatori Romanorum concessae significandorum fieri et quibus terminis pars eiusdem decimae apostolicam sedem contingens tradi debet.

Avinione, 1355 Novembris 6.

Innocencius etc. Ven. fr. archiepiscopo Pragensi salutem etc. Dudum, ut exaccio decime in regno Boemie carissimo in Christo filio nostro Carolo imperatori semper augusto tunc regi Romanorum per sedem apostolicam graciose concesse purius procederet et in ea contra intencionem nostram gravari aliquem non contingeret, tibi et dilectis filiis vicario tuo in spiritualibus ac . . officiali Pragensi dedimus per nostras litteras in mandatis sub excommunicacionis pena, quam te ac ipsos vicarium et officialem incurrere volumus eo ipso, nisi mandatis nostris huiusmodi effectualiter pareretis, ut vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios omnia et singula monasteria et ecclesias nec non dignitates, personatus, officia et alia beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura Pragensis civitatis et dioc. et summam, in qua singula eorum, que sunt in decime solucione taxata, in huiusmodi solucione taxata sunt, ac valorem annuum cuiuslibet eorum, que in huiusmodi solucione minime sunt taxata, nec non, quicquid de redditibus et proventibus monasteriorum, ecclesiarum, dignitatum, personatuum, officiorum et beneficiorum ipsorum tunc exactum et receptum extiterat, cum nominibus et cognominibus personarum solvencium in scriptis manu publica redactum fideliter sub sigillis vestris significare nobis sine dilacione aliqua curaretis et insuper partem, que de huiusmodi exacta et extunc

in antea exigenda pecunia huiusmodi decime cameram nostram contingebat. d. f. Johanni Paduano, decano ecclesie Wisegradensis tue dioc., eiusdem sedis nuncio, illius videlicet pecunie, que exacta erat, infra mensem a recepcione litterarum ipsarum et exigende in antea infra unum similiter mensem a recepcione huiusmodi pecunie computandum integre ac sine diminucione aliqua traderetis, prout in eisdem litteris plenius continetur.[1]) Cum autem, sicut pro parte tua fuit nobis expositum, tu ignores, utrum nos volumus, quod tu ecclesias, monasteria, dignitates, personatus, officia et beneficia huiusmodi ac summam, in qua ea, que in decime solucione taxata sunt, in huiusmodi solucione taxata existunt, ac valorem annuum eorum, que in solucione ipsa taxata non sunt, de novo redigi in scripturam, an sufficiat nobis, si transmittas nobis copiam regestri, secundum quod huiusmodi decimam exigisti, scire te volumus, quod, sive de novo ecclesias, monasteria, dignitates, personatus, officia et beneficia huiusmodi ac summam et valorem eorum in scripturam redigas seu redigi facias, sive copiam regestri huiusmodi nobis mittas, dum tamen ecclesias, monasteria, dignitates, personatus, officia et beneficia huiusmodi eorumque valorem et summam cum nominibus personarum solvencium et pecuniarum solutarum quantitatibus fideliter et particulariter indices, contentamur. Ceterum cum in exaccione et solucione huiusmodi decime Omnium Sanctorum pro primo et penthecostes festivitates pro secundo termino annis singulis, quibus ipsa decima solvi debait, iam elapsis fuerint constitute, nos te favorabilius prosequentes, volumus, ut ex pecunia, quam ex ipsa decima seu eius residuis deinceps te vel subcollectores tuos annis singulis in singulis eisdem festivitatibus recepisse contigerit, partem cameram contingentem eandem infra unum mensem singulas festivitates easdem immediate sequentem et non antea, nisi volueris, eidem nuncio, cui te ac dictos vicarium et officialem absolvendi in forma ecclesie consueta a sentencia excommunicacionis, si quam occasione huiusmodi non facte solucionis seu tradicionis partis ipsius in constitutis terminis incurristis, iniuncta tibi et illis penitencia salutari, forsitan ac super irregularitate, si quam non tamen in contemptum clavium celebrando divina vel inmiscendo vos illis aut in susceptis ordinibus ministrando ligati huiusmodi sentencia contraxistis, dispensandi plenam concedimus tenore presencium potestatem, aut ei, quem[a]) ipse ad hoc deputaverit, non obstantibus predictis prioribus litteris assignare et tradere tenearis. D. Avinione VIII id. Novembris pontificatus nostri a. tercio.

Similis littera fuit facta et missa episcopo Olomucensi et sub eadem data.

Item eadem similis littera fuit facta et missa episcopo Luthomuslensi et sub simili data.

R. Vat. 242 fol. 175'. — [a]) ,quam' Vat. — [1]) Conf. nr. 337.

---

396. Rudolphus Saxoniae dux supplicat, quatenus Nicolao Beswik de canonicatu ecclesiae Pragensis et Hermanno Witten de canonicatu ecclesiae Vissegradensis provideatur.

Avinione, 1355 Novembris 8.

Sanctissimo in Christo patri et domino Innocencio . . . . Rudolfus dei gracia Saxonie, Angharie, Westfalie dux, comes in Brena sacrique Romani imperii archimarscalcus . . . .

Item devote supplicamus, quatinus dilecto nostro capellano ac secretario Nicolao Beswik[a]) Nuwenburgensis ac s. Sebastiani in Magdeburch ecclesiarum canonico et rectori[b]) parrochialis ecclesie in Prascolis Pragensis dioc. graciam facientes specialem, de canonicatu Pragensis ecclesie cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam quoque integram seu capitularem, si qua vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem conferendam donacioni sedis apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione decreto et clausula anteferri; non obstante, quod idem Nicolaus dictam ecclesiam parrochialem in Prascolis Pragensis dioc. dinoscitur obtinere et quod sit canonicus Nuwenburgensis ac s. Sebastiani in Magdeburgis ecclesiarum, nullam fructuum percepcionem adeptus, quibus canonicatibus et iuribus, racione eorum sibi competentibus, adepta possessione canonicatus et prebende Pragensis paratus erit renunciare; et non obstantibus consuetudinibus et statutis dicte ecclesie Pragensis, et cum aliis non obstantibus et clausulis opportunis et executoribus. Fiat G.

Item supplicamus, quatinus dilecto nostro capellano Hermanno Wictein, Pragensis ac Lubicensis ecclesiarum canonico, graciam facientes specialem, de canonicatu Wissegradensis ecclesie extra muros Pragenses cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam quoque maiorem, si qua vacat ad presens vel quam primum vacare contingerit, eidem conferendam donacioni sedis apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Hermannus canonicatus et prebendas in Pragensi et Lubicensi ecclesiis dignoscitur obtinere, et quod in ecclesia Wissegradensi predicta sint prebende maiores et minores, et non obstantibus consuetudinibus et statutis dicte Wissegradensis ecclesie ac aliis non obstantibus et clausulis opportunis et executoribus. D. Prage anno MCCCLV mensis Januarii die quarta.

Fiat G. Item quod transeant sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI id. Novembris a. tercio.

R. Suppl 26 fol. 258. — a) Correctum ex: ‚Belwili‘ in Suppl. b) ‚rectore‘ Suppl.

---

397. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Nicolao Beswik de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione integrae praebendae provideri procuret, cum non obstantibus et conditionibus ut in supplicatione sub nr. 396. „Dignum arbitramur“ „Auinione VI id. Novembris a. tercio.“

X
. X . *Avinione, 1355 Novembris 8.*

R. Av. 129 fol. 402.

398. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Hermanno Witten* a) *de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione maioris praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 396. „Dignum arbitramur“ „Auinione VI id. Novembris a. tercio.“*

X
. X . *Avinione, 1355 Novembris 8.*

R. Av. 129 fol. 401'. — a) ‚Wicten‘ Av.

---

399. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus inhabilitatis macula Sifridi de Jakubov aboleatur et ecclesia parochialis in Dyax Olomucensis dioc. ei conferatur.*

Avinione, 1355 Novembris 9.

Significat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum imperator, quod dudum parrochiali ecclesia in Dyax Olomucensis dioc. vacante Zifridus de Jacobav, tunc in XVIII etatis sue anno vel circiter constitutus, ad eam fuit per patronos eiusdem ecclesie laycos presentatus et in illa auctoritate ordinaria institutus ipsamque ecclesiam per unum cum dimidio, ad sacerdocium non promotus, ac deinde in presbyterum ordinatus per XVII a) annos vel circiter tenuit et possedit ac tenet et possidet pacifice et quiete fructus percipiens ex eadem. Quare supplicat imperator prefatus, quatenus omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, quam propterea prefatus Zifridus incurrit, penitus abolere eumque habilitare et habilem reddere dictamque ecclesiam eidem Zifrido, cum aliud beneficium non habeat, conferre dignemini, fructusque sic perceptos remittentes eidem.

Fiat, postquam satisfecerit de fructibus perceptis camere nostre G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V id. Novembris a. tercio.

R. Suppl. 26 fol. 248'. — a) ‚decem et octo‘ in littera sub nr. 400.

---

400. *Cum Sifrido de Jakubov* a) *dispensatur super inhabilitatis macula in supplicatione sub nr. 399 descripta et fructus de ecclesia in Dyax percepti remittuntur. „Sedes apostolica“ „Auinione V id. Novembris a. tercio“.*

X
. X . *Avinione, 1355 Novembris 9.*

R. Av. 129 fol. 519, R. Vat. 231 fol. 250. — a) ‚Zifrido de Jacobow‘ Av.

---

401. *Abbati monasterii Lucensis Olomucensis dioc. et archidiacono Znoimensi* a) *ac Alberto de Liticz* b) *canonico Pragensi mandatur, quatenus Sifrido de Jakubov* c) *parochialem ecclesiam in Dyax conferant. „Probitatis et virtutum“ „Auinione V id. Novembris a. tercio“.*

X
. X . *Avinione, 1355 Novembris 9.*

R. Av. 130 fol. 97', R. Vat. 231 fol. 61. — a) ‚Snoymensi' Av. b) ‚Lutiez' Av. c) Zifrid. de Jacobow" Av.

---

402. *Solutio pecuniarum a Johanne Paduano decano ecclesiae Vissegradensis, collectore in regno Bohemiae, recollectarum.*

1355 Decembris 4.

Anno domini millesimo CCC quinquagesimo quinto, indiccione VIII, pontificatus .... Innocencii .... pape VI. a tercio. Die IIII mensis Decembris recepti fuerunt a domino Johanne Paduano decano Vicegradensi, collectore in regno Boemie, de pecuniis per eum camere recollectis tam de decimis quam de fructibus beneficiorum ad cameram pertinencium, solvente per manus Antonii Malabayla mercatoris Astensis — V^M florenorum fortium.

Int. et. Exit. (1355) 277 fol. 71. — Ed. aqud Kirsch, Kollektorien pag. 381.

---

403. *Obligatio Sifridi de Jakubov plebani ecclesiae in Dyax.*

1355 Decembris 12.

Dominus Sifridus de Jacobo plebanus ecclesie in Diax Olomucensis dioc. eodem anno [MCCCLV] a) et XII die Decembris composuit pro fructibus per ipsum indebite perceptis ex dicto plebanatu in II^C flor.

Solvit LX flor. in XXXVIII folio anni III domini Innocencii.[1]) Restant CXL flor.

Obl. et Sol. 23a fol. 29'. — a) Suppletum ex marg. sup. — [1]) Conf. nr. 404.

---

404. *Solutio Sifridi plebani in Dyax pro fructibus indebite perceptis.*

1355 Decembris 12.

Die XII mensis Decembris [a. d. millesimo CCC quinquagesimo quinto]. a) Cum dominus Siffridus plebanus ecclesie parrochialis in Diax Olomucensis [dioc.] pro fructibus dicte ecclesie per eum indebite perceptis composuisset cum camera in II^C flor. auri solvendis certis terminis, videlicet die presenti LX flor. et in die Omnium Sanctorum proxime veniente LXX flor. et in alio festo Omnium Sanctorum tunc sequente anno revoluto [alios LXX flor.], prout constat per instrumentum super hoc receptum per dominum Johannem Palaysini, idem Siffredus pro primo termino in deduccionem dicte summe solvit manualiter LX flor.

Int. et Exit. 277 fol. 31. — Ed. apud Kirsch, Annaten pag. 37. — a) Suppletum ex folio 3.

405 *Mercatoribus Astensibus conceditur facultas recipiendi pecunias camerae apostolicae debitas et quitandi de eis.*

Avinione, 1356 Januarii 7.

Dd. ff. Antonio et Guidoni Malabayla ac Raphaeli Damiani nec non Martino Cacayrani [a]) et Oberto de Plana civibus et mercatoribus Astensibus salutem etc. Gerentes de fidelitate ac probitate vestra fiduciam in domino specialem, vobis et cuilibet vestrum per vos vel alium seu alios petendi, exigendi et recipiendi nomine camere apostolice a quibuscunque nunciis apostolicis in Vngarie, Boemie et Polonie regnis ac Alamannie partibus per sedem apostolicam hactenus deputatis et in antea deputandis vel procuratoribus eorundem et eorum singulis omnes et singulas pecuniarum et tam auri quam argenti et rerum aliarum quarumlibet quantitates et summas, quecunque sint et in quibuscunque rebus consistant, nobis et eidem camere debitas et debendas imposterum, et eos, a quibus quantitates et summas huiusmodi recipietis, quitandi et absolvendi plene et libere de hiis duntaxat, que ab eis recipere vos continget, plenam concedimus tenore presencium potestatem. Volumus autem, quod quociens ab eisdem nunciis vel procuratoribus aliquid recipere vos continget, cameram ipsam de hiis, que recipietis, per instrumentum seu instrumenta publica statim certificare curetis. D. Auinione VII id. Januarii a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 3. — a) Corrige: ‚Catayrani'.

---

406. *Solutio pecuniarum, a Johanne Paduano decano ecclesiae Vissegradensis, collectore in regno Bohemiae, recollectarum.*

1356 Januarii 7.

A. domini millesimo CCC quinquagesimo VI, indiccione nona, pontificatus .... Innocencii .... pape VI a. quarto. Die VII Januarii, anno, indiccione et pontificatus predictis recepti fuerunt a domino Johanne Paduano decano ecclesie Viscegradensi, collectore fructuum beneficiorum ecclesiasticorum vacancium, ad cameram apostolicam pertinencium, in regno Boemie auctoritate apostolica deputato, de pecuniis per eum receptis et recollectis in collectoria sua, ad predictam cameram pertinentibus, solvente per manus Guidonis Malabayla mercatoris Estensis, habitatoris Auinionensis — III^M^ III^C^ VII floreni fortes, XVIII scuti VIII denarii.

Int. et Exit. (1356) 278 fol. 73. — Ed. apud Kirsch, Kollektorien pag. 384.

---

407. *Johannes episcopus Luthomuslensis quitatur de solutione suorum servitiorum camerae apostolicae.*

Avinione, 1356 Januarii 8.

Universis etc. Stephanus [. . . . archiepiscopus Tholosanus, domini nostri pape camerarius . . . . Ad universitatis vestre noticiam . . . deducimus],[a]) quod dominus Johannes episcopus Luthomuslensis in regno Boemie in provincia Pragensi pro complemento sui communis servicii, quo erat [camere . . . . summi pontificis obligatus], ... ducentos florenos auri prefate camere nec non et pro complemento IIII serviciorum familiarium etc. triginta quatuor florenos auri, decem solidos et VIII denarios[b]) monete Auinionensis clericis [camere supradicte . . . .] per manus domini Johannis de Luthomusl canonici s. Petri in Bruna, eius familiaris, die date presencium solvi fecit . . . . D. Auinione die VIII mensis Januarii a. domini MCCCLVI, indiccione IX, pontificatus . . . . Innocencii VI a. IIII.

Obl. et Sol. 30 fol. 95', R. Av. 122 fol. 424'. — a) Suppletum ex litteris in cod. praecedentibus. b) ‚VIII den.' deest in Av. — De eadem solutione in lib. Int. et Exit. (1356) 278 fol. 7 his verbis mentio fit: „Die VIII mensis Januarii recepti fuerunt a domino Johanne episcopo Luthomuslensi in regno Boemie et in provincia Pragensi pro complemento sui communis servicii, solvente per manus domini Johannis de Luthomuslen.(!) canonici s. Petri in Bruna, eius familiaris. — II[C] floreni.

---

408. *Decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Johanni Mäthiae de Kojeitcz beneficium ecclesiasticum in dioc. Pragensi reservet.*

X̄
. X . *Avinione, 1356 Januarii 9.*

D. f. . . decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Volentes itaque . . . . Johannem Mathye de Cogetitz, clericum Pragensis dioc. . . . . favoribus prosequi graciosis, discrecioni tue . . . . mandamus, quatenus . . . . beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . ., si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcarum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem archiepiscopi Pragensis . . . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Pragensis pertinens, si quod in civitate vel. dioc. Pragensi vacat ad presens vel cum vacaverit, ... conferendum eidem Johanni . . . . donacioni tue auctoritate nostra reserves . . . ., non obstantibus . . . ., quod idem Johannes beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . abbatis et conventus monasterii Milocensis Premonstratensis ordinis dicte Pragensis dioc. . . . . pertinens, in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, auctoritate litterarum nostrarum se asserit expectare, quas quidem litteras et processus per eas habitos et quecunque inde secuta ex nunc cassamus . . . . D. Auinione V id. Januarii a. quarto.

R. Av. 133 fol. 6'.

---

409. *Decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Pešíkoni Johannis dicti Nakvasae*[a]) *clerico Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura,*

cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi, prepositi, decani et capituli ecclesiae Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione V id. Januarii a. quarto“.

X
. X .   *Avinione, 1356 Januarii 9.*

R. Av. 133 fol. 7. — a) ‚Pessikon. Joh. d. Naquasc‘ Av.

---

410. *Alberto Bohuslai de Liticz indulgetur, ut perpetuam vicariam ecclesiae Pragensis pro alio beneficio permutare valeat.*

V
. X .   *Avinione, 1356 Januarii 9.*

D. f. Alberto Bohuslai de Luticz canonico Pragensi s. etc. Suffragancia tibi probitatis . . . . Dudum siquidem volentes tibi graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Pragensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate contulimus et providimus etiam de eodem ac prebendam ipsius ecclesie necnon dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . archiepiscopi Pragensis et . . . . prepositi, . . decani et capituli eiusdem ecclesie pertinentem seu pertinens communiter vel divisim, etiam si in eadem ecclesia foret, si . . . . tunc vacabant vel cum vacarent . . . ., conferendas, conferendos vel conferenda tibi . . . . donacioni apostolice reservavimus ac voluimus, quod, quamprimum vigore dicte gracie huiusmodi prebende ac dignitatis, personatus vel officii possessionem fores pacificam assecutus, perpetuam vicariam, quam in dicta ecclesia obtinebas, prout obtines, ... omnino dimittere teneereris, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos itaque volentes te, qui, sicut asseris, prebendam, dignitatem, personatum vel officium huiusmodi vigore dictarum litterarum nondum assecutus fuisti, ... favore prosequi ampliori, tuis supplicacionibus inclinati, ut vicariam predictam pro alio vel aliis beneficio seu beneficiis ecclesiasticis libere permutare ac beneficium vel beneficia, quod vel que vigore permutacionis huiusmodi assequi te continget, una cum canonicatu et prebenda ac prestimonio seu obediencia, que in Wissegradensi obtines, ac prebenda, dignitate, personatu vel officio, quas, quos vel que in eadem Pragensi ecclesiis assequi te forsan continget, dummodo se compaciantur invicem, licite retinere premissis non obstantibus valeas, tibi auctoritate apostolica tenore presencium indulgemus . . . . D. Auinione V id. Januarii a. quarto.

R. Av. 133 fol. 190.

---

411. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Marquardo de Soběšín a) sacristae ecclesiae Vissegradensis prope Pragam de canonicatu eiusdem ecclesiae sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, „quod idem Marquardus in eadem ecclesia sacristiam cum prestimonio alias obedienciaria in Kamen-*

most vulgariter nuncupato necnon parrochialem ecclesiam in Nostupow Pragensis dioc. noscitur obtinere". „Dignum arbitramur" „Auinione V id. Januarii a. quarto".

X
. X . *Avinione, 1356 Januarii 9.*

R. Av. 134 fol. 298, R. Vat. 230 fol. 165'.

---

412. *Decano Vissegradensi mandatur, quatenus Johanni nato nobilis viri Busconis de Vilharticz*[a]) *militis, clerico Pragensis dioc., ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris, cuius camerae magister existit, de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione id. Januarii a. quarto".*

X
. X . *Avinione, 1356 Januarii 13.*

R. Av. 134 fol. 506. — a) ‚Wilharticz' Av. — Conf. Mon. Vat. I nr. 904, 905.

---

413. *Decano ecclesiae b. Mariae Civitatis Austriae*[a]) *Aquilegensis dioc. mandatur, quatenus Mathiae nato quondam Wolframi de Pannwitz,*[b]) *clerico Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis, ad supplicationem ipsius imperatoris de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, quod in ecclesia s. Sepulchri Legnicensi Vratislaviensis dioc. canonicatum obtinet et praebendam. „Dignum arbitramur" „Auinione id. Januarii a. quarto".*

X
. X . *Avinione, 1356 Januarii 13.*

R. Av. 134 fol. 524'. — a) ‚Austrie' Av. b) ‚Panewitz' Av.

---

414. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Petro Elblini*[a]) *clerico Pragensi ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione id. Januarii a. quarto".*

X
. X . *Avinione, 1356 Januarii 13.*

R. Av. 132 fol. 368'. — a) ‚Ebblini' Av.

---

415. *Bertrando episcopo Aptensi mandatur, quatenus de conditionibus permutationis castri Donaustauf pro aliis bonis ad regnum Bohemiae spectantibus inter*

episcopum Ratisponensem et Carolum Romanorum imperatorem tamquam Bohemiae regem conclusae se informet.

V
. X .

Avinione, 1356 Januarii 18.

Ven. fr. Bertrando epĩscopo Aptensi salutem etc. Exhibita nobis pro parte karissimi in Christo filii Karoli Romanorum imperatoris semper augusti et Boemie regis ac ven. fratris nostrorum Friderici episcopi Ratisponensis peticio continebat, quod nuper prefatus episcopus attendens, quod castrum Stauffen alias dictum Tunnstaufen in dioc. Ratisponensi consistens et nonulla alia castra, opida et loca ad episcopalem mensam Ratisponensem spectancia dudum eciam, antequam possessionem administracionis bonorum et iurium ecclesie sue Ratisponensis fuisset adeptus, cum pro magnis pecuniarum summis diversis creditoribus laycis cum magno etiam dampno ipsius mense obligata tum per laycalem potenciam ab aliis occupata fuerant et tunc erant, prout sunt, dictaque mensa erat adeo huiusmodi debitorum et paupertatis mole obpressa, quod idem episcopus nedum castra, opida et bona predicta redimere imo nec statum suum decenter tenere nec honeste eciam sustentari valebat, predictum castrum Stauffen ex premissis et certis aliis causis per nuncios et litteras imperatoris et episcopi predictorum nobis expressas pro utilitate mense predicte et ecclesie sue Ratisponensis cum prefato Karolo, suo tanquam regis Boemie et successorum suorum Boemie regum, qui erunt pro tempore, et regni sui Boemie nomine pro certis alio castro, rebus et bonis ad dictos regem et regnum spectantibus equivalentibus, et ecclesie sue predicte eque utilibus permutavit, quodque prefatus imperator dicto nomine castrum ipsum de manibus laicorum, qui illud pro magnis pecuniarum summis obligatum, ut prefertur, dudum tenuerant et tenebant, suis propriis pecuniis ad instanciam dicti episcopi redemit et tenet. Quare pro parte imperatoris et episcopi predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut permutacioni huiusmodi robur apostolice firmitatis adicere dignaremur. Nos itaque de premissis certam noticiam non habentes, huiusmodi supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis gerimus in domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus ad illas partes te personaliter conferas vocatis dilectis filiis capitulo dicte ecclesie et aliis, de quibus tibi videbitur, de premissis omnibus et singulis et presertim, si bona, que predictus imperator eisdem episcopo et mense pro dicto castro, ut premittitur, rependit vel adhuc rependere seu supplere voluerit, si sit opus, sint equivalencia vel eciam meliora, et utrum permutacio huiusmodi cedat in utilitatem mense et ecclesie predictarum, aliisque circumstanciis universis diligencius te informes, et quecunque super hiis per informacionem huiusmodi repereris, nobis per te vel per tuas litteras harum seriem continentes, sub tuo sigillo inclusas, fideliter referre et intimare procures, ut huismodi informacione recepta, super hiis securius providere possimus, quid in premissis facere habeamus, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione XV kal. Februarii a. quarto.

R. Av. 133 fol. 189'.

416. *Archiepiscopus Pragensis, episcopus Misnensis ac decanus ecclesiae Vissegradensis conservatores prioris et conventus Maioris domus Carthusiae*[a]) *Gratianopolitanae dioc. aliorumque priorum et fratrum ac conversorum Carthusiensis ordinis in diversis mundi partibus consistentium instituuntur. „Militanti ecclesie" „Auinione II non. Februarii, pontificatus nostri a. quarto".*

. C. *Avinione, 1356 Februarii 4.*

R. Av. 133 fol. 151. — a) ‚Cartusie' Av.

---

417. *Priori generali et fratribus ordinis heremitarum s. Augustini conceditur licentia novum monasterium in civitate Luthomuslensi construendi.*

. X/X. *Avinione, 1356 Februarii 5.*

Dd. ff. . . priori generali et fratribus ordinis heremitarum s. Augustini salutem etc. In hiis, que animarum salutem . . . . Sane peticio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat, quod civitas Luthomuslensis est locus utique populosus et pro religiosis mendicancium ordinum, quorum nulla ibi domus habetur, aptus valde et eciam oportunus. Nos itaque . . . . Karoli imperatoris Romanorum . . . ., nobis in hac parte humiliter supplicantis, vestrisque supplicacionibus inclinati, recipiendi unum locum in civitate predicta ad nomen, opus et usum fratrum vestri ordinis et in eo edificandi et construendi domos, ecclesiam, capellam seu oratorium cum cimiterio necnon campanili et campana ac aliis necessariis officinis et in eo morandi sine preiudicio parrochialis ecclesie et alterius cuiuscunque, constitucione . . . . Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, prohibente, ne religiosi ordinum mendicancium loca de novo recipiant absque sedis apostolice licencia speciali, faciente plenam et expressam de prohibicione huiusmodi mencionem, nequaquam obstante, vobis auctoritate apostolica plenam et liberam tenore presencium licenciam elargimur . . . . D. Auinione non. Februarii a. quarto.

R. Av. 133 fol. 200'. — Reg. apud Brandl, Cod. dipl. Mor. IX pag. 6 nr. 7 ex transsumpto archivii monasterii s. Thomae in Brunna.

---

418. *Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis potestas exigendi pecunias camerae apostolicae debitas conceditur.*

Avinione, 1356 Februarii 5.

D. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc. apostolice sedis nuncio salutem etc. Sunt[a]) in civitate et dioc. ac provincia Pragensi nonnulli ecclesiarum ac monasteriorum prelati et clerici[b]) ecclesiasticeque persone necnon capitula conventus et collegia, qui ad solucionem certarum pecuniarum seu rerum aliarum nomine census aut alias ecclesie Romane annis singulis seu alias debitarum eidem ecclesie obligantur. Volentes igitur commoditatibus[c]) prelatorum et clericorum ac personarum providere ac indempnitati

ecclesie consulere predictorum, discrecioni tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per te vel alium seu alios [d]) petendi, exigendi et recipiendi a prelatis, eciam si archiepiscopali aut quavis alia prefulgeant dignitate, necnon clericis, personis, capitulis, conventibus et collegiis ipsis omnibus et singulis omnes et singulas pecuniarum aut rerum quarumlibet aliarum quantitates et summas eidem ecclesie, sive census aut quovis alio nomine, titulo, racione seu causa debitas pro preterito tempore et debendas inantea pro futuro, et eos de hiis dumtaxat, que ab ipsis recipere te continget, absolvendi et quitandi plene et libere ac insuper contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendi, plenam concedimus tenore presencium [e]) potestatem . . . . Volumus autem, quod de hiis, que in premissis quomodolibet egeris, per patentes litteras tuas publica manu scriptas cameram nostram efficias cerciorem, quodque per hoc nullum eidem ecclesie preiudicium generetur, quominus illi, qui ad solucionem huiusmodi eidem ecclesie, ubicunque ipsa fuerit, faciendam tenentur, ad illam imposterum sic eidem faciendam ecclesie remaneant obligati. D. Auinione non. Februarii a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 15, R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 166. — Reg. apud Dudik, Iter Rom. II pag. 122. — a) Initium huius litterae in Archet. genuine hunc tenorem habuit: ‚Sunt in civitate et dioc. ac provincia Pragensi nonnulle persone ecclesiastice necnon capitula, conventus, nonnulli prelati et clerici ac persone', sed his omnino cancellatis eadem manus sic, ut superius legitur, continuavit. b) Sequitur: ‚ac persone', sed cancellatum in Archet. c) Sequitur: ‚personarum [supra lin. adscr. „providere ac"] indempnitati ecclesie consulere predictarum, discrecioni tue ab omnibus', sed cancellatum in Archet. d) ‚de qua — alios' in Vat. 238 ommissum. e) Sequitur ‚auctoritate apostolica', sed cancellatum in Archet. — In tergo Archet.: ‚non. Februarii a. IIII R. XXI'.

---

419. *Carolus Romanorum imperator rogatur, quatenus ordinem Theutonicorum ac terras et subditos eius habeat commendatos. „Quid amoris" „Auinione VII id. Februarii a. IIII".*

Avinione, 1356 Februarii 7.

R. Vat. 244 E (Archet.) nr. 55. — Reg. apud Dudik, Iter Rom II pag. 122.

---

420. *Innocentius papa VI Carolo Romanorum imperatori pro litteris super decima cleri in Alamannia gratias agit et eum rogat, quatenus in fructibus colligendis auxilium papae praestet. „Magnitudinis tue" „Auinione VI id. Februarii a. quarto".*

Avinione, 1356 Februarii 8.

R. Vat. 238 fol. 15'. — Reg. apud Dudik, Iter Rom. II pag. 122.

---

421. *Episcopo Poznaniensi mandatur, quatenus Johanni Hecardi custodi ecclesiae Poznaniensis, capellano Kazimiri regis Poloniae, ad supplicationem ipsius regis, canonicatum et praebendam ecclesiae Vratislaviensis vacantes per promotionem canonici Alberti ad episcopatum Poznaniensem conferat, „licet per . . . . Nicolaum de Saldorf presbyterum Vratislaviensis dioc. detineantur indebite occupati"; non obstantibus, quod idem Johannes in Poznaniensi cum custodia et in Luncicia*[a]) *Gneznensis dioc. ecclesiis canonicatus et praebendas noscitur obtinere. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Marcii a. quarto".*

V X . X . — *Avinione, 1356 Februarii 15.*

R. Av. 132 fol. 140'. — Ed. apud Theiner, Mon Pol. I pag. 568. — a) ‚Lanticia' Av.

---

422. *Scholastico ecclesiae Cracoviensis mandatur, quatenus Johanni Czelegii in iure canonico studenti, de nobili genere procreato, ad supplicationem Kazimiri Poloniae regis de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, quod praeter alios canonicatum cum praebenda in Vratislaviensi ecclesia obtinet. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Marcii a. quarto".*

I X . X . — *Avinione, 1356 Februarii 15.*

R. Av. 134 fol. 511'. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 580.

---

423. *Cum Bernardo Busconis de Bernarticz dispensatur super inhabilitatis et infamiae macula.*

. X̄ . — *Avinione, 1356 Februarii 16.*

D. f. Bernardo nato . . . . nobilis viri Busconis de Bernatiez[a]) militis, presbytero Pragensis dioc., salutem etc. Matris ecclesie . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod olim tu ad parrochialem ecclesiam in Pirczicz[b]) Pragensis dioc., per obitum quondam Nicolai ipsius ecclesie rectoris, qui extra Romanam curiam decessit, vacantem, a veris patronis ipsius ecclesie, existentibus in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi rectorem ad ipsam ecclesiam, loci ordinario presentatus et per ipsum ordinarium in rectorem eiusdem ecclesie institutus et eiusdem ecclesie possessionem pacificam assecutus fuisti illamque per tres annos vel circiter tenuisti et possedisti, prout tenes et possides pacifice et quiete, fructus, redditus et proventus percipiendo ex ea, ad sacerdocium infra annum a tempore assecucionis huiusmodi promotus, tunc credens te fore legitime etatis ad ipsam ecclesiam obtinendam, quodque postmodum informatus fuisti, quod tempore institucionis huiusmodi nondum vicesimum secundum etatis tue annum compleveras, quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes te . . . . favore prosequi gracie specialis, tuis in hac

parte supplicacionibus inclinati, omnem inhabilitatis et infamie maculam per te premissorum occasione contractam penitus abolemus. Volumus tamen, quod eandem ecclesiam, quatenus illam de facto obtines, realiter dimittere tenearis.... D. Auinione XIIII kal. Marcii a. quarto.

R. Av. 132 fol. 469. — [a]) Corrige: ‚Bernaticz'. [b]) Corrige. ‚Pirczicz'.

---

424. *Iudicibus mandatur, quatenus Bernardo Busconis de Bernarticz parochialem ecclesiam in Prčicz conferant.*

. X . *Avinione, 1356 Februarii 16.*

Ven. fr. . . archiepiscopo Pragensi et dd. ff. decano s. Agricoli Auinionensis ac Petro de Rosenberg canonico Pragensis ecclesiarum salutem etc Nobilitas generis, vite ac morum honestas . . . ., super quibus . . . . Bernardus natus d. f. nobilis viri Busconis de Bernarticz presbyter Pragensis dioc. apud nos fidedigno testimonio commendatur, racionabiliter nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Hodie siquidem nobis pro parte ipsius Bernardi exposito, quod olim ipse ad parrochialem ecclesiam in Pirtzicz dicte dioc., ... [a]) presentatus . . . . fuerat illamque per tres annos . . . . possederat . . . ., quodque postmodum idem Bernardus informatus fuerat, quod tempore institucionis huiusmodi nondum vicesimum secundum etatis sue annum compleverat ac humiliter supplicato, ut providere sibi et statui suo super premissis de benignitate apostolica dignaremur, nos omnem inhabilitatis et infamie maculam . . . . abolevimus et voluimus, quod idem Bernardus predictam ecclesiam, quatinus illam de facto detinebat, realiter dimittere teneretur, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque, sicut accepimus, predicta ecclesia, ut prefertur, vacare noscatur, nos volentes eundem Bernardum, qui legitime etatis existit ad eandem ecclesiam obtinendam, ... favore prosequi gracie amplioris, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos . . . . predictam ecclesiam, si, ut premittitur, vacat, et tempore date presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, ea tamen prius, ut prefertur, per ipsum dimissa . . . . eidem Bernardo auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . . D. Auinione XIIII kal Marcii a. quarto.

R. Av. 134 fol 370. — [a]) Mutatis mutandis ut in nr. 423.

---

425. *[Bohutae] [1]) Arnesti praeposito ecclesiae Luthomericensis indulgetur, ut altare portatile habere possit. „Sincere devocionis" „Auinione XIIII kal. Marcii a. quarto".*

. X . *Avinione, 1356 Februarii 16.*

R. Av. 133 fol. 335. — [1]) Nomen ‚Bohuta' in Av. deletum est, hic suppletum ex Mon. Vat. I nr. 137, 978. Conf. Frind, Kirchengeschichte Böhmens II pag. 155—157.

426. *Litterae securi conductus Bertrandi episcopi Aptensis, ad Carolum Romanorum imperatorem et certas partes Alamanniae pro quibusdam negotiis destinati. „Cum nos venerabilem" „Auinione XIIII kal. Marcii a. quarto".*

De curia. *Avinione, 1356 Februarii 16.*

R. Av. 134 fol. 2.

---

427. *Ulrico dicto Schoff canonico Vratislaviensi, clerico et familiari Caroli Romanorum imperatoris, reservatur ad supplicationem ipsius imperatoris dignitas, personatus seu officium in ecclesia Vratislaviensi, non obstantibus, quod in Maiori et in s. Egidii Vratislaviensibus ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere. „Vite ac morum" „Auinione XII kal. Marcii a. quarto". — In c. m. praeposito s. Crucis Vratislaviensis et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X̿ . *Avinione, 1356 Februarii 18.*

R. Av. 132 fol. 338. — Conf. Mon. Vat. I nr. 1235, 1238, 1414, 1415, 1504, 1505.

---

428. *Unio parochialis ecclesiae in Lysa cum monasterio s. Caroli Pragensis ordinis s. Augustini confirmatur, prout in litteris insertis Caroli IV et Arnesti archiepiscopi Pragensis de datis 1355 Octobris 2 et 7 continetur.*

V̄ *Avinione, 1356 Februarii 18.*
X
X .

Ad perpetuam rei memoriam. Hiis, que pro monasteriis . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte . . . . abbatis et conventus monasterii s. Caroli Pragensis ordinis s. Augustini peticio continebat, quod . . . . Carolus Romanorum imperator . . . . et Boemie rex illustris ius patronatus ecclesie parrochialis in Lysa Pragensis dioc., tunc ad eundem Carolum imperatorem racione regni Boemie, quod obtinet, pertinens, cum omnibus possessionibus, prediis, agris, silvis pascuis, redditibus, censibus, usufructibus et pertinenciis suis quibuscunque, prout ad eundem Carolum imperatorem et regem racione dicti regni spectabant de procerum suorum consilio et ex certa sciencia dictis abbati et conventui et eorum successoribus imperpetuum et dicto monasterio concessit liberaliter et donavit, quodque deinde ven. fr. noster Arnestus archiepiscopus Pragensis attendens, quod propter parvitatem reddituum ipsius monasterii eiusdem monasterii expensarum onera supportari nequibant, ac propterea volens super hoc de oportuno remedio providere, de consensu . . . . decani, . . scolastici et capituli ecclesie Pragensis, habito cum eis super premissis diligenti tractatu, predictam ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem monasterio imperpetuum annexavit, univit ac voluit et decrevit, quod . . rectore dicte ecclesie cedente vel decedente . . abbas et . . prepositus dicti monasterii, qui essent pro tempore, dictorum conventus accedente consensu unum de canonicis dicti monasterii

ac hoc ydoneum instituendum in dicta ecclesia eidem archiepiscopo presentarent, qui ab eodem archiepiscopo regimen spiritualium dicte ecclesie et curam animarum parrochianorum ipsius ecclesie recipere deberet, prout in diversis inde confectis literis eorundem Caroli imperatoris ac archiepiscopi et capituli sigillis munitis, quarum tenores de vērbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur.

Quare pro parte dictorum Caroli imperatoris et abbatis et conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessioni, donacioni, unioni, annexioni, voluntati et decreto predictis confirmacionis robur adicere, omnemque defectum, si quis intervenerit in eisdem, supplere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque ipsorum Caroli imperatoris ac abbatis et conventus supplicacionibus inclinati, huiusmodi donacionem, concessionem, unionem, annexionem, decretum et voluntatem rata habentes et grata, illa ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis intervenerit in eisdem. Volumus autem, quod de ipsius ecclesie parrochialis fructibus, redditibus et proventibus pro perpetuo vicario inibi instituendo congrua porcio ad diocesani loci arbitrium reservetur, ex qua idem vicarius valeat commode sustentari, archiepiscopalia iura solvere et alia incumbencia onera supportare. Tenores vero dictarum litterarum tales sunt:

Karolus quartus . . . D. Prage a. domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, sexto non. Octobris, regnorum nostrorum a. decimo, imperii vero primo. [1])

In nomine domini amen. Nos Arnestus dei et apostolice sedis gracia s. Pragensis ecclesie archiepiscopus ad perpetuam rei memoriam. Cura pastoralis officii nos solicitat et inducit, ut vota Christi fidelium, transitoria pro celestibus commutancium, et salutem concernencia animarum pervigili ac benigno prosequamur affectu, ea denique, que deo dicatorum et presertim religiosorum locorum, in quibus cultus divinus augetur et monastici viget ordinis disciplina, comodum, ut ipsorum inhabitatores quietius domino famulari valeant, respiciunt et profectum. Sane cum monasterium s. Karoli in Noua civitate Pragensi ordinis s. Augustini, in quo abbas, prepositus et nonnulli canonici regulares omnipotenti deo et ipsius genitrici et omnibus sanctis devote et assidue famulantur, de novo per serenissimum principem et dominum nostrum, dominum Karolum Romanorum imperatorem semper augustum et Boemie regem ad laudem et gloriam omnipotentis Dei ac s. Karoli fundatum et dotatum, prout in literis donacionis ipsius domini nostri imperatoris, quarum tenor mox inferius de verbo ad verbum describetur, plenius et luce clarius continetur, propter parvitatem reddituum ipsius monasterii plurima incomoda et expensarum onera sustinere cogatur, tenor vero literarum imperialium, de quibus supra fit mencio, qui sequitur in hec verba: „Karolus quartus etc.“, ut in litera eiusdem imperatoris in presenti litera superius inserta usque „primo“, nos itaque volentes eidem monasterio paterna pietate succurrere ac de oportuno remedio providere, ne propter defectum vite necessariorum in eo profectus monastici ordinis possit quomodolibet impediri, habito prius cum honorabilibus viris et dominis . . decano, . . scolastico totoque nostre Pragensis ecclesie capitulo maturo ac diligenti tractatu, ceterisque solennitatibus observatis de predictorum domi-

norum conniveucia et expresso consensu ad laudem et gloriam divini nominis et ob reverenciam s. Karoli totiusque curie celestis ac ob meliorem sustentacionem fratrum seu canonicorum in predicto monasterio degencium et precipue, ut predictum monasterium sufficere valeat ad incumbencia onera supportanda, ecclesiam parrochialem scilicet in Lysa nostre dioc., in qua memorati abbas predictus et canonici obtinent ius patronatus, eidem monasterio s. Karoli auctoritate ordinaria incorporamus et imperpetuum annectimus et unimus, ipsamque ecclesiam cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, iuribus, utilitatibus, fructibus et pertinenciis suis universis, quocunque nomine censeantur, in ius et proprietatem prefati monasterii s. Karoli transferimus et ipsam eidem monasterio, quoad bona ipsius temporalia, in totum subicimus et donamus, volentes et decernentes, ut cedente vel decedente rectore eiusdem ecclesie abbas et prepositus, qui pro tempore fuerint, sui conventus ad hoc accedente consensu possint et debeant fratrem seu canonicum sui monasterii, personam ydoneam, in eadem ecclesia instituendam, nobis presentare, que regimen spiritualium et curam a nobis recipiat animarum. In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum presentes incorporacionis literas fieri iussimus tam nostri quam predicti capituli nostri Pragensis sigillorum appensione et munimine roboratas. D. Prage a. domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, non. Octobris, pontificatus nostri a. undecimo, presentibus honorabilibus viris Wratywogio preposito Tynensi, Alberto correctore cleri, Nicolao preposito Rudnice[nsi], testibus ad premissa. — Nulli ergo etc. . . . . D. Auinione XII kal. Marcii a. quarto.

R. Av. 132 fol. 174. — [1]) Ed apud Pelzel, Karl IV, II (Urkundenbuch) nr. 253, pag. 261.

---

429. *Visitatio Neplachonis abbatis monasterii Opatovicensis.*

1356 Februarii 18.

Die XVIII mensis Februarii [a. MCCCLVI][a]) dominus Neplach abbas monasterii Opathowicensis ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. pro uno biennio proxime nunc transacto per dominum Laurencium cappellanum suum plebanum de Sedraziez, procuratorem suum, etc. visitavit.

Obl. et Sol. 30 fol. 185. — a) Suppletum ex folio praecedente. — In marg. dext.: „Jo. Pa."

---

430. *Blasio dicto Suda nato quondam Stephani de Dobřinov*[a]) *clerico Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad episcopi Olomucensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservatur. „Probitatis et virtutum" „Auinione XI kal. Marcii a. quarto". — In e. m. archiepiscopo Pragensi et Pragensis ac s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1356 Februarii 19.*

R. Av. 133, fol. 10'. — a) ‚Dobrzienow' Av.

431. *Innocentius papa VI scribit Carolo imperatori Romanorum, se litteras eius benigne recepisse et petitiones eius exaudisse.*

Avinione, 1356 Februarii 21.

Carissimo in Christo filio Carolo imperatori Romanorum semper augusto salutem etc. Literas magnitudinis tue, quas nobis d. f. [a]) . . . . nuncius tuus, presencium lator, tulit, et ipsum quoque nuncium consideracione tua benigne recepimus et, que idem nuncius pro parte tua nobis exposuit viva voce, intelleximus diligenter. Super quibus, quia iocundum nobis est, annuere votis tuis, que velut princeps catholicus divinis beneplacitis satagis conformare, peticiones tuas, quantum cum deo potuimus, ad graciam exaudicionis admisimus, sicut ab eodem [a]) . . . ., qui ad te revertitur, audies plenius viva voce. D. Auinione VIIII kal. Marcii a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 21' et Instrum. Miscell. a. 1356 Febr. 21 nr 6. — a) Sequitur spatium pro nomine supplendo relictum.

---

432. *Carolus Romanorum imperator rogatur, quatenus Therwardo abbati monasterii Gradicensis Olomucensis dioc. in adeptione dicti monasterii contra Přibislaum de Odlochovicz [a]) monachum monasterii Siloensis [b]) auxilium praestet. „Cum dilectus“ „Auinione kal. Marcii a. quarto“.*

Avinione, 1356 Martii 1.

R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 257. — Ed. apud Brandl. Cod. dipl. Mor. IX pag. 8. reg. apud Dudik, Iter Rom. II pag. 122. — a) ‚Przibislaum de Odlochowicz‘ Archet. — b) ‚Sylocensis‘ Archet. — In Archet. litteram praesentem sequebatur: ‚Eodem modo d. f. nobili viro Johanni [sequitur: ‚de Boemia‘ cancellatum] marchioni Morauie salutem etc. Eodem modo d. f. nobili Vlrico de Boskowicz [correctum ex: ‚Bosliowicz‘] militi Olomucensis dioc.‘, sed utraque inscriptio ista alio, ut videtur, atramento cancellata existit.

---

433. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, quatenus tertiam partem decimae, camerae apostolicae reservatam, Johanni Paduano tradat et assignet.*

Avinione, 1356 Martii 7.

Innocencius etc. ven. fr. . . episcopo Wratislauiensi salutem et apostolicam benediccionem. Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus terciam partem decime reddituum et proventuum ecclesiasticorum tuarum civitatis et dioc. [a]) dudum per felicis recordacionis Clementem papam VI predecessorem nostrum carissimo in Christo filio nostro Carolo imperatori semper augusto, tunc regi Romanorum illustri, [b]) usque ad certum tempus iam elapsum concesse, [1]) collecte iam et colligende inposterum, quam quidem terciam partem idem

predecessor camere apostolice pro supportandis ipsius camere oneribus reservavit, d. f. Johanni Paduano, decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio,[c] tradere et assignare cum integritate procures. Nos enim dicto decano quitandi et absolvendi te de hiis, que sibi duxeris assignanda, plenam concedimus per alias nostras litteras facultatem. D. Auinione non. Marcii pontificatus nostri a. quarto.

R. Vat. 242 fol. 199', R. Vat. 238 fol. 28', R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 36. — [a]) Sequitur: ‚sicut in nonnullis aliis partibus regni', serius in: ‚aliarum quoque partium regni' correctum, sed cancellatum est in Archet. [b]) Sequitur: ‚iustanciam imposite et sibi per eundem predecessorem', sed cancellatum est in Archet. [c]) Sequitur: ‚illam nomine sedis et camere predictarum recipienti', sed cancellatum est in Archet. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1447.

---

434. *Johanni Paduano mandatur, quatenus tertiam partem decimae ab episcopo Vratislaviensi exigat ac recipiat.*

Avinione, 1356 Martii 7.

Innocencius etc. D. f. Johanni Paduano decano ecclesie Wiscegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benediccionem.[a]) Ven. fr. nostro . . episcopo Wratislauiensi damus per alias nostras litteras in mandatis, ut terciam partem decime reddituum et proventuum ecclesiasticorum suarum civitatis et dioc. dudum per felicis recordacionis Clementem papam VI. predecessorem nostrum[b]), carissimo in Christo filio nostro Carolo imperatori semper augusto,[c]) tunc regi Romanorum illustri, usque ad certum tempus iam elapsum concesse,[1]) collecte iam et in antea colligende, quam quidem terciam partem[d]) camere apostolice pro supportandis ipsius camere necessitatibus reservavit, tibi[e]) tradat[f]) realiter et assignet. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi terciam partem ipsius decime ab eodem episcopo petere, exigere ac recipere sine dilacione procures; nos enim tibi quittandi et absolvendi ipsum de hiis, que ab eo receperis, plenam concedimus tenore presencium potestatem. D.[g]) Auinione non. Marcii pontificatus nostri a. quarto.

R. Vat. 242 fol. 199', R. Vat. 238 fol. 28', R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 36. — [a]) ‚Eidem Johanni' Archet. [b]) Sequitur: ‚ad instanciam', sed cancellatum est in Archet. [c]) Sequitur: ‚imposite et sibi per eundem predecessorem concesse, quam quidem', sed cancellatum est in Archet. [d]) Sequitur: ‚idem predecessor' in Archet. [e]) Sequitur: ‚nomine dicte camere recipienti', sed cancellatum est in Archet. [f]) ‚Tradere et assignare cum integritate procuret' Archet. [g]) ‚D. ut supra' Archet. — [1]) Conf. Mon. Vat. I nr. 1447.

---

435. *Nota de litteris per Albertum de Liticz ad episcopum Vratislaviensem et Johannem Paduanum missis.*

1356 Martii 12.

Die XII Marcii [a. LVI, pontificatus domini Innocencii a. quarto] [a]) tradite fuerunt domino Alberto de Litticz canonico Wiscegradensi littere apostolice portande per eum personis, quibus diriguntur.

Primo una directa episcopo Wratislauiensi, continens, quatenus terciam partem decime . . . . [b]) tradere . . . . procuret . . . .

Item alia litera directa Johanni Paduano decano predicto, continens, quatenus dictam terciam partem decime . . . . [c]) recipere . . . . procuret. . . .

Collect. 352 fol. 9' et fol. 134. — [a]) Suppletum ex fol. 8. [b]) Ut in nr. 433. [c]) Ut in nr 434.

---

436. *Decano ecclesie Vissegradensis prope Pragam mandatur, quatenus Odoleno ‚Bouczonis' de Vrsecz* [a]) *clerico Pragensis dioc. de canonicatu ecclesie Boleslariensis Pragensis dioc. sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Aprilis a. quarto".*

X
X .

Apud Villamnovam, 1356 Martii 25.

R. Av. 131 fol. 332'. — [a]) ‚Wirsecz' Av.

---

437. *Guidoni Guerondi canonico et decano ecclesiae s. Dionisii Leodiensis indulgetur, ut Johannis de Bolonia comitis Monsfortis, cuius capellanus est, ac Johannae eius consortis obsequiis insistendo fructus canonicatus et decanatus ecclesiae praedictae usque ad triennium percipere valeat. „Personam tuam" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Aprilis a. quarto". — In e. m. abbati monasterii s. Genovefae Parisiensis et archidiacono Pragensi ac officiali Leodiensi.*

. XX .

Apud Villamnovam, 1356 Aprilis 6.

R. Av. 133 fol. 138

---

438. *Johanni Conradi de Znoima* [a]) *praeposito ecclesiae Hantensis Vesprimiensis dioc., Ludovici regis Ungariae capellano, canonicatus et praebenda ac lectoratus ecclesiae Bosnensis reservantur, non obstante, quod praeposituram Hantensem, quam dimittere tenetur, obtinet et super canonicatu et praebenda Posoniensis, Vesprimiensis et Strigoniensis ecclesiarum litigat. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. octavo id. Aprilis a. quarto".*

Apud Villamnovam, 1356 Aprilis 6.

R. Av. 134 fol. 164. — Ed. in Mon. Roman. episcopatus Vesprimiensis tom. II pag. 164. — a) ‚Znoyma' Av.

---

439. *Nicolao Nicolai de Zegra canonico Strigoniensi reservatur praepositura ecclesiae Hantensis Vesprimiensis dioc., quae vacare speratur, quamprimum Johannes Conradi de Znoima* [a]) *eiusdem ecclesiae praepositus canonicatum et praebendam ac lectoratum ecclesiae Bosnensis,* [b]) *de quibus ei hodie provisum fuit, assecutus fuerit. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Aprilis a. quarto".*

. X X . *Apud Villamnovam, 1356 Aprilis 6.*

R. Av. 134 fol. 163. — Ed. in Mon. Roman. episcopatus Vesprimiensis tom. II pag. 165. — a) ‚Znoyma' Av. b) ‚Boznensis' Av.

---

440. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori scribit, se litteras et nuncium eius benigne recepisse.*

Apud Villamnovam, 1356 Aprilis 10.

Carissimo in Christo filio Carolo imperatori Romanorum semper augusto. Serenitatis tue litteras presentatas nobis per d. f. nobilem virum Gautherium dominum de Montiliis militem Tricastrine dioc. et ipsum quoque militem consideracione tua benigne recepimus et, que idem miles pro parte tua vive vocis ministerio prudenter et provide reseravit,[a]) intelleximus diligenter. Super quibus prefato militi verbo duximus respondendum, sicut ab eo plenius audies viva voce. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Aprilis a. quarto.

Reg. Vat. 238. fol. 50', R. Vat. 244 G (Archet.) nr. 481. — Reg. apud Dudik, Iter Rom. II pag. 123, Werunsky, Excerpta nr. 355 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 785 nr. 287. — a) Sequitur: ‚audivimus', sed cancellatum est in Archet.

---

441. *Arnaldo de Lacaucina* [a]) *in Poloniae et Ungariae regnis sedis apostolicae nuncio canonicatus et praebenda ecclesiae Gneznensis per promotionem Johannis episcopi Poznaniensis vacantes conferuntur, non obstantibus, quod in Cracoviensi cum scholastria et in dicta Gneznensi, Vratislaviensi et in Tituliensi ac Scepusiensi* [b]) *Colocensis* [c]) *et Strigoniensis dioc. ecclesiis canonicatus et praebendas obtinet. „Laudabile testimonium" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Maii a. quarto". — In e. m. abbati monasterii de Claratumba Cracoviensis dioc. et decano ecclesiae Cracoviensis ac officiali Cracoviensi.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1356 Aprilis 16.*

R. Av. 132 fol. 124', R. Vat. 244 K nr. 203. a) ‚Caucina' Av. b) ‚Scepsiensi' Av. c) ‚Colicensis' Av.

---

442. *Quitatio universalis Reginaldi episcopi Palentini, thesaurarii papae, qui ab die 30 Decembris anni tertii (1354) usque ad diem 30 Decembris anni quarti (1355) ab Angliae, Sardiniae . . . Bohemiae et aliorum regnorum et provinciarum nunciis 36052 florenos et aliam pecuniam receperat. „Ne rerum gestarum" „Auinione XI kal. Junii pontificatus nostri a. quarto".*

Avinione, 1356 Maii 22.

R. Vat. 242 fol. 234', R. Vat. 244 G (Archet.) nr. 515.

---

443. *Cum Čenkone nato Přibkonis de Třebovĕticz dispensatur super inhabilitatis macula.*

. X . X

Avinione, 1356 Maii 22.

D. f. Czenkoni nato . . . . nobilis viri Przibconis de Trzewowyecycz militis, clerico Pragensis dioc., salutem etc. Matris ecclesie . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim tu ad parrochialem ecclesiam in Zwol Pragensis dioc. per obitum quondam Przedbori ultimi ipsius ecclesie rectoris, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantem a veris patronis ipsius ecclesie, existentibus in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi rectorem ad ipsam ecclesiam, loci ordinario presentatus et per ipsum ordinarium in rectorem euisdem ecclesie institutus fuisti illamque per quinque annos et amplius tenuisti et possedisti, prout tenes et possides pacifice et quiete, fructus, redditus et proventus percipiendo ex eadem, ad aliquos sacros ordines non promotus, cessante impedimento legittimo et dispensacione super hoc non obtenta. Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo super premissis[a]) de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes te . . . . favore prosequi gracie specialis. . . . . omnem inhabilitatis maculam per te premissorum occasione contractam penitus abolemus. Volumus tamen, quod dictam ecclesiam, quatenus eam de facto detines, omnino dimittere tenearis . . . . D. Auinione XI kal. Junii a. quarto.

R. Av. 133 fol. 261. — a) ‚premissorum' Av.

---

444. *Iudicibus mandatur, quatenus Čenkoni Přibkonis de Třebovĕticz parochialem ecclesiam in Zvole conferant.*

. X . I (?)[a])

Avinione, 1356 Maii 22.

D. f. . . maioris et . . s. Egidii Pragensis ac . . s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis salutem etc. Probitatis et virtutum merita, super quibus . . . . Czenko natus d. f. nobilis viri Przibconis de Trzewowyetycz [clericus] Pragensis dioc. fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur in exhibicione s[pecialis] gracie liberales. Hodie siquidem pro parte ipsius Czenconis nobis exposito, quod olim ipse [ad parrochialem] ecclesiam in Zwol . . . . [b]) presentatus . . . . fuerat . . . . illamque per quinque annos et amplius tenuerat [c]) . . . . ad aliquos s[acros] ordines non promotus, ... nos omnem inhabilitatis maculam per ipsum premissorum occasione contractam abolevimus, voluimus tamen, quod extunc dictam ecclesiam realiter et omnino dimittere teneretur . . . . Cum itaque dicta parrochialis ecclesia secundum premissa vacaverit et vacare dicatur ad presens, nos volentes dicto Czenkoni . . . . graciam facere specialem, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos . . . dictam ecclesiam, postquam illam realiter dimiserit, ut prefertur, si, ut premittitur, vacat et tempore date presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, eidem Czenkoni . . . . auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . . D. Auinione XI kal. Junii a. quarto.

R. Av. 134 fol. 413. — [a]) Taxatio quasi deleta est. [b]) Etc. mut. mutandis ut in nr. 444. — [c]) ,tenuerit' Av.

---

445. *Zdenko de Lipa monetur, quatenus ab omni auxilio Francisco de Ordelaffis praestando abstineat.*

Apud Villamnovam, 1356 Julii 1.

D. f. nobili viro Zenkoni[a]) de Lippa Olomucensis dioc. salutem etc. Si considerares, fili, quam graves penas adversus hereticorum fautores statuerunt sancciones canonice et civiles, tenemus indubie, quod dampnacionis et abominacionis filio Francisco de Ordelaffis civi Forliuiensi non solum opem non ferres auxilii, imo, quantum in te esset, alios ab omni ei prestando subsidio prohiberes. Et ideo, ne, quod absit, in penas huiusmodi per ignoranciam forte ruas, tibi, ut tue saluti paterna solicitudine consulamus, tenore presencium intimantes, quod idem Franciscus iamdudum fuit de heresi condempnatus, nobilitatem tuam monemus, requirimus et hortamur in domino, illam attente rogantes tibique tue salutis obtentu expressius iniungentes, quatenus ab omni auxilio et favore ipsi heretico prestando deinceps abstineas et gentem armigeram, quam ei concessisse diceris, ad te non differas revocare, ita quod in te invenisse nos filium obediencie gaudeamus, nec oporteat aliud super hoc remedium adhibere, sciturus, quod venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Olomucensi damus per alias nostras litteras in mandatis, ut te, nisi monicionibus nostris in hac parte parueris cum effectu, incidisse in penas huiusmodi auctoritate nostra declarent. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Julii a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 111. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 365. — [a]) ,Zenkone' Vat.

446. *Carolus Romanorum imperator et Kazimirus Poloniae rex rogantur, quatenus Zdenkonem de Lipa compescant, ut ab omni auxilio Francisco de Ordelaffis praestando abstineat. „Perduxit ad nos" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Julii a. quarto".*

Apud Villamnovam, 1356 Julii 1.

R. Vat. 238 fol. 111', R. Vat. 244 G (Archet.) nr. 527. — Ed. apud Dudik, Iter Rom II pag. 167 et Brandl, Cod. dipl. Mor. IX pag. 18.

---

447. *Archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Zdenkonem de Lipa inducant, ut ab omni auxilio Francisco de Ordelaffis praestando abstineat.*

Apud Villamnovam, 1356 Julii 1.

Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Olomucensi salutem etc. Ad audienciam nostram publica fama perduxit, quod d. f. nobilis vir Zenco de Lippa Olomucensis dioc. penas graves, quas adversus hereticorum fautores sancciones canonice et civiles statuerunt, per ignoranciam vel inadvertenciam non attendens, Francisco de Ordelaffis civi Forliuiensi, inimico dei et ecclesie manifesto, heresi condempnato, auxiliatur et favet, adversus eandem ecclesiam gentes, quarum presidio Franciscus idem in perfidia sua fit durior, in auxilium eius mittere non pavescens. Super quo nos ipsius nobilis saluti consulere cupientes, eum, ut gentes huiusmodi revocet et ab omni auxilio et favore prestando eidem heretico prorsus abstineat, per alias nostras litteras, quas vobis una cum presentibus mittimus, exhortamur et ideo fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios eidem nobili huiusmodi litteras nostras, quas ei, ut prefertur, mittimus, presentantes, ipsum, ut dictas [gentes] ad se revocet et ab omni auxilio et favore ipsi heretico prestando abstineat, inducatis; alioquin declaretis et denuncietis eum in penas huiusmodi incidisse. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Julii a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 112. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 366.

---

448. *Guilelmo de Lestkov conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 2.*

D. f. Wilhelmo de Lescau canonico Pragensi salutem etc. Suffragancia tibi . . . . Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam

Sdeslaus de Stankau scolasticus ecclesie Pragensis tunc temporis obtinebat, cum ipsa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Sdeslaus ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris pontificatus nostri a. secundo, dumtamen scolasteria dicte ecclesie dignitas, personatus seu officium existeret, collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservanda, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie antedicte, quos idem Sdeslaus huiusmodi nostre reservacionis tempore in dicta ecclesia obtinebat, per ipsius Sdeslai obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens . . . ., nos volentes tibi . . . graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes . . . . non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de mera nostra liberalitate apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI non. Julii a. quarto.

In e. m. . . . . abbati monasterii Brewnouiensis, Pragensis dioc. et . . Wissegradensis prope Pragam ac . . s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis . . . .

R. Av. 134 fol. 223.

---

449. *Egidio episcopo Sabinensi mittuntur copiae litterarum, quae auxilia a Bernabone de Vicecomitibus et Zdenkone de Lipa Francisco de Ordelaffis non praestanda attingunt.*

Apud Vilamnovam, 1356 Julii 4.

Ven. fr. Egidio episcopo Sabinensi apostolice sedis legato salutem etc. Litteras tuas nobis presentatas per ven. fr. nostrum Boniohannem episcopum Firmanum, nuncium tuum, latorem presencium, et ipsum quoque nuncium benigne recepimus et que idem episcopus nobis pro parte tua exposuit viva voce, intelleximus diligenter ac ipsi episcopo super eis eciam verbo respondimus, sicut ab eo audies magis plene. Ad tollendum autem filio abhominacionis Francisco de Ordelaffis civi Forliuiensi favores et auxilia, que sibi per dd. ff. nobiles viros Bernabonem de Vicecomitibus et Zenkonem de Lippa milites impenduntur, scribimus eidem Bernaboni et carissimis in Christo filiis nostris Carolo imperatori Romanorum semper augusto et Kasimiro regi Polonie illustri per alias nostras litteras, quarum copias mittimus tibi presentibus interclusas. Scribimus eciam dd. ff. nobilibus viris . . duci Veneciarum et Canigrandi Delascala super predicacione crucis et victualium eveccione prohibitis, super quibus idem dux eciam nobis scripsit per litteras suas, quas et copias litterarum, quas nos dictis . . duci et Canigrandi dirigimus, tibi una cum presentibus destinamus. Preterea venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi damus per alias nostras litteras in mandatis, ut eundem Zenkonem auctoritate nostra moneant et requi-

rant, ut ipse gentes, quas in favorem dicti Francisci misisse dicitur, ad se revocet et ab omni auxilio et favore Francisco memorato prestando desistat et abstineat cum effectu, alioquin declarent et denuncient eum incidisse in penas et sentencias adversus fautores hereticorum promulgatas per sanccionnes canonicas et civiles. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 99'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 368.

---

450. *Nicolao Petri de Goluba clerico Culmensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, reservatur beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si quod vacat vel cum vacaverit. „Exigentibus probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Julii a. quarto". — In e. m. s. Mariae Vratislaviensis et s. Vincencii extra muros Vratislavienses monasteriorum abbatibus ac decano s. Agricoli Avinionensis.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1356 Julii 9.*

R. Av. 133 fol. 31.

---

451. *Velislao Velislai de Kmetinaves beneficium ecclesiasticum ad collationem capituli Pragensis pertinens reservatur.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1356 Julii 9.*

D. f. Welislao nato quondam Welislai de Kmettinawes clerico Pragensis dioc. salutem etc. Exigentibus tue probitatis . . . . Volentes itaque tibi . . . . graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . . si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcarum argenti . . . . valorem annuum non excedant, ad collacionem . . . . capituli ecclesie Pragensis . . . . pertinens, ... conferendum tibi . . . . donacioni apostolice reservamus, ... non obstantibus, ... quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem . . . . abbatisse et conventus monasterii in Tepplicz ordinis s. Benedicti dicte dioc. in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, auctoritate litterarum nostrarum te asseris expectare, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta exnunc cassamus et irritamus nulliusque volumus esse valoris vel momenti . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Julii a. quarto.

In e. m. dd. ff. . . preposito s. Egidii Pragensis et . . ipsius ac . . s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis . . . .

R. Av. 133 fol. 24.

---

452. *Duchoncio Sdislai de „Hostkorzyn“ a) clerico Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti pertinens, reservatur. „Exigentibus tue probitatis“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Julii a. quarto“. — „In e. m. . . . . decano s. Egidii et . . maiori[s] . . ac Gradicensis maioris (!) Pragensis archidiaconis ecclesiarum“.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1356 Julii 9.*

R. Av. 133 fol. 28. — a) Corrige: ‚Kosorzyn‘?

---

453. *Johanni Crucis de Přelouč a) clerico Luthomuslensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem abbatis et conventus monasterii in Sedlecz Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. pertinens, reservatur. „Exigentibus tue probitatis“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Julii a. quarto“. — In e. m. abbati monasterii de Wilhelmicella Pragensis dioc. et Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac s. Agricoli Auinionensis decanis ecclesiarum.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1356 Julii 9.*

R. Av. 133 fol. 32‘. — a) ‚Przyelucz‘ Av.

---

454. *Iudicibus mandatur, quatenus Guilelmo Jacobi de Dědicz parochialem ecclesiam in Křenovicz conferant.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1356 Julii 10.*

Dd. ff. . . abbati monasterii in Smylnhaym Olomucensis dioc. et . . decano s. Agricoli Auinionensis ac . . archidiacono Znoymensi Olomucensis ecclesiarum salutem etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus . . . . Wilhelmus Jacobi de Tyedicz presbyter Olomucensis dioc. apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut eidem Wilhelmo reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem felicis recordacionis Benedictus papa XII, predecessor noster, omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad quarumcunque cathedralium ecclesiarum regimina tempore promocionum huiusmodi obtinerent, extunc imposterum vacatura collacioni et disposicioni sue reservans, decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero parrochiali ecclesia in Chrenowicz dicte dioc., quam bone memorie Nicolaus episcopus Tridentinus tempore promocionis de ipso per dictum predecessorem ad ecclesiam Tridentinam tunc vacantem facte obtinebat, per promocionem huiusmodi et munus consecracionis, eidem Nicolao de mandato eiusdem predecessoris extra Romanam curiam impensum, vacante, ac deinde

dicto predecessore, sicut domino placuit, rebus humanis exempto, pie memorie Clemens papa VI, predecessor noster, eiusdem Benedicti immediatus successor, ad apicem summi apostolatus assumptus, omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica, que promoti per dictum Benedictum, predecessorem suum, ad quarumcunque cathedralium ecclesiarum regimina tempore promocionis huiusmodi obtinebant, tunc vacancia collacioni et disposicioni sue cum similis interposicione decreti eciam reservavit. Cum itaque, sicut accepimus, predicta parrochialis ecclesia, de qua iidem predecessores non ordinarunt, adhuc ut prefertur vacet, nos, qui in nostri apostolatus primordiis omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica, que promoti auctoritate apostolica ad quarumcunque ecclesiarum cathedralium regimina tempore promocionis huiusmodi obtinebant, tunc vacancia collacioni et disposicioni nostre cum similis interposicione decreti reservavimus, volentes eundem Willelmum . . . . favore prosequi gracioso, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus vos . . . . predictam parrochialem ecclesiam, si, ut premittitur, vacat et tempore date presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, ... eidem Willelmo auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI id. Julii a. quarto.

R. Av. 134 fol. 410.

---

455. *Petro Marghat conferuntur parochialis ecclesia s. Petri „Danda" Claromontensis dioc. ac perpetua vicaria in ecclesia Eneziaci eiusdem dioc., quas pro alio beneficio ecclesiastico permutavit. „Apostolice sedis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Julii a. quarto". — In e. m. abbati Montis s. Illidii [a]) extra muros Claromontenses et archidiacono Pragensi ac officiali Claromontensi.*

. X X̿ . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 12.*

R. Av. 132 fol. 291. — a) ‚Yllidii' Av.

---

456. *Nicolao Nicolai de Liticz conceditur, ut provisio ei de canonicatu et praebenda ecclesiae s. Egidii Pragensis facta et acceptatio eorum valeant.*

. X̄ . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 12.*

D. f. Nicolao nato quondam Nicolai de Lutiez [a]) canonico ecclesie s. Egidii Pragensis salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod nuper tu canonicatum et prebendam ecclesie s. Egidii Pragensis per obitum quondam Sdenconis de Stankow eiusdem ecclesie canonici, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantes vigore quarundam literarum nostrarum in ea forma, secundum quam dudum pro pauperibus clericis beneficiandis scripsimus, tibi concessarum, prout ex earum forma poteras, canonice, nisi nostra obstaret reservacio, acceptasti et tibi de illis provideri fecisti illosque ex tunc tenuisti, prout adhuc tenes et possides pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites, quod canonicatus et pre-

benda predicti tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi fuerint disposicioni apostolice reservati, teque posse propterea super eis imposterum molestari, nos volentes te . . . . favore prosequi gracie specialis, ... volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod acceptacio et provisio predicte et alia inde secuta perinde a data presencium valeant plenamque roboris firmitatem obtineant, ac si de dictis canonicatu et prebenda nulla per nos specialis reservacio facta foret . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Julii a. quarto.

R. Av. 132 fol. 499'. — a) Corrige: ‚Luticz'. — In Collect. Alam. 4 fol. 7 de collatione canonicatus et praebendae ecclesiae supradictae Nicolao de Liticz (Lucizz) sub eodem dato mentio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 66.)

---

457. *Mathiae Wodachar conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Magdeburgensis, quos per se ipsum cum Bohussio[a]) de Pardubicz[b]), qui Detlenum[c]) Stormer canonicum Caminensem procuratorem suum ad hoc specialiter constituit, pro canonicatu et praebenda ecclesiae Olomucensis, permutavit; non obstantibus, quod super canonicatu et praebenda ecclesiae s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. se asserit litigare.* „Apostolice sedis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Julii a. quarto." — *In e. m. praeposito Lubicensis et sacristae Avinionensis ac scholastico Bremensis ecclesiarum.*

. XX . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 12.*

R. Av. 134 fol. 231', — a) ‚Bohucio' Av., b) ‚Porduwicz' Av., c) ‚Derlenem' Av.

458. *Bohussio de Pardubicz conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Olomucensis.*

. XX . *Avinione, 1356 Julii 12.*

D. f. Bohucio de Porduwicz canonico Olomucensi salutem etc. Apostolice sedis . . . . Cum itaque nuper tu per d. f. Detlenem[a]) Stormer canonicum Caminensem, procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum, Magdeburgensis et d. f. Mathias Wodachar per se ipsum Olomucensis ecclesiarum canonicatus et prebendas, quos tunc obtinebatis, cupientes illos ex certis causis racionabilibus invicem permutare, in manibus ven. fr. Stephani archiepiscopi Tholosani, camerarii nostri, duxeritis ex causa permutacionis huiusmodi apud dictam sedem libere resignandos, dictusque archiepiscopus resignaciones huiusmodi apud dictam sedem admiserit de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo vive vocis, nos votis tuis volentes annuere favorabiliter in hac parte, dictos canonicatum et prebendam ipsius ecclesie Olomucensis per huiusmodi resignacionem vacantes, eciamsi canonicatus et prebenda predicti fuerint collacioni apostolice reservati, ... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod in Luthomericensi Pragensis dioc. preposituram et in Pragensi ecclesiis canonicatum et prebendam nosceris obtinere. Nostre

tamen intencionis existit, quod ex huiusmodi collacione nostra nullum ius tibi in dictis canonicatu et prebenda ipsius ecclesie Olomucensis per nos, ut premittitur, tibi collatis quomodolibet acquiratur, nisi tu et dictus Mathyas tempore resignacionis huiusmodi ius hab[u]eritis in dictis canonicatibus et prebendis per vos taliter resignatis[a] . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Julii a. quarto.

In e. m. . . . . episcopo Luthomuslensi et . . . . decano ac scolastico ecclesie Pragensis . . . .

R. Av. 134 fol. 232' — a) Corrige: ‚Detlenum.' — In Collect. Alam. 4 fol. 8 de eadem collatione ‚Boucio de Pardwiez' sub eodem dato facta mentio fit. (Ed. apud Kirsch Annaten I pag. 70.)

---

459. *Conrado de Wesel confertur perpetua vicaria in ecclesia Pragensi.*

| | V
. X X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 12.*

D. f. Conrado de Wessel perpetuo vicario in ecclesia Pragensi salutem etc. Probitatis et virtutum merita . . . . Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque per assecucionem pacificam dignitatum, personatuum seu officiorum aut beneficiorum aliorum ecclesiasticorum, per nos seu auctoritate nostra tunc collatorum et in antea conferendorum eisdem, tunc vacancia et imposterum vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingerit attemptari. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, perpetua vicaria in ecclesia Pragensi, quam d. f. Albertus de Luticz decanus ecclesie s. Egidii Pragensis olim obtinuit, ex eo vacante, quod idem Albertus dictam vicariam tunc obtinens, decanatum ipsius ecclesie s. Egidii, qui dignitas existit, tunc vacantem sibique auctoritate literarum nostrarum collatum extiterat pacifice assecutus, cum de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine in dicta ecclesia Pragensi sit obtentum et pacifice observatum, quod nullus huiusmodi vicariam cum aliqua dignitate valeat retinere, et quod, si obtinens vicariam eandem, dignitatem aliquam assequatur, eo ipso vacet vicaria supradicta, tu pretextu aliarum literarum nostrarum, per quas beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem . . . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim pertinens expectas,[1]) vicariam ipsam sic vacantem, tibi debitam ac ad collacionem dicti prepositi pertinentem, ignorans reservacionem et decretum predicta, acceptasti tibique de illa provideri fecisti alias canonice ipsamque extunc tenuisti et possedisti. Nos igitur attendentes, quod acceptacio et provisio predicte et quecunque inde secuta viribus non subsistunt, quodque nullus de dicta vicaria hac vice preter nos disponere potuit neque potest reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ac volentes tibi . . . . graciam facere specialem, predictam vicariam sic vacantem . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod quandam prebendam in ecclesia s. Georgii in castro Pragensi nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . dictam vicariam fueris pacifice asse-

cutus, predicte littere, per quas dictum beneficium, ut premittitur, expectas et processus habiti per easdem . . . . sint cassa et irrita . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Julii a. quarto.

In e. m. . . . . Pragensis et . . Wyssegradensis prope Pragam ac . . s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis . . . .

R. Av. 134 fol. 432. — In Collect. Alam. 4 fol. 7 de confirmatione perpetuae vicariae in ecclesia Pragensi Conrado de ‚Wessel' sub eodem dato mentio fit. (Ed. apud. Kirsch, Annaten I pag. 66.) — [1]) Conf. nr. 319.

---

460. *Decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Plichtae Conradi de Misna canonico ecclesiae Pragensis scholastriam ipsius ecclesiae conferat.*

X̄ *Apud Villamnovam, 1356 Julii 13.*
. X .

D. f. . . decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Sdeslaus de Stankeu[a]) scolasticus ecclesie Pragensis tunc temporis obtinebat, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Sdeslaus ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris pontificatus nostri a. secundo,[1]) dum tamen scolastria dicte ecclesie dignitas, personatus seu officium existeret, collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservanda, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero, sicut accepimus, dicta scolastria, que dignitas existit, quamque idem Sdeslaus huiusmodi nostre reservacionis tempore obtinebat, ipsius Sdeslai obitu, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, vacante, dd. ff. capitulum eiusdem ecclesie, ad quos eleccio scolastici ipsius ecclesie eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine dicitur pertinere, huiusmodi reservacionis et decreti ignari, d. f. Plichtam natum quondam Conradi de Mesen, canonicum ipsius ecclesie in scolasticum ipsius ecclesie licet de facto concorditer elegerunt, dictusque Plichta reservacionis et decreti predictorum inscius, eleccionem ipsam obtinuit auctoritate ordinaria confirmari. Nos igitur attendentes, quod eleccio et confirmacio predicte et quecumque inde secuta viribus non subsistunt, et quod nullus preter nos hac vice de ipsa scolastria disponere potuit neque potest reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ac volentes dictum Plichtam . . . . consideracione . . . . Karoli Romanorum imperatoris, pro ipso Plichta dilecto capellano et secretario suo nobis . . . . supplicantis, in eadem ecclesia amplius honorare sibique graciam facere specialem, discrecioni tue . . . . mandamus, quatenus . . . . prefatam scolastriam sic vacantem . . . . eidem Plichte auctoritate nostra conferre et assignare procures . . . ., non obstantibus . . . ., quod idem Plichta in eadem et in Wissegradensi prope Pragam ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Julii a. quarto.

R. Av. 132 fol. 206. — a) Corrige: ‚Stankou'. — [1]) 1354 Augusti 23.

---

461. *Guilelmo Johannis Pauli canonico Pragensi conceditur, ut acceptatio prebendae ecclesiae Pragensis et provisio de eadem sibi factae valeant.*

V / X. *Apud Villamnovam, 1356 Julii 16.*

D. f. Guillelmo nato d. f. Johannis Pauli, canonico Pragensi salutem etc. Laudabile testimonium . . . . Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Sdeslaus de Stinkin[a]) scolasticus ecclesie Pragensis tunc temporis obtinebat, cum ipsa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Sdeslaus ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris pontificatus nostri a. secundo,[1]) dum tamen dicta scolastria dicte ecclesie dignitas, personatus vel officium existeret, collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservanda, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero, sicut exhibita nobis pro parte tua peticio continebat, prebenda dicte ecclesie, quam idem Sdeslaus tempore reservacionis huiusmodi una cum predicta scolastria, que dignitas in dicta ecclesia existit, obtinebat, per ipsius Sdeslai obitum, qui extra Romanam curiam decesserat, vacante, tu auctoritate literarum nostrarum, per quas in ipsa ecclesia canonicatum obtinebas,[2]) prout obtines, et inter alios tunc ibi prebendas auctoritate simili expectantes primus eras, reservacionis et decreti predictorum ignarus, prebendam ipsam sic vacantem acceptasti et de illa tibi alias canonice provideri obtinuisti, eamque assecutus illam tenuisti, prout tenes, pacifice et quiete; et subsequenter nos videlicet VI non. Julii proxime preteriti de canonicatu dicte ecclesie ac prebenda predicta per ipsius Sdeslai obitum vacantibus d. f. Willelmo de Leskaw, canonico Pragensi, auctoritate apostolica duximus providendum,[3]) ac deinde, sicut eadem peticio subiungebat, tu[b]) reservacione, decreto et facta eidem Willelmo de Leskaw provisione predictis ex fidedignorum relatibus intellectis, quamquam tibi de illis per literas apostolicas non constaret, et ad tuam eciam noviter deducto notitiam, quod prebenda, quam quondam Bartholomeus Gerlaci, ipsius ecclesie canonicus, in eadem ecclesia, dum viveret, obtinebat, per ipsius Bartholomei obitum, qui extra Romanam curiam decesserat, vacaverat et vacabat, intendens dictam prebendam, quam in eadem tenebas ecclesia, quamprimum de huiusmodi reservacione seu provisione ipsi Willelmo facta tibi plene constaret, libere dimittere, prebendam predictam, que in eadem ecclesia per obitum dicti Bartholomei, ut prefertur, vacavit, auctoritate dictarum literarum nostrarum tibi concessarum acceptasti et de illa tibi provideri fecisti canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum tu dubites dictam prebendam, que per obitum dicti Bartholomei vacavit, fore tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi disposicioni apostolice reservatam, providere tibi super hac de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod acceptacio per te et provisio tibi de dicta prebenda, que per obitum dicti Sdeslai vacavit, ut prefertur, facte et quecunque inde secuta iuribus non subsistunt, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et tibi, qui in ecclesia Placentina canonicatum et prebendam obtines, cuique de prioratu secularis ecclesie s. Marie de Tranazano Placentine dioc., qui tunc certo modo sperabatur vacare, per nostras certi tenoris literas mandavimus provideri,[4]) licet

mandatum huiusmodi nondum fuerit sortitum effectum, apostolica auctoritate concedimus, quod predicta acceptacio per te et provisio tibi de dicta prebenda, que per obitum dicti Bartholomei vacavit, ut premittitur, facte et quecunque inde secuta perinde a data presencium, dummodo prebenda ipsa tibi alias ipsarum literarum tibi concessarum vigore deberetur, perinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si de eadem prebenda nulla per sedem apostolicam reservacio facta foret, ac eciam volumus, quod tu prebendam predictam, quam nunc iu ipsa Pragensi ecclesia tenes, realiter et omnino dimittas . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII. kal. Augusti a. quarto.

R. Av. 132 fol. 517'. — a) Corrige: ‚Stankou'. b) ‚in' Suppl. — [1]) 1354 Augusti 23. [2]) Conf. nr. 36. [3]) Conf. nr. 449, 1356 Julii 2. [4]) Conf. nr. 216.

---

462. *Priori generali et fratribus ordinis heremitarum s. Augustini recipiendi, Johanni marchioni Moraviae fundandi et construendi monasterium fratrum heremitarum in oppido Brunna seu suburbio eius licentia conceditur. „Sane vestre religionis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Augusti a. quarto."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 18.*

R. Av. 133 fol. 251'. — Ed. apud Brandl, Cod. dipl. Mor. IX pag. 18 ex orig. archivii eiusdem monasterii.

---

463. *Solutio pecuniae a Johanne Paduano decano ecclesiae Vissegradensis ratione restantium censuum annuorum eiusdem ecclesiae receptae.*

1356 Julii 20.

Die XX mensis Julii [a. a nativitate domini millesimo CCC quinquagesimo sexto, indiccione nona, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. quarto][a]) recepti fuerunt a domino Johanne Paduano, decano ecclesie Vicegradensis Pragensis dioc., collectore apostolico in regno Boemie, de pecuniis per eum receptis racione arreyragiorum[1]) census annui debiti camere per prepositum et capitulum ecclesie Vicegradensis racione exempcionis, restan[tes] deberi de XXV annis, ut contiuebatur in copia cuiusdam instrumenti[2]) exhibita per dominum Bertrandum episcopum Aptensem, solvente per manus dicti domini episcopi — V^C^LXVI flor.

Int. et Exit. (1356) 278 fol. — 2. Ed. apud Kirsch, Kollektorien pag. 384. — a) Suppletum ex folio primo. — [1]) Arreyragium = areragium. [2]) Orig. cap. Vissegrad. de 1356 Maii 4, copia in archivio musaei regni Boh.; conf. Kollmann, O kollektorech komory papežské v Čechách pag. 30.

---

464. *Johanni de Falkenau beneficium ecclesiasticum in diocesi Vratislaviensi reservatur.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 24.*

D. f. Johanni de Walkenow perpetuo vicario in ecclesia Wratislauiensi salutem etc. Exigentibus probitatis et virtutum meritis . . . . Volentes itaque tibi

in presbyteratus ordine constituto . . . . graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . ., si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad . . . . episcopi Wratislauiensis et . . . . decani ecclesie Wratislauiensis collacionem . . . pertinens, si quod in civitate vel diocesi Wratislauiensi vacat ad presens vel cum vacaverit, conferendum tibi . . . . donacioni apostolice reservamus, ... non obstantibus . . . ., quod in ecclesia Wratislauiensi quandam perpetuam vicariam nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . beneficium fueris pacifice assecutus, predictam vicariam . . . . dimittere tenearis . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIIII kal. Augusti a. quarto. In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et . . . . abbati monasterii s. Marie in Arena extra muros Wratislauienses ac . . decano eccl. s. Agricoli Auinionensis . . . .

R. Av. 133 fol. 27'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

465. *Praeposito ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Gregorio Prochoni de Roudnicz*[a]) *praesbytero Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, spectans ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Augusti a. quarto."*

X
. X . *Apud Villamnouam, 1356 Julii 25.*

R. Av. 133 fol. 43. — a) ‚Rudrucz' Av.

---

466. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Johanni nato nobilis viri Busconis de Vilharticz*[a]) *militis, canonico Olomucensi de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus „quod idem Johannes canonicatum sub expectacione prebendae in ecclesia Olomucensi auctoritate litterarum nostrarum dicitur obtinere"* [1]) *„Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Augusti a. quarto".*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 25.*

R. Av. 134 fol. 327'. — a) ‚Busconis de Wilharticz' Av. — 1) Conf. nr. 412.

---

467. *Praeposito ecclesiae s. Petri Brunnensis Olomucensis dioc. mandatur, quatenus Henrico de Drnovicz*[a]) *clerico Olomucensis dioc. de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Augusti a. quarto."*

X
. X *Apud Villamnovam, 1356 Julii 25.*

R. Av. 134 fol. 333. — a) ‚Dirnowicz' Av.

---

468. *Abbati monasterii Brevnoviensis Pragensis dioc. mandatur, quatenus Friderico Bočkonis*[a]) *de Lesnicz clerico Olomucensis dioc. de canonicatu ecclesiae Vissegradensis prope Pragam sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Augusti a. quarto."*

X
. X *Apud Villamnovam, 1356 Julii 25.*

R. Av. 134 fol. 333'. — a) ,Boczkonis' Av.

---

469. *Obligatio Čenkonis nati Přibkonis de Třeborěticz.*

1356 Julii 28.

Quelto[a]) natus nobilis viri Przibconis de Trzevowyeti[cz] militis Pragensis dioc. eodem anno [MCCCLVI][b]) et XXVIII die Julii promisit pro fructibus ecclesie in Zwol dicte dioc. per ipsum indebite perceptis LX flor. auri.

Obl. et Sol. 23a fol. 32. — a) Corrige: ,Czenco' ut in nr. 444 et 445 b) Suppletum ex margine superiori.

---

470. *Decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Prudotae Zdeslai de Všetat beneficium ecclesiasticum ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens reservet.*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 29.*

D. f. . . decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Volentes itaque d. f. Prudotam Sdeslai de Wsetat rectorem parrochialis ecclesie in Wsetat Pragensis dioc. . . . . consideracione . . . Anne Romanorum imperatricis, ... pro eodem Prudota devoto suo . . . . supplicantis, favoribus prosequi graciosis, discrecioni tue . . . . mandamus, quatenus . . . . beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, et si simplex officium existat, cuius fructus, ... si cum cura, viginti quinque, si veró sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, spectans . . . . ad collacionem . . . . archiepiscopi Pragensis et . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis . . . ., conferendum eidem Prudote . . . . donacioni tue auctoritate nostra reserves . . . ., non obstantibus . . . ., quod idem Prudota dictam parrochialem ecclesiam noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Prudota, quam primum . . . . . curatum beneficium fuerit pacifice assecutus, predictam parrochialem ecclesiam dimittere teneatur. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII kal. Augusti a. quarto.

R. Av. 133 fol. 51.

---

471. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Egidio nato nobilis viri Herbordi de Janovicz*[a]) *militis, clerico Pragensis dioc., „consideracione . . . . Anne Romanorum imperatricis . . . ., asserentis eundem militem magistrum curie sue, pro ipso Egidio nobis in hac parte humiliter supplicantis," de canonicatu ecclesiae Vissegradensis prope Pragam sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII kal. Augusti a. quarto."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Julii 29.*

R. Av. 131 fol. 531. — a) ‚Janowicz' Av.

---

472. *Hugucioni Garnecii de Florentia, laico Pragae commoranti, conceditur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Augusti a. quarto."*

≡ *Avinione, 1356 Augusti 1.*
. X .

R. Av. 133 fol. 350.

473. *Donatio iuris patronatus ecclesiae parochialis in Kochlicz Vratislaviensis dioc. per quondam Boleslaum ducem Silesiae monasterio in Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. facta confirmatur; cum insertis litteris Boleslai ducis Silesiae et Nankeri episcopi Vratislaviensis datis die 1 Martii et 7 Junii 1329. „Hiis, que in sustentacionem" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V id. Augusti a. quarto".*

≡
V
X *Apud Villamnovam, 1356 Augusti 9.*
X
X
X

R. Av. 132 fol. 530'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 574.

---

474. *Assignatio 30 marcarum Polonici ponderis ex fructibus ecclesiae parochialis in Sichia (Seichau) presbytero eiusdem ecclesiae, quam quondam Henricus dux Glogoviae primo et deinde quondam filii sui Henricus et Conradus duces Glogoviae monasterio in Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. donaverant, et applicatio reliquorum fructuum eiusdem ecclesiae 4 monachis dicti monasterii confirmatur; cum insertis litteris Gentilis presbyteri cardinalis et Nankeri episcopi Vratislaviensis, datis die 29 Maii 1311 et 15 Aprilis 1330. „Hiis, que pro divini" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V id. Augusti a. quarto".*

. XL . *Apud Villamnovam, 1356 Augusti 9.*

R. Av. 132 fol. 531'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 573.

---

475. *Abbati monasterii beatae Mariae in Arena extra muros Vratislavienses mandatur, quatenus Erasmo Uberd*[a] *alias Flaming, clerico Vratislaviensi, de canonicatu ecclesiae s. Georgii Coloniensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione II id. Augusti a. quarto".*

X
. X . *Avinione, 1356 Augusti 12.*

R. Av. 134 fol. 360. — a) ‚Vberd' Av.

---

476. *Decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus Henrico nato quondam Boleslai ducis Opuliae clerico Vratislaviensis dioc., „consideracione . . . . Karoli Romanorum imperatoris . . . . asserentis eundem Henricum familiarem et affinem suum ac . . . . Ludouici Vngariae et Casimiri Polonie regum consanguineum proximum fore", de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Septembris a. quarto".*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Augusti 18.*

R. Av. 134 fol. 519'.

---

477. *Cum Henrico nato Boleslai ducis Opuliae, clerico Vratislaviensis dioc., ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris dispensatur, ut dignitatem, personatum, administrationem perpetuam vel officium infra regnum Bohemiae libere recipere et licite retinere valeat defectu aetatis non obstante. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Septembris a. quarto".*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Augusti 18.*

R. Av. 132 fol. 500'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 577.

---

478. *Guidoni episcopo Portuensi confertur canonicatus et praebenda ac archidiaconatus ecclesiae Lingonensis. „Exigit tuorum excellencia" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI kal. Septembris a. quarto". — In e. m. episcopo Cabilonensi,*[a]*) archidiacono Pragensi ac officiali Lingonensi.*

Gratis. Apud Villamnovam, 1356 Augusti 27.

R. Av. 134 fol. 33'. — a) ‚Gabilonensi' Av.

---

479. *Alberto de Liticz conceditur, ut eius acceptacio decanatus ecclesiae s. Egidi Pragensis et provisio de eodem decanatu ei facta valeant.*

=
. X . *Apud Villamnovam, 1356 Septembris 5.*

D. f. Alberto de Luticz decano ecclesie s. Egidii Pragensis salutem etc. Exigentibus probitatis . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim tu vigore quarundam literarum nostrarum,[1] per quas canonicatum in Pragensi ecclesia obtinens, prebendam dicte ecclesie ac dignitatem, personatum seu officium cum cura vel sine cura ad collacionem . . . . archiepiscopi Pragensis et dd. ff . . prepositi, . . decani et capituli predicte ecclesie, eciam si in ecclesia ipsa existet, pertinentem seu pertinens communiter vel divisim, expectabas, decanatum ecclesie s. Egidii Pragensis, qui dignitas in ecclesia s. Egidii prefata existit, et quem quondam Bartholomeus Gerlaci ultimus eiusdem ecclesie s. Egidii decanus obtinebat, per ipsius Bartholomei obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantem, et ad collacionem dicti archiepiscopi pertinentem tibique alias debitum infra tempus legitimum acceptasti et de illo tibi provideri fecisti canonice, nisi forsan apostolice reservaciones obstarent; et licet vigore acceptacionis et provisionis huiusmodi decanatum ipsum extunc possederis, prout adhuc possides pacifice et quiete, dubitas tamen, dictum decanatum fuisse tempore acceptacionis et provisionis predictarum disposicioni apostolice reservatum, et propterea te posse super eo imposterum molestari, nos igitur attendentes te, ut asseris, carissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum imperatoris semper augusti capellanum, premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica tibi — in Wissegradensi prope Pragam cum prebenda et prestimonio alias obediencia nuncupato et in predicta Pragensi ecclesiis sub expectacione prebende canonicatus et quandam perpetuam vicariam obtinenti — auctoritate concedimus, quod acceptacio et provisio predicte de ipso decanatu, ut premittitur, tibi facte et alia inde secuta perinde a data presencium valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si de decanatu prefato per sedem apostolicam nulla reservacio facta foret. . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Septembris a. quarto.

R. Av. 133 fol. 304'. — [1]) Conf. nr. 410

---

480. *Episcopo Poznaniensi mandatur, quatenus Johanni Czelegii canonico Vratislaviensi in iure canonico studenti ad supplicationem* ***Kazimiri*** *Poloniae regis praeposituram ecclesiae collegiatae Lanciciensis Gneznensis dioc. tunc vacantem conferat, non obstante, quod praeter alios in Vratislaviensi ecclesia cum praebenda canonicatum obtinet. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Octobris a. quarto."*

. X/X . *Avinione, 1356 Septembris 17.*

R. Av. 132 fol. 266. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 580.

---

481. *Alberto Johannis confertur ad supplicationem Kazimiri Poloniae regis canonicatus et praebenda ecclesiae Gneznensis, quos Arnaldus de Lacaucina,*[a]) *qui alios canonicatum et praebendam eiusdem ecclesiae assecutus est, obtinuerat, non*

obstante, quod idem Albertus inter alia super decanatu Vratislaviensis ecclesiae tres definitivas sententias reportavit. „Laudabilia tuarum probitatis" „Auinione XV kal. Octobris a. quarto."

. X X . *Avinione, 1356 Septembris 17.*

R. Av. 132 fol. 304'. a) ‚Caucina' Av.

482. *Custodi ecclesiae Cracoviensis mandatur, quatenus Petro Thomissae de „Tansina" canonico ecclesiae Sandomiriensis Cracoviensis dioc. ad supplicationem Kazimiri Poloniae regis dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinentem vel pertinens, si „in ecclesia s. Crucis in Opol Wratislauiensis dioc. vacat ad presens vel cum vacaverit, consuetam vel consuetum aliis quam canonicis ipsius ecclesie assignari" reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Octobris a. quarto."*

X
. X . *Avinione, 1356 Septembris 17.*

R. Av. 134 fol. 164'. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 580.

483. *Episcopo Poznaniensi mandatur, quatenus Divissio* a) *Prandotae canonico Cracoviensi, in iure canonico studenti, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, „quod idem Dyuissius in Cracouiensi canonicatum et prebendam et in Kalissiensi Gneznensis dioc. ecclesiis archidiaconatum noscitur obtinere". „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 17.*

R. Av. 134 fol. 528. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 580. — a) ‚Dyuissinn' Av.

484. *Johanni Suchywilk* a) *decretorum doctori providetur ad supplicationem Kazimiri Poloniae regis de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus, „quod in Gneznensi prepositurам et in Wratislauiensi et in Wladislauiensi nec non in Poznaniensi ecclesiis canonicatus et prebendas" noscitur obtinere. „Litterarum sciencia" „Auinione XV kal. Octobris a. quarto." — In e. m. Tynecensi* b) *et de Claratumba monasteriorum abbatibus ac praeposito ecclesiae s. Floriani Cracoviensis dioc.*

| |
. X X . *Avinione, 1356 Septembris 17.*

R. Av. 134 fol. 528'. — a) ‚Suchiuilk' Av. b) ‚Tinciensis' Av.

485. Innocentius VI Carolo imperatori Romanorum se excusat de denegata restitutione litterarum, quibus Carolus in exactione denarii s. Petri in dioc. Vratislaviensi ecclesiae Romanae auxilium promisit, et de non facta promotione Theoderici episcopi Mindensis ad ecclesiam Constantiensem.

Avinione, 1356 Septembris 25.

Carissimo in Christo filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto salutem etc. Quamquam d. f. nobilis vir Burchardus comes et purchravius Magdeburgensis, nuncius tuus, lator presencium, quem et literas tuas per eum nobis exhibitas contemplacione tua et ipsius insuper bonitatis obtentu benigne placideque recepimus, et qui commissa per te sibi negocia apud nos cum omni gravitate atque modestia studiose fuit ac solicite prosecutus, ad te de beneplacito nostro se referens, ea, que in huiusmodi negociis acta sunt, et nostram circa te tuaque negocia iam antea notam tibi affeccionem sinceram, que cum incremento temporis incrementa suscepit et suscipit ac in augmento sui continue renovatur, sit magnitudini tue fideli sermone plenius relaturus, ut tamen nos quoque hiis super aliquid perfunctorie describamus, scire te facimus, quod, dum idem comes pro parte tua peteret sibi restitui per nos quasdam litteras per te olim Romane ecclesie matri tue filiali devocione concessas, per quas tuo et successorum tuorum regum Boemie nomine inter alia promisisti eidem ecclesie, quod tu et illi prestaretis omne auxilium et favorem ipsi ecclesie ac nunciis eius in exaccione et [a]) percepcione census, qui dicitur denarius s. Petri ac aliorum iurium, que ipsa ecclesia in civitate et dioc. Wratislauiensi percipere consuevit et percipit, et quod ipsa iura potencie regie presidio defensares adversus insolenciam malignorum, nos, quamvis ex peticione huiusmodi miraremur, tamen votis tuis, quantum possemus cum deo, ad quem velut princeps catholicus ea omnia dirigis, annuere paternis affectibus cupientes, venerabilibus fratribus nostris s. Romane ecclesie cardinalibus et eodem comite presentibus coram nobis huiusmodi litteras legi fecimus intelligibiliter, audientibus omnibus et demum petito a cardinalibus eisdem consilio, qualiter peticioni tué super hoc annuere sine remorsu consciencie et dei offensione possemus, visum est communiter omnibus, quod huiusmodi littere, que favoribus ipsius ecclesie multum adiciunt, et per quas tuis in nullo iuribus derogatur, debebant et poterant sine animi tui molestia retineri, quoniam indubie tenetur, firmiter creditur, quod, si ex diuturnitate temporis aliquid de tenore litterarum ipsarum oblivio tibi surripuit, ac per hoc earum esset tibi retencio forsitan minus grata, illarum inspecto tenore, quicquid minus quam complacencie proinde tibi esset, illico deleretur, cum extunc devocio tua non decreverit sed aucta sit erga ipsam ecclesiam, cuius eciam erga te caritas indesinenter excrescit, huiusmodi ergo litterarum copiam tibi transmittimus presentibus interclusam, ut earum serie in consideracionem adducta, mentis nostre zelum in earum retencione rectum absque omni obliquitate cognoscas. Super provisione vero ecclesie Constanciensis de persona ven. fr. nostri Theodorici episcopi Mindensis facienda rescripsimus, et ven. fr. noster Guido episcopus Portuensis rescripsit de consciencia nostra tibi, quod licet ipsius episcopi Mindensis consideracione tua et ex affeccione, quam habemus ad eum, honorem desideremus et statum, tamen, habita super provisione huiusmodi consultacione cum fratribus

antefatis, huiusmodi provisio minus expediens quoad presens ipsi ecclesie reputatur, quamquam adversus personam ipsius episcopi non fuerit quicquam dictum. Quesumus itaque, fili carissime, et serenitatem tuam sinceris affectibus deprecamur, quatinus equo animo feras nec molestam habeas retencionem litterarum huiusmodi, quam non cupido aut malicia sed honor[b]) ipsius ecclesie, quem sicut benediccionis filius zelaris attencius, et tua pura devocio, quasi quodam in speculo ipsis refulgens in litteris, suaserunt, nec in promocione ipsius episcopi Mindensis preces tuas repulsas existimes, sed intelligas occasionem impedimenti obicem prestitisse, quoniam ad tua promovenda beneplacita teste deo illam gerimus voluntatem, ut in eis iocundum nobis sit peticiones tuas eciam prevenire. D. Auinione VII kal. Octobris a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 186', R. Vat. 244 F (Archet) nr. 234. — Reg. apud Dudik, Iter. Rom. II pag. 124, Werunsky, Excerpta nr. 385 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 787 nr. 306. — a) ‚ac' Archet. b) ‚honorem' Vat. et Archet. — In tergo Archet: ‚R.'

---

486. Rudolpho nato Johannis dicti Rulen de Friedberg[a]), notario et secretario Caroli Romanorum imperatoris, canonicatus et praebenda ecclesiae s. Petri extra muros Maguntinenses, tunc vacantes, conferuntur, non obstantibus, quod in Wetzlariensi[b]) praeposituram et in s. Florini ac in s. Castoris Confluentiae Treverensis dioc. cum praebendis ac Wormatiensi ecclesiis sub expectatione praebendae canonicatus obtinet. „Honestas morum" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."

. X X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 132 fol. 201. — a) ‚Fudeberg' Av. b) ‚Werslariensi' Av.

---

487. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Johanni de Bozkovicz[a]) dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, ad collationem episcopi ac decani et capituli ecclesiae Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus, quod in eadem ecclesia canonicatum et praebendam noscitur obtinere „Dignum arbitramur" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."

X
. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 132 fol. 340. — a) ‚Rozcowecz' Av.

---

488. Nobili viro Johanni de Námčsť[a]) militi et nobili mulieri Annae eius uxori Pragensis (!) dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."

Avinione, 1356 Septembris 25.

R. Av. 132 fol. 449'. — a) ‚Namesch' Av.

---

489. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Henrico nato nobilis viri Petri de Jevíčko (?)[a]) militis, clerico Olomucensis dioc., beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."*

X
. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 51'. — a) ‚Gews' Av.

---

490. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Nicolao nato quondam Henslin de Mohilna perpetuo vicario in ecclesia Pragensi beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi, scholastici et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus, quod idem Nicolaus in ecclesia Pragensi quandam perpetuam vicariam obtinet. „Dignum arbitramur" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto".*

X
. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 52.

---

491. *Giselae comitissae Magdeburgensi indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Francisci Pragense libere ingredi valeat.*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Ghisle comitisse Magdeburgensi salutem etc. Devocionis tue . . . . Hinc est, quod nos tuis supplicacionibus inclinati, ut cum quatuor matronis honestis monasterium s. Francisci Pragense ordinis s. Clare quibuscumque ipsorum monasterii et ordinis statutis et consuetudinibus ac quibuscumque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus semel in anno duntaxat ingredi libere valeas, dummodo earum, que monasterio ipso prefuerint, ad id accedat assensus, et tu dicteque matrone ibidem non comedatis nec eciam pernoctetis, devocioni tue tenore presencium indulgemus . . . . D. Auinione VII kal. Octobris a. quarto.

R. Av. 133 fol. 284.

---

492. *Nobili mulieri Elisabeth[a]) uxori nobilis viri Andreae de Duba militis Pragensis dioc. indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Francisci Pragense bis in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue" „D. ut in eadem" [littera], id est ut in nr. 492.*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 284'. — a) ‚Elizabeth' Av.

---

493. *Elae[a]) uxori Ulae[1]) Rokczanerii[b]) civis Pragensis indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Francisci Pragense bis in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue“ „D. ut in eadem“ [littera], id est ut in nr. 492.*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 284'. — a) ‚Ele‘ Av. b) ‚Vle Rothenerii‘ Av. — 1) Id est: ‚Ulrici‘ Conf. Tomek, Základy místopisu Pražského pag. 136.

---

494. *Nobili viro Andreae[a]) de Duba militi et nobili mulieri Elisabeth[b]) eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione VII kal. Octobris a. quarto.“*

V
. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 359'. — Ed. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 298. — a) ‚Andree‘ Av. b) ‚Elizabeth‘ Av.

---

495. *Nobili viro Guillelmo de Skála[a]) militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione VII kal. Octobris a. quarto.“*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 359'. — a) ‚Willelmo de Scala‘ Av.

---

496. *Nobili viro Andreae de Okoř[a]) militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione VII kal. Octobris a. quarto.“*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 359'. — a) ‚Andree de Okarchz‘ Av.

---

497. *Nobili viro Johanni de Wartenberg dicto de Veselí[a]) militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione VII kal. Octobris a. quarto.“*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 359'. — a) ‚Wessel‘ Av.

---

498. *Nobili viro Vankoni*[a]) *de Wartenberg dicto de Veselí*[b]) *militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto".*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 359'. — a) ‚Wanconi' Av. b) ‚Wessel' Av.

---

499. *Nobili viro Benessio dicto de Weitmile*[a]) *militi Olomucensis dioc. indulgetur ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VII*[b]) *kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 360. — a) ‚Weitmul' Av. b) ‚VI' per errorem Av.

---

500. *Nobili viro Ješkoni de Boskovicz*[a]) *militi Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."*

X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 360. — a) ‚Jeskoni de Buskewicz' Av.

---

501. *Nobili viro Zdenkoni de Lukavicz*[a]) *militi Luthomuslensis dioc. indulgetur ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 360. — a) ‚Sdenkoni de Luchewiz' Av.

---

502. *Nobili viro Přemkoni*[a]) *duci Tessinensi*[b]) *Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VII kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 133 fol. 360. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 302. — a) ‚Prsemconi' Av. b) ‚Tesschinensi' Av.

---

503. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Henrico de Meziřič*[a]) *canonico Olomucensi*[1]) *de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis provideri procuret, non obstantibus, quod in Olomucensi et in castro Pragensi ecclesiis canonicatus et praebendas et parochialem ecclesiam de Moštěnicz*[b]) *Olomucensis dioc. obtinet. „Dignum arbitramur“ „Auinione VII kal. Octobris a. quarto.“*

X
. X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 134 fol. 339. — a) ‚Meyzerz‘ Av. b) ‚Mossenicz‘ Av. — 1) Conf. Cod. dipl. Mor. VIII pag. 181, ubi Henricus de ‚Meseriez‘ canonicus Olomucensis.

---

504. *Cunoni de Hartvíkovicz (?)*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Vissegradensis prope Pragam sub expectatione praebendae, non obstantibus, quod parochialem ecclesiam in „Zoltitz“ Olomucensis dioc. obtinet. „Laudabilia probitatis“ „Auinione VII kal. Octobris a. quarto.“ — In e. m. episcopo Olomucensi et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

| |
. X X . *Avinione, 1356 Septembris 25.*

R. Av. 134 fol. 517′. — a) ‚Arewycowicz‘ Av.

---

505. *Innocentius VI Carolum Romanorum imperatorem certiorem facit, episcopum Aptensem, quem hoc anno ad imperatorem misit, ut se de permutatione castri Donaustauf*[a]) *ecclesiae Ratisponensis pro aliis bonis in regno Bohemiae constitutis informaret, simul cum Burchardo comite et purgravio Magdeburgensi ad se venisse. Rogat eundem imperatorem secundum declarationem praenominati comitis, ut castrum praedictum ecclesiae Ratisponensi, completis, quae per episcopum erga imperatorem fuerint facienda, restituat. „Venerabilis frater“ „Auinione VI kal. Octobris a. quarto.“*

Avinione, 1356 Septembris 26.

R. Vat. 238 fol. 187′, R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 92. — Ed. apud Ludewig, Reliquiae manuscr. VI pag. 15, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 509 nr. 54. — a) ‚Tumstauffen‘ Vat.

---

506. *Episcopo et capitulo ecclesiae Ratisponensis sub excommunicationis et suspensionis poenis et sententiis inhibetur, ne castrum Donaustauf*[a]) *vendere aut quocunque alio modo ab eadem ecclesia alienare praesumant. „Ecclesiarum utilitatibus“ „Auinione VI kal. Octobris a. quarto“.*

Avinione, 1356 Septembris 26.

Orig. in archivio aul. Vindob. nr. 486 Bohem., R. Vat. 238 fol. 189, R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 162 — Reg apud Werunsky, Excerpta nr. 386 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 787 nr. 307. — a) ‚Tunstauffen‘ Vat.

---

507. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Benessio nato nobilis viri Benessii dicti de Weitmile[a]) militis, rectori parochialis ecclesiae in Ješov[b]) Olomucensis dioc., in iure canonico studenti, de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VI kal. Octobris a. quarto."*

X
. X .

Avinione, 1356 Septembris 26.

R. Av. 131 fol. 520'. — a) ‚Wytenmnil' Av. b) ‚Jessehaw' Av.

---

508. *Capitulum ecclesiae Ratisponensis rogatur, quatenus episcopum inducat, ut „castrum, villas, bona et pecunias, que recepit a .... Carolo imperatore Romanorum .... pro castro Tunstauffen, ad mensam episcopalem Ratisponensem pertinente Ratisponensis dioc., imperatori prefato reddere ipsumque castrum Tunstauffen ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie revocare procuret." „Astanti non solum" „Auinione V kal. Octobris a. quarto".*

Avinione, 1356 Septembris 27.

R. Vat. 238 fol. 190, R. Vat. 244 F (Archet.) nr. 355 et 361.

---

509. *Francisco Henrici de Vratislavia monacho monasterii Aulae Regiae[a]) Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto".*

Avinione, 1356 Septembris 28.

R. Av. 132 fol. 451. — a) ‚Auleregie' Av.

---

510. *Johanni abbati monasterii Aulae Regiae[a]) Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto."*

Avinione, 1356 Septembris 28.

R. Av. 132 fol. 451. — a) ‚Auleregie' Av.

---

511. *Henrico abbati monasterii Pomucensis Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 28.*

R. Av. 133 fol. 364'.

---

512. *Johanni de Saxonia rectori parochialis ecclesiae in Praskolesy*[a] *Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 28.*

R. Av. 133 fol. 364'. — a) ‚Prasculis' Av.

---

513. *Francisco Clementerii priori monasterii Aulae Regiae*[a] *Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 28.*

R. Av. 133 fol. 364'. — a) ‚Auleregie' Av.

---

514. *Johanni Henrici de Frankenstein*[a] *monacho monasterii Aulae Regiae*[b] *Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto."*

. X . *Avinione, 1356 Septembris 28.*

R. Av. 133 fol. 364'. — a) ‚Vrakeynsteyn' Av. b) ‚Auleregie' Av.

---

515. *Hermanno Ludovici monacho monasterii Aulae Regiae*[a] *Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium*

peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione IIII kal. Octobris a. quarto.“

. X̄ . *Avinione, 1356 Septembris 28.*

R. Av. 133 fol. 364'. — a) ‚Auleregie‘ Av.

---

516. *Episcopo Ratisponensi mandatur, „quatenus castrum, villas, bona et pecunias, que a . . . Carolo Romanorum imperatore . . . pro castro Tunstauffen, ad mensam episcopalem ecclesie Ratisponensis . . . . pertinente Ratisponensis dioc., recepit,*[a]) *restituere ipsumque castrum Tunstauffen ad ius et proprietatem ipsius ecclesie revocare cum omni celeritate“ procuret. „Si ad iuramentum“ „Auinione kal. Octobris a. quarto.“*

Avinione, 1356 Octobris 1.

R. Vat. 238 fol. 245'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 388. — a) ‚recepisti‘ Vat.

---

517. *Androinus abbas monasterii Cluniacensis ad Carolum Romanorum imperatorem destinatus archiepiscopo Coloniensi, Pragensi, episcopis Olomucensi, Luthomuslensi et aliis recommundatur.*

Avinione, 1356 Octobris 7.

Ven. fr. Willermo archiepiscopo Coloniensi salutem etc. Pro quibusdam negociis magnis et arduis, que universaliter honorem et commodum christiani populi et particulariter ecclesie Romane respiciunt interesse, d. f. Androinum abbatem monasterii Cluniacensis Matisconensis dioc., apostolice sedis nuncium, latorem presencium, ad . . . . Carolum Romanorum imperatorem . . . . providimus destinandum. Et ideo fraternitatem tuam attente rogamus, quatenus ea, que memoratus abbas tibi pro parte nostra retulerit, credas indubie illisque promocionis oportune operam favorabiliter studeas adhibere. D. Auinione non. Octobris a. quarto

Item in e. m. . . . .

Item in e. m. ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi.

Item in e. m. ven. fr. episcopo Olomucensi.

Item in e. m. ven. fr. Johanni episcopo Luthomuslensi, cancellario . . . . Caroli imperatoris Romanorum semper augusti.

R. Vat. 238 fol. 205. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 390 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 787 nr. 310.

---

518. Francisco Conradi de Tyn canonico ecclesiae Vissegradensis conceditur, ut eius acceptatio praebendae ecclesiae Vissegradensis et provisio de eadem praebenda ei facta valeant.

. X . *Avinione, 1356 Octobris 9.*

D. f. Francisco Conradi de Tin canonico ecclesie Wissegradensis prope Pragam, salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie Wissegradensis prope Pragam, quos quondam Siffridus de Lestkaw ipsius ecclesie canonicus in ecclesia ipsa, dum viveret, obtinebat, per ipsius Siffridi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantibus, tu vigore literarum nostrarum per quas canonicatum in dicta ecclesia obtinens, prebendam inibi expectabas.[1]) prebendam predictam sic vacantem nullique alii de iure debitam infra tempus legitimum acceptasti tibique de illa canonice, nisi apostolica obstaret reservacio, provideri fecisti. Verum cum, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites prebendam ipsam tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi fore donacioni apostolice reservatam teque propterea posse super ea imposterum molestari, nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi super hoc de benignitate apostolica dignaremur, nos igitur . . . . apostolica tibi, eciam decanatum capelle regie Omnium Sanctorum in castro Pragensi obtinenti, auctoritate concedimus, quod acceptacio et provisio predicte de dicta prebenda, ut premittitur, facte et quecunque inde secuta perinde a data presencium valeant plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si de ipsa prebenda nulla per sedem apostolicam reservacio facta foret . . . . D. Auinione VII id. Octobris a. quarto.

R. Av. 132 fol. 501. — [1]) Conf. nr. 88.

---

519. Johannes episcopus Varmiensis quitatur de solutione partis sui communis servitii camerae apostolicae per manus Simonis[a]) de Legnicz[b]) canonici Vratislaviensis facta. „Stephanus etc." „Auinione die XII mensis Octobris a. [domini MCCCLVI, indiccione IX, pontificatus . . . . Innocencii VI a. quarto]". [c])

Avinione, 1356 Octobris 12.

Obl. et Sol. 30 fol. 123', R. Av. 122 fol. 448. — [a]) ‚Symonis' Obl. et Av. [b]) ‚Leguez' Av. [c]) Suppletum ex litteris in registris praecedentibus. — De eadem solutione per manus eiusdem Simonis facta in Int. et Exit. (1356) 278 fol. 18 sub eodem dato mentio fit.

---

520. Johanni Heubenerii Vratislaviensis dioc. conceditur officium tabellionatus.

F
. X . *Avinione, 1356 Octobris 16.*

D. f. Johanni Heubenerii clerico non coniugato nec in sacris ordinibus constituto Wratislauiensis dioc. salutem etc. Ne contractuum memoria deperiret . . . .

Hinc est quod nos huiusmodi officium tibi, qui ad illud per venerabilem fratrem nostrum Petrum episcopum Penestrinum, cui tuam examinacionem commisimus, repertus fuisti ydoneus, et in cuius manibus postmodum prestitisti in forma, que sequitur, iuramentum, duximus concedendum, ut tu idem officium prudenter et fideliter ubilibet exequaris et ad te, cum necesse fuerit, in hiis, que ad officium ipsum pertinent, fiducialiter recurratur. Formam autem iuramenti predicti, ut per eam plenius informeris, presentibus inseri fecimus . . .[a]) D. Auinione XVII kal. Novembris a. quarto.

R. Av. 134 fol. 491. — [a]) Quoad formam conf. Tangl, Päpstl. Kanzleiordnungen pag. 329 nr. CXXXII et pag. 50 nr. XVII.

521. *Gunthero de Kottwitz conceditur, ut collatio archidiaconatus Lusatiae ei facta valeat.*

. X̄ . *Avinione, 1356 Octobris 22.*

D. f. Gunthero de Kothewitz archidiacono Lusaciensi in ecclesia Misnensi salutem etc. Multiplicia probitatis . . . . Sane peticio tua nobis exhibita continebat quod olim ven. fr. noster Johannes episcopus Misnensis archidiaconatum Lusaciensem in ecclesia Misnensi, quem d. f. magister Nicolaus de Budissin decretorum doctor, olim archidiaconus Lusaciensis, in eadem ecclesia, tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius[a]) Nicolai in manibus eiusdem episcopi extra Romanam curiam sponte factam et ab eodem episcopo auctoritate ordinaria extra dictam curiam admissam vacantem et ad ipsius episcopi collacionem spectantem, nulli debitum, canonice, nisi apostolica obstaret reservacio, tibi contulit et providit de illo. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites dictum archidiaconatum tempore collacionis et provisionis huiusmodi fore disposicioni sedis apostolice reservatum, teque posse super illo imposterum molestari, nos . . . . tuis supplicacionibus inclinati, volumus et tibi, canonicatum et prebendam maiorem in ecclesia Cycensi[1]) Nuemburgensis dioc. obtinenti, qui eciam receptus es in canonicum ipsius ecclesie Misnensis, cuique prebenda eiusdem ecclesie tunc vacans est assignata, ut asseris apostolica auctoritate, concedimus, quod huiusmodi collacio et provisio per dictum episcopum de eodem archidiaconatu, ut premittitur, tibi facte et quecumque inde secuta perinde a data presencium valeant plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si de dicto archidiaconatu nulla per sedem ipsam reservacio facta foret . . . . D. Auinione XI kal. Novembris a. quarto.

R. Av. 133 fol. 285'. — [a]), ipsius et' Av. — [1]) Zeitz in Prussia distr. Merseburg.

---

522. *Compositio Guntheri de Kottwitz de canonicatu ecclesiae Misnensis.*

1356 Octobris 22.

Canonicatus et prebenda ecclesie Misnensis et archidiaconatus Lusaciensis fuerunt confirmati Gamthero[a]) de Kothewicz XI kal. Novembris a IIII. Composuit ad XXX florenos de Florencia, quos solvit — XXX flor.

Coll. Alam. 4 fol. 58', Collect. Alam. 5 fol. 60'. — Ed. apud Kirsch. Annaten I pag. 153. — a) Corrige: ,Gunthero'.

523. *Arnaldo de Lacaucina extenditur potestas promovendi negotia ecclesiae Romanae ad dioc. Vratislaviensem, Caminensem et Lubucensem.*

Avinione, 1356 Octobris 25.

D. f. Arnaldo de[a]) Caucina scolastico ecclesiae Cracouiensis apostolice sedis nuncio. Significasti nobis, quod licet in nonnullis litteris apostolicis, per quas tibi pleraque negocia[b]) sunt commissa, nuncius apostolice sedis in Vngarie et Polonie regnis et terris subiectis regum ipsorum dominiis nomineris, tu tamen ecclesie Romane negocia pro utilitate ipsius ecclesie in Wratislauiensi et Caminensi ac Lubucensi civitatibus et diocesibus frequenter promovere ac prosequi studuisti. Nos autem huiusmodi tuum studium commendantes ac acceptantes et approbantes omnia et singula, que per te in dictis civitatibus et diocesibus acta sunt pro utilitate ecclesie memorate, concessam tibi potestatem in execucione ac promocione quorumcumque negociorum ipsius ecclesie in regnis eisdem ad predictas civitates et dioceses omnes et singulas quoad promocionem et prosecucionem huiusmodi negociorum ipsius ecclesie extendimus ac eciam prorogamus. D. Auinione VIII kal. Novembris a. quarto.

R. Vat. 238 fol. 226, R. Vat. 244 F. (Archet.) nr. 380, R. Vat. 243 fol. 11. — a) Sequitur: ,Laca', sed cancellatum est in Archet. b) Sequitur: ,duximus', sed cancellatum est in Archet. — In tergo Archet.: ,VIII kal. Nov. a. IIII R.'

524. *Iudicibus mandatur, quatenus Nicolao nato Jacobi de Brux parochialem ecclesiam in Schurgast conferant.*

Gratis. *Avinione, 1356 Octobris 28.*

Dd. ff. magistris Johanni de Lyoniis abbati seculari[a]) s. Marie Maioris Pictauensis et Johanni Haberti thesaurario Redonensis ac Petro de Ilhano canonico Agennensis ecclesiarum, capellanis nostris et causarum palacii apostolici auditoribus, salutem etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus .... Nicolaus natus quondam Jacobi de Brux clericus Pragensis dioc. apud nos .... commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia in Schurgost Wratislauiensis dioc. ex eo vacaverit et vacet ad presens, quod d. f. Olenus natus quondam Przibislai de Odlochowicz, clericus dicte Pragensis dioc., tunc parrochialem ecclesiam in Slapanow eiusdem Pragensis dioc. obtinens, eandem ecclesiam in

Schurgost tunc vacantem, de qua sibi auctoritate ordinaria canonice provisum fuerat, extitit pacifice assecutus, illam cum dicta ecclesia in Slapanow post et contra tenorem constitucionis . . . Johannis pape XXII. predecessoris nostri, que incipit „Execrabilis“[a], et aliorum canonum instituta detinuit, dispensacione legittima super hoc non obtenta, prout adhuc detinet indebite occupatas, fructus percipiens ex eisdem, nos attendentes, quod, si est ita, nullus preter Romanum pontificem de dicta ecclesia in Schurgost hac vice potuit disponere neque potest pro eo, quod dictus predecessor omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica, que per constitucionem predictam ubicunque vacare contingeret, collacioni et disposicioni sue et sedis apostolice reservans, decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari, ac volentes dicto Nicolao, nullum, ut asserit, beneficium ecclesiasticum assecuto, graciam facere specialem, discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus . . . . prefatam ecclesiam in Schurgost, ut premittitur, vacantem . . . . eidem Nicolao auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum . . . . in corporalem possessionem ecclesie in Schurgost . . . . et defendentes inductum, amoto exinde dicto Oleno et alio quolibet illicito detentore . . . . D. Auinione V kal. Novembris a. quarto.

R. Av. 132 fol. 300. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 291. — a) ‚secularis‘ Av.

---

525 *Johanni episcopo Luthomuslensi ac Johanni abbati et conventui monasterii Aulae Regiae licentia faciendi permutationem bonorum, de qua in littera sub nr. 394 de dato 1355 Oct. 31 tractatur, conceditur. „Ecclesiarum et monasteriorum“ „Auinione IV kal. Novembris pontificatus nostri a. quarto.“*

Avinione, 1356 Octobris 29.

Reg. Av. 132 fol. 502. — Ed. sub falso dato (1355) apud Borový. Libri erectionum I nr. 17 (insert. in littera Johannis episcopi Luthomustensis de 1358 Jan. 26).

---

526. *Potoni Nicolai domini de Potenstein confertur decanatus ecclesiae Olomucensis.*

. X X .

Avinione, 1356 Novembris 3.

D. f. Potoni nato quondam Nicolai domini de Pontensteyn decano ecclesie Olomucensis salutem etc. Nobilitas generis . . . . Cum itaque decanatus ecclesie Olomucensis, quem . . . . Albertus episcopus Zwerinensis tempore promocionis per nos facte de ipso ad Zwerinensem ecclesiam tunc vacantem in dicta Olomucensi ecclesia obtinebat, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis apud sedem apostolicam de mandato nostro impensum eidem, apud sedem ipsam vacaverit et vacare noscatur ad presens . . . ., nos volentes te, in dicta Olomucensi ecclesia canonicatum et prebendam obtinentem, ... consideracione . . . . Karoli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis, pro te, dilecto suo, ... supplicantis, in eadem Olomucensi ecclesia amplius honorare, tibique graciam

facere specialem, dictum decanatum sic vacantem . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod in dicta Olomucensi ecclesia canonicatum et prebendam, ut prefertur, nosceris obtinere . . . . D. Auinione III non. Novembris a. quarto.

In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Gurcensi ac d. f. archidiacono Boloslauiensi[a]) in ecclesia Pragensi . . . .

R. Av. 132 fol. 203'. — a) Corrige: ‚Boleslauiensi'.

---

527 Paulo dicto Hake conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis.

Avinione, 1356 Novembris 6.

. X X .

D. f. Paulo dicto Hake canonico Pragensi salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud apostolicam sedem vacancia et imposterum vacatura, collacioni et disposicioni nostre duximus reservanda . . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos . . . . Albertus episcopus Zwerinensis tempore promocionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Zwerinensem tunc vacantem in eadem Pragensi ecclesia obtinebat, per promocionem huiusmodi et munus consecracionis de mandato nostro apud sedem predictam impensum eidem, apud sedem ipsam vacaverint et vacent ad presens, ... nos volentes tibi . . . . graciam facere specialem, predictos canonicatum et prebendam sic vacantes . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod in Bremensi cum obediencia ac in dicta Zwerinensi ac Lubicensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . predictos canonicatum et prebendam in eadem Pragensi ecclesia fueris pacifice assecutus, prefatos canonicatum et prebendam, quos in dicta Zwerinensi ecclesia, ut premittitur, obtines, ..., dimittere tenearis . . . . D. Auinione, VIII id. Novembris a. quarto.

In e. m. . . . . abbati monasterii Clodrobensis Pragensis dioc. et . . sacriste ecclesie Auinionensis ac . . officiali Zwerinensi.

R. Av. 132 fol. 202'.

---

528 Johanni de Vernone conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Senonensis. „Multiplicia probitatis" „Auinione XVII kal. Decembris a. quarto." — In e. m. s. Genovefae Parisiensis et s. Columbae Senonensis monasteriorum abbatibus ac archidiacono Pragensi.

Avinione, 1356 Novembris 15.

R. Av. 134 fol. 268'.

529. *Obligatio procuratorum Guntheri de Kottwitz occasione compositionis eius de archidiaconatu Lusatiae.*

1356 Novembris 18.

Die XVIII mensis Novembris in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice a. [MCCCLVI, pontificatus domini Innocencii pape VI a. IIII, indiccione IX][a]) dominus Co[n]radus prepositus in Hayn, Tymo de Lunkewicz plebanus in Puczkowe Misnensis dioc. nec non Cyrstanus (!) de Wiczeleybin Misnensis et Peregrinus de Fine Nuwinburgensis ecclesiarum canonici dixerunt per iuramentum suum, quod, secundum quod ipsis dominus Co[n]radus et Tymon tradunt, archidiaconatus[b]) Lusaciensis non valet in hemolumentis pro anno ultra LX florenos de Florencia, confirmatus Gunthero de Kothewicz, pro quo supradicti nominati finaverunt cum camera apostolica ad XXX flor. auri de Florencia[1]) et promiserunt et quilibet eorum in solidum honus debiti in se suscipiens pro dicto Gannthero[c]) solvere dictos XXX florenos infra festum Omnium Sanctorum proxime venturum sub rerum suarum omnium ypotheca tam beneficialium quam alia[rum]; ita quod, si reperiatur maioris valens dictus archidiaconatus, promiserunt medietatem maioris valencie solvere eodem termino; et dixerunt ipsum archidiaconatum non fore ad decimam taxatum; et fuerunt late sentencie contra ipsos exnunc, extunc etc. melio[ri] forma cum renunciacionibus [consuetis] contra potentes fieri. Presentibus testibus Simone Boerii, Rigaldo Bethelhe de Sancti Flori et Caturcensi diocesibus. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 75. — Reg. apud Kirsch, Annaten pag. 153 adnot. 3. — a) Suppletum ex fol. 72'. b) ‚quod archid'. Coll. c) Corrige: ‚Gunthero'. — 1) Conf. nr. 524.

---

530. *Raczkoni abbati monasterii Cladrunensis[a]) ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VIIII kal. Decembris a. quarto."*

. X̿ . *Avinione, 1356 Novembris 23*

R. Av. 133 fol. 361. — a) ‚Cladrubensis' Av.

531. *Benessio de Kravař[a]) archidiacono Boleslaviensi indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Avinione VIIII kal. Decembris a. quarto."*

. X̿ . *Avinione, 1356 Novembris 23.*

R. Av. 133 fol. 361. — a) ‚Crawar' Av.

532. Episcopo Zwerinensi mandatur, quatenus Sifrido[a]) *Cirimonis clerico Olomucensis dioc. de canonicatu ecclesiae s. Petri in Brunna sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur“ „Auinione VIIII kal. Decembris a. quarto.“*

X
. X . *Avinione, 1356 Novembris 23.*

R. Av. 134 fol. 539. — a) ‚Zyfrid‘ Av.

---

533. Paulo de Praga clerico Pragensis dioc. reservatur ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis, cuius familiaris existit, beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum“ „Auinione III kal. Decembris a. quarto.“ — In e. m. archiepiscopo Pragensi et s. Egidii Pragensis ac s. Agricoli Avinionensis decanis ecclesiarum.

| |
. XX . *Avinione, 1356 Novembris 29.*

R. Av. 133 fol. 62'.

---

534. Compositio Plichtae super annatis de scholastria ecclesiae Pragensis.

(1356 Novembris 29.)

Scolastria ecclesie Pragensis fuit confirmata vel de novo provisum de ipsa domino Plichta eius scolastico et composuit ad taxum, quo est taxata dicta scolastria ad decimam, vel ad medietatem fructuum unius anni solvendam camere apostolice infra penultimam diem mensis Novembris a. MCCCLVII.

Coll. Alam (1356) 4 fol. 7. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 66. — Quoad datum conf. nr. 537.

---

535. Obligatio procuratorum Plichtae scholastici ecclesiae Pragensis.

Avinione, 1356 Novembris 29.

Actum die penultima die (!) Novembris a. MCCCLVI indiccione [IX, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. IIII][a]), qua die dominus frater Petrus de Bemia[b]) penitenciarius et magister Johannes Pauli abreviator domini pape, procuratores . . . . domini Plichta scolastici ecclesie Pragensis, se obligaverunt nomine procuratorio ad solvendum in curia Romana dominis camerario et thesaurario domini pape . . . . infra unum annum a data presentis instrumenti computandum taxum dicte [s]colastrie, si reperiatur taxata, vel valorem medietatis fructuum secundum communem extimacionem unius anni dicte [s]colastrie pro annuali debito camere domini nostri pape racione dicte [s]colastrie et isto nomine quo supra iura-

verunt tenere et complere et in contrarium non venire et nomine quo supra receperunt sentencias excommunicacionis exnunc et tunc in casu, quo deficerent in solucione predictorum; et fuerunt ista facta Auinione in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice, commissarii ad dictas sentencias nomine dicti domini camerarii promulgandas. Testibus presentibus Jacobo Nicolai et Johanne Radulphi clericis Remensis et Trecorensis dioc. rogatis ad hoc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 75'. — Reg. apud. Kirsch, Annaten I pag. 66 adnotatio 6. — a) Suppletum ex fol. 72'. b) Corrige: ,Boemia'.

---

536. *Nobili viro Benessio de Wartenberg*[a]) *domino de Děčín (Tetschen)*[b]) *et nobili mulieri Annae eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione kal. Decembris a. quarto.“*

V
. X . *Avinione, 1356 Decembris 1.*

R. Av. 133 fol. 360'. — a) ,Wartemberg' Av. b) ,Dyetztyn' Av. — In marg. dext.: ,De camera'.

---

537. *Nobili mulieri Elisabeth*[a]) *relictae quondam Nicolai de Potenstein*[b]), *viduae Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione kal. Decembris a. quarto.“*

. X . *Avinione, 1356 Decembris 1.*

R. Av. 133 fol. 360'. — a) ,Elizabet' Av. b) ,Pothensteyn' Av. — In marg. dext. ,De camera'.

---

538. *Potoni de Potenstein*[a]) *decano ecclesiae Olomucensis indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione kal. Decembris a. quarto.“*

. X . *Avinione, 1356 Decembris 1.*

R. Av. 133 fol. 360'. — a) ,Pothoni de Pothensteyn' Av.

---

539. *Nicolao de Budissin, parochialem ecclesiam in Dresden et canonicatum cum praebenda in ecclesia Budissinensi obtinenti, conceditur, ut assignatio et provisio de praebenda maiori ecclesiae Misnensis, vacante post obitum Ottonis de Donin,*[a]) *quam decanus et capitulum eiusdem ecclesiae eidem Nicolao, canonicatum et*

unam de minoribus praebendis ibidem obtinenti, assignaverunt, valeant. „Litterarum sciencia“ „Auinione VIII id. Decembris a. quarto“.

.X. *Avinione, 1356 Decembris 6.*

R. Av. 132 fol. 518'. — a) ‚Donyn‘ Av.

---

540. *Compositio Nicolai de Budissin super annatis de canonicatu ecclesiae Misnensis.*

1356 Decembris 6.

Canonicatus et prebenda ecclesie Misnensis fuerunt confirmati VIII id. Decembris a. quarto Nicolao de Budissin decretorum doctori. Composuit ad XXV florenos, quos solvit — XXV flor.

Coll. Alam. 4 fol 58'. Collect. Alam. 5 fol. 60'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 153.

---

541. *Compositio Nicolai quondam Jacobi de Brux super annatis de ecclesia parochiali in Schurgast.*

Avinione, 1356 Decembris 22.

Actum die XXII mensis Decembris a. domini MCCCLVI, indiccione [IX, pontificatus domini Innocencii a. quarto][a] in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione. Nicolaus[b] quondam Jacobi de Brux clericus Pragensis dioc., rector parrochialis ecclesie in Schurgost Wratislawiensis dioc., finavit cum camera apostolica pro annuali per ipsum debito dicte camere racione dicte ecclesie, sibi collate per sedem apostolicam,[1] in triginta florenos auri de Florencia, quos promisit solvere infra annum a die date presentis notule in curia Romana domino thesaurario vel camerario domini nostri pape sub rerum suarum omnium ypoteca tam patrimonialium quam beneficiorum et renunciacione et iuramento; et fuerunt in eum sentencie consuete promulgate. Presentibus . . . . dominis Alberto decano ecclesie Wratislauiensis et Nicolao archidiacono de Agria. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 80. — a) Suppletum ex fol. 77. b) ‚Nicolao‘ Coll. — 1) Conf. nr. 524.

---

542. *Guidoni episcopo Portuensi indulgetur, ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica in archidiaconatu suo Meldensi usque ad quinquennium visitare et procurationes ab eis recipere valeat. „Quanto Romanam ecclesiam“ „Auinione V kal. Januarii a. quarto“. — In e. m. s. Victoris et s. Genovefae Parisiensis monasteriorum abbatibus ac archidiacono eccleciae Pragensis.*

Avinione, 1356 Decembris 28.

R. Av. 132 fol. 514'.

543. *Nicolao presbytero cardinali, professori ordinis fratrum praedicatorum, confertur archidiaconatus ecclesiae Opolicnsis Vratislaviensis dioc., vacans per obitum Arnaldi tit. s. Sixti presbyteri cardinalis. „Dum ad personam" „Auinione IIII kal. Januarii a. quarto". — In e. m. sacristae Avinionensis et Bernardo Stephani canonico Elnensis ecclesiarum ac officiali Vratislaviensi.*

Avinione, 1356 Decembris 29.

R. Av. 132 fol. 281'

---

544. *Petro presbytero cardinali conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Carnotensis ac praepositura Normanniae [a]) in eadem ecclesia, vacantes per obitum Galhardi s. Luciae in Silice diaconi cardinalis. „Dum ad personam" „Auinione IIII kal. Januarii a. quarto". — In e. m. abbati monasterii s. Johannis in Valle Carnotensi et archidiacono Pragensis ac Guillelmo Chalop canonico Rothomagensis ecclesiarum.*

Avinione, 1356 Decembris 29.

R. Av. 132 fol. 241'. — [a] ‚Normannie' Av.

---

545. *Paulo episcopo Gurcensi mandatur, quatenus inter Johannem marchionem Moraviae et Albertum ducem Austriae, qui ad guerram se disponunt, pacem et concordiam restituere studeat. Eidem Paulo pacem tractandi ac spiritualibus et temporalibus sententiis roborandi potestas conceditur. „Pacis emulus" „Auinione III kal. Januarii a. quinto".* [1])

Avinione, 1356 Decembris 30.

R. Vat. fol. 239 1'. R. Vat. 244 G (Archet.) nr. 620. — Reg. apud Dudik, Iter Rom. II pag. 122 (sub falso dato 1355), ed. apud Brandl, Cod. dipl. Mor. IX pag. 35. — [1]) In R. Vat. 239 ‚quinto' legitur, in Archet. genuine ‚quinto' scriptum, postea per errorem in: ‚quarto' correctum est. Apud Dudik et Brandl secundum tenorem minutae: ‚quarto' legitur. Dudik hanc litteram in annum 1355, Brandl in annum 1356 posuit. Annus quintus pontificatus Innocentii VI incipit 30 die mensis Decembris 1356, id est III kal. Januarii.

---

546. *Johannes marchio Moraviae et Albertus dux Austriae ad concordiam monentur et de missione Pauli episcopi Gurcensis certiores fiunt.*

Avinione, 1357 Januarii 1.

D. f. nobili viro Johanni nato clare memorie Johannis regis Boemie illustris, marchioni Morauie, salutem etc. Licet, fili, ad concordie ac pacis bonum universaliter omnibus procurandum affeccio, quam in nobis ipsa natura genuit, nos inducat attente ac indefesse solicitet et cure pastoralis officium ad id speciali [a]) vinculo nos astringat, de illorum tamen quiete propensiori attencione soliciti

reddimur, quos pura fides et sincera devocio erga Romanam ecclesiam, cui actore domino quamquam insufficientibus meritis presidemus, constanti semper proposito habita nobis et eidem ecclesie reddit merito cariores et in quorum [b]) periculosa discordia non solum ipsi, sed et subiecti quoque populi [c]) afficiuntur incommodis [d]), gravantur dispendiis [e]), exponuntur discriminibus corporum et [f]) subiciuntur, quod est deplorandum amarius, periculis animarum. Verentes igitur ex [g]) tua et d. f. nobilis viri Alberti ducis Austrie dissensione, que fama prenuncia et [h]) relacione [i]) multorum attestante nobis innotuit, [j]) tibi et prefato duci ac tuis et eius subditis dampna gravia spiritualiter et temporaliter nascitura, illisque obviare salubriter cupientes, venerabilem fratrem nostrum Paulum episcopum Gurcensem, virum utique sicut pacis amicum sic honoris tui eciam zelatorem, latorem presencium [k]), ad te prefatumque ducem pro dissensione succidenda huiusmodi et concordia inter te ac ducem ipsum deo propicio reformanda sub spe illius providimus destinandum. Ideoque nobilitatem tuam monemus, requirimus et hortamur in domino, illam attente rogantes tibique paternis affectibus et sanis consiliis suadentes, quatenus bona pacis, que utique multa sunt et quibus te deus faciat abundare, considerans [l]), et collisiones ac mala guerrarum, que a tuis compendiis aliena faciat dominus, in stateram debite meditacionis appendens, ea, que idem episcopus tibi pro parte nostra super hiis retulerit, credas indubie illaque filialibus studiis ad optate ac sperate consumacionis effectum sine difficultate perducas. D. Auinione kal. Januarii a. quinto.

Item in e. m. mutatis mutandis eidem duci.

R. Vat 239 fol. 2. R. Vat. 244 II (Archet.), nr. 1. — [a]) ‚speciali' supra lin. eadem manu correctum pro: ‚strictiori' genuine posito, sed cancellato in Archet. [b]) Sequitur: ‚velut sublimium atque potencium', sed cancellatum est in Archet [c]) Sequitur: ‚colliduntur', sed cancellatum est in Archet. [d]) Supra lin.: ‚affliguntur dampnis', sed cancellatum est in Archet. [e]) Sequitur ‚et periculis exponuntur', sed cancellatum est in Archet. [f]) Sequitur: ‚periculis', sed cancellatum est in Archet. [g]) Supra lin.: ‚Attendentes igitur in' genuine positum sed cancellatum in Archet. [h]) Sequitur: ‚attestacione', sed cancellatum est in Archet. [i]) Sequitur: ‚frequenti', sed cancellatum est in Archet. [j]) Sequitur: ‚tuam et prefati ducis', sed cancellatum est in Archet. [k]) Praecedit: ‚apostolice sedis nunc[ium]', sed cancellatum est in Archet. [l]) Sequitur: ‚ac mala et guerrarum amara sed cancellatum est in Archet. — In tergo minutae: ‚R.[III]'.

---

547. *Infrascripti cardinales supplicant, quatenus Petro Henrici Pop de Lomnicz beneficium ecclesiasticum in ecclesia Pragensi reservetur.*

Avinione, 1357 Januarii 10.

Supplicant S[ti] V[re] devoti vestri Petrus Penestrinus, Guido Portuensis et Petrus Ostiensis episcopi ac Raymundus tit. s. Crucis in Jerusalem et Andoynus tit. sanctorum Johannis et Pauli presbyteri cardinales, executores testamenti seu ultime voluntatis bone memorie domini Gualhardi s. Lucie in Silice diaconi cardinalis, quatenus ipsius consanguineis et familiaribus infrascriptis graciam facere dignemini specialem . . . .

Item Petro nato Henrici de Pap de Lomptz [a]) clerico Pragensis dioc., familiari dicti defuncti, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans

communiter vel divisim ad collacionem etc prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, eciam si in eadem ecclesia fuerit, conferendum eidem clerico, si vacat vel cum vacaverit, reservando. Fiat G. . . . .

D. Auinione IIII id. Januarii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 10' et 12. — a) Corrige: ‚Pop de Lompnicz'.

---

548. Petornato Henrici Pop de Lomnicz[a]) clerico Pragensis dioc., „qui, ut asseritur, bone memorie Galhardi s. Lucie in Silice diaconi cardinalis familiaris" fuit, reservatur beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Auinione IIII id. Januarii a. quinto." — In e. m. archiepiscopo Burdegalensi et Pragensis et Vasatensis archidiaconis ecclesiarum.

Gratis pro deo. *Avinione, 1357 Januarii 10.*

R. Av. 136 fol. 262, R. Vat. 232 fol. 260'. — a) ‚Lompez' Av.

---

549. Paulus episcopus Gurcensis supplicat, quatenus Petro Tilonis de Vratislavia de scholastria ecclesiae Lubucensis provideatur.

Avinione, 1357 Januarii 10.

Supplicat S^ti V^re devota vestra creatura Paulus episcopus Gurcensis . . . .
. . . .
Item supplicat, quatenus dilecto clerico suo commensali Petro quondam Tilonis urifabri de Varatislauia de scolastria ecclesie Lubucensis, quam Nicolaus Culpe de facto detinet occupatam, vacantem in Romana curia ex eo, quod dicta S^tas V^ra bone memorie Nicolao de Peutvoinsdorph[a]) tunc scolastico dicte ecclesie Lubucensis de archidiaconatu ecclesie s. Sepulcri Legniceusis Varatislauiensis dioc. providit, cuius quidem archidiaconatus idem Nicolaus de Peutvoinsdorph[a]), dum ageret in humanis, possessionem pacificam extitit assecutus et ipsum obtinuit et possedit pacifice usque ad tempora et tempore mortis sue, cum omnibus iuribus et pertinenciis dignemini providere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. . . . .

D. Auinione IIII id. Januarii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 14'. — a) Corrige: ‚Peutwinsdorph' Suppl.

550. *Petro Tilonis de Vratislavia confertur scholastria ecclesiae Lubucensis. „Laudabilia probitatis“ „Auinione IIII id. Januarii a. quinto.“ — In e. m. s. Mariae in Arena extra muros Vratislavienses et in Lubens Vratislaviensis dioc. monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Avinione, 1357 Januarii 10.*

R. Av. 137 fol. 291.

---

551. *Ludovicus Ungariae rex rogatur, quatenus Paulo episcopo Gurcensi, ad reformandam pacem inter Johannem „de Bocmia“ marchionem Moraviae et Albertum ducem Austriae ad partes illas destinato, consiliis et auxiliis assistat. „Cupientes periculis“ „Auinione id. Januarii a. quinto.“ — In e. m. Elisabeth*[a]*) reginae Ungariae, item reginae Ungariae (!), item mutatis mutandis archiepiscopo Strigoniensi, archiepiscopo Colocensi, archiepiscopo Salzeburgensi, Arnesto archiepiscopo Pragensi, item in e. m. Johanni episcopo Olomucensi.*

Avinione, 1357 Januarii 13.

R. Vat. 239 fol. 2', R. Vat. 244 H (Archet.) nr. 25. — Ed. apud Theiner, Mon. Hung. II pag. 28. — a) ‚Elizabet‘ Vat. — In tergo minutae: ‚R. Transmontan̄. VIII pro hoc sero‘, quam notam registraturae signum sequitur: ‚R. IIII‘.

---

552. *Mathias Laurentii presbyter, iuris peritus, nuncius Innocentii papae VI ad Romanorum imperatorem et ad regem Poloniae nuper missus, supplicat, quatenus sibi de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Cracoviensi provideatur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XV kal. Februarii a. quinto.“*

Avinione, 1357 Januarii 18.

R. Suppl. 27 fol. 18.

---

553. *Cunemanno nato quondam Bocmundi de Geisenheim*[a]*) baccalario in decretis providetur de canonicatu ecclesiae Aschaffenburgensis Maguntinae dioc. sub expectatione praebendae. „Literarum sciencia“ „Auinione XIII kal. Februarii pontificatus nostri a. quinto.“ — In e. m. episcopo Luthomuslensi et decano s. Agricoli Avinionensis ac thesaurario s. Castoris Confluentiae Treverensis dioc. ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1357 Januarii 20.*

R. Av. 137 fol. 192. — a) ‚Gysenheim‘ Av.

---

554. *Obligatio Chunradi Stoynczendurferii rectoris ecclesiae parochialis de Simons feld*[a]) *Pataviensis dioc., secundum quam cum camera apostolica in LXIIII flor. auri ratione confirmationis finavit, quos ipse et Nicolaus de Novosedlicz*[b]) *canonicus Brunnensis Olomucensis*[c]) *dioc. et Johannes de Tusta*[d]) *canonicus Ratisponensis solvere promiserunt. „Actum die XXVI mensis Januarii Auinione in hospicio domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice a. domini millesimo CCCLVII, pontificatus domini Innocencii pape VI a. quinto, indiccione X."*

Avinione, 1357 Januarii 26.

Coll. Alam 8 fol. 80'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 161. — Haec obligatio etiam in fol. 71 reperitur, sed cancellata est. — a) ‚Simonsueld' Coll. b) ‚Navszdlicz' Coll. c) ‚Halomucensis' Coll. d) ‚Dusta' Coll.

---

555. *Johannes episcopus Poznaniensis*[a]) *quitatur de solutione partis sui communis servitii per manus magistri Simonis de Legnicz*[b]) *canonici Vratislaviensis. „Auinione die XXVIII mensis Januarii a. [millesimo CCCLVII, indiccione X, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. V.]"*[c])

Avinione, 1357 Januarii 28.

Obl. et Sol. 30 fol. 136', R. Av. 122 fol. 458'. — a) ‚Posnaniensis' Obl. b) ‚Symonis de Legntz' Obl. c) Suppletum ex tertio numero praecedente. — De eadem solutione per manus Simonis de Legnicz (‚Ligric') facta in Int. et Exit. (1357) 282 fol. 3' sub eodem dato mentio fit.

---

556. *Adnotatio de supplicatione Petri Tilonis de Vratislavia pro scholastria ecclesiae Lubucensis.*

1357, Februarii 1.

Anno domini MCCCLVII, indiccione X, pontificatus d. Innocencii pape VI a. V in domo domini Eblonis clerici camere apostolice fuerunt facte note due sequentes proxime: Die prima mensis Februarii fuit missa supplicacio Petri quondam Tilonis aurifabri de Boratislauia de scolastria ecclesie Lubucensis[1]) de mandato domini camerarii, et non finavit, quia litigabat de dicta scolastria et promisit, litteris factis, eas aportare domino thesaurario domini pape et eidem tradere pena centum florenos . . . .
Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 85. — [1]) Conf. nr. 549.

---

557. *Mathias (Laurentii)*[a]) *nuncius Innocentii papae VI nuper missus ad imperatorem et Poloniae regem supplicat, quatenus „Philippo Laurentii clerico dioc. Gnezdnensis, suo fratri germano, qui in eodem itinere secum laboravit, de pre-*

benda et canonicatu in ecclesia Cracoviensi" provideatur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione non. Februarii a. quinto."

Avinione, 1357 Februarii 5.

R. Suppl. 27 fol. 41. — a) Suppletum ex nro. 552.

---

558. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori scribit. Androinum abbatem monasterii Cluniacensis cum litteris eius rediisse et remittit litteras super favore praestando in collectione census denarii s. Petri in certis Poloniae ac aliis partibus, ditioni eius ratione regni Bohemiae subditis, ab eodem imperatore ecclesiae Romanae datas.*

Avinione, 1357 Februarii 13.

Carissimo in Christo filio Carolo imperatori Romanorum semper augusto salutem etc. D. f. Androinus abbas monasterii Cluniacensis Matisconensis dioc., quem ad te miseramus pro quibusdam nostris et ecclesie Romane, cui actore domino deservimus, negociis, circa promocionem quorum de tuo precipue sperabamus et speramus auxilio, ad nos pridie rediens, quantum eum benigne receperis quantumque amabiliter et graciose tractaveris, quantum honoraris eundem, quantumque sibi circa huiusmodi negociorum direccionem et promocionem utilem prestiteris auxilium et favorem, seriose narravit. Quibus omnibus diligenter auditis et inspectis eciam imperialibus[a]) litteris, imperialibus[a]) digitis exaratis, magnas omnipotenti deo gracias egimus, quod talem universe reipublice principem temporibus nostris presidere concessit, qui thronum cesaree dignitatis ac imperiale fastigium exornat moribus, decorat virtutibus et, quod hiis omnibus maius est, sinceritate fidei et devocionis puritate venustat. Quicquid igitur circa huiusmodi negocia ad laudem dei ac honorem et commodum ipsius ecclesie actum est, et futurum credimus, tuis studiis imputantes, labiorum vitulum, oracionum suffragia scilicet, tibi invicem rependi[b]) pollicemur, vota tua, que modestus modestia temperas et creatoris tui, in cuius timore sancto permanes, vis beneplacitis esse conformia, apostolicis deo propicio favoribus prosequi disponentes. Ceterum licet circa restitucionem litterarum, quas super favore prestando ipsi ecclesie in colleccione ac solucione census, qui dicitur denarius s. Petri, qui in certis Polonie ac aliis partibus dicioni tue racione regni tui Boemie subditis ecclesie prefate debetur, eidem ecclesie concessisti, tuam tam per litteras quam per nuncios tuos perpenderimus voluntatem, quia tamen te tantum circa recuperacionem huiusmodi affici, quantum idem abbas asseruit, minime putabamus, illam hucusque distulimus, sed nunc tua circa eam affeccione plenius cognita huiusmodi litteras tibi remittimus, quamquam multorum consilia in contrarium declinarint, beneplacitum tuum nostris et ipsius ecclesie favoribus circa hoc preferentes. Quesumus itaque magnitudinem tuam, fili carissime, ut nostrum et ipsius ecclesie ad te zelum pure caritatis attendens, molestam non habeas dilacionem, quam[c]) circa huiusmodi restitucionem ingessit maturitas eiusdem ecclesie, non voluntas. Nam maior est tue fidei fervor et affeccionis sinceritas erga ecclesie memorate negocia, quam posset

litteris comprehendi, et plus de tuo successorumque tuorum favore confidimus, quam de cuiuslibet scripture obligacione speremus; voluntas enim libera prevalet et accepcior affeccio est, quam gignit devocio quamque fides nutrit et sincera mens exhibet ad omnia prompciorem, ea, quam coaccio vel necessitas trahit invitam. Sed ut iurium ipsius ecclesie fidem astruant et conservacioni eorum favorem adiciant tuarum eciam testimonia litterarum, ex confidencia paterne deposcimus caritatis, ut iuxta ea, que idem abbas et dd. ff. Burchardus purgravius et comes Magdeburgensis, magister aule imperialis, per eorum nobis litteras intimarunt, recognicionis litteras super solucione census ipsius nobis sublimitas tua mittat. D. Auinione id. Februarii a. quinto.

R. Vat. 239 fol. 25. — Ed. cum multis locis erroneis et discrepantibus apud Ludewig, Reliquiae manuscr. VI pag. 18 et Lünig, Cod. Germ. dipl. I pag. 1155, reg. apud Werunsky Excerpta nr. 412 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 788 nr. 330. — a) ‚imperiabilibus' Vat. b) ‚rependii' Vat. c) ‚que' Vat.

559. *Stephano de Area canonicatus ecclesiae Lugdunensis confertur. „Multiplicia probitatis" „Auinione XVI kal. Marcii a. quinto." — In e. m. abbati monasterii Athenacensis*[a]) *Lugdunensis et archidiacono ecclesiae Pragensis ac officiali Aniciensi.*

Avinione, 1357 Februarii 14.

R. Av. 137 fol. 115. — a) ‚Athemacensis' Av.

560. *Carolus Romanorum imperator ac Ludovicus Romanus Brandeburgensis*[a]) *et Lusatiae*[b]) *marchio et nonnulli alii supplicant, quatenus Leopoldo de Grünbach*[c]) *subdiacono militari de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Herbipolensi provideatur. — „Fiat G. D. Auinione XVI kal. Marcii a. quinto."*

Avinione, 1357 Februarii 14.

R. Suppl. 27 fol. 17. — a) ‚Branburgensis' Suppl. b) ‚Lusacie' Suppl. c) ‚Lupoldo de Grunbach' Suppl.

561. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Johanni de Lucemburg presbytero, capellano suo et familiari domestico, de canonicatu et praebenda ac cantoria ecclesiae s. Simeonis*[a]) *infra muros Treverenses provideatur, non obstante, quod canonicatum et praebendam s. Paulini extra muros Treverenses et parochialem ecclesiam in Ospern*[b]) *Treverensis dioc. noscitur obtinere. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione X. kal. Marcii a. quinto."*

Avinione, 1357 Februarii 20.

R. Suppl. 27 fol. 49. — a) ‚Symeonis' Suppl. b) ‚Osprim' Suppl. — In marg. dext. ‚Pro ca[mera]'.

562. Johanni de Lucemburg conferuntur canonicatus et praebenda et cantoria ecclesiae s. Simeonis Treverensis, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 561. „Auinione X kal. Marcii a. quinto." — In e. m. praeposito s. Paulini extra muros Treverenses ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum ac officiali Treverensi.

X X. *Avinione, 1357 Februarii 20.*

R. Av. 137 fol. 295.

---

563 Vratislavae[a]) relictae quondam Guilelmi[b]) de Služetín[c]) laici, viduae Pragensis dioc., indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione X kal. Marcii a. quinto."

Avinione, 1357 Februarii 20.

R. Av. 135 fol. 338. — a) ,Wratislaue' Av. b) ,Wilhelmi' Av. c) ,Sluzetyn' Av.

---

564. Innocentius VI camerario et thesaurario suo testimonium dat, se litteras insertas Caroli IV, quae dioc. Vratislaviensem ab iurisdictione ecclesiae Gneznensis eximendam et exactionem denarii s. Petri in eadem dioc. attingunt, datas Lucemburgi 1349 Martii 14, ab eis recepisse.

Avinione, 1357 Februarii 24.

Innocentius etc Venerabilibus fratribus Stephano archiepiscopo Tholosano, camerario, et Reginaldo episcopo Vlixbonensi, thesaurario nostris, salutem etc. Cum de mandato nostro facto vobis super hoc oraculo vive vocis quasdam litteras carissimi in Christo filii nostri Caroli imperatoris Romanorum semper augusti, concessas dudum per eundem imperatorem, antequam imperiale susciperet diadema, felicis recordacionis Clementi pape VI, predecessori nostro, et ecclesie Romane ac[a]) in assumpcionis nostre primordiis ad apostolice dignitatis apicem vobis[b]) sub inventario assignatas,[c]) quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, nobis duxeritis assignandas,[d]) nos volentes vobis super hoc de oportuna providere cautela, vos de huiusmodi litteris tenore presencium liberamus, absolvimus et quittamus. Tenor autem predictarum litterarum talis est.[e]): Sanctissimo in Christo patri domino suo domino Clementi divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Carolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex cum reverencia debita et devota pedum oscula beatorum. Sanctissime pater, ut sincera nostre mencionis intencio in supplicacione, quam nuper vestre beatitudini duximus faciendam, videlicet, quod pro bono et pacifico statu cleri et populi Wratislauiensis ac parcium vicinarum ecclesiam, civitatem et dioc. Wratislauiensem ab omni iurisdiccione et subieccione ecclesie Gnezenensis, cui iure metropolitico subesse noscuntur, vestra dignaretur S^tas eximere et totaliter liberare easque simili iure plene subicere

ecclesie Pragensi, eidem S[ti] plenius innotescat, noverit ipsa S[tas], quod, [ne] per exempcionem, liberacionem et subieccionem predictas [eidem S[ti]] et Romane ecclesie in exaccione et percepcione denarii s. Petri, qui eidem ecclesie[f]) ab incolis universis civitatis et dioc. predictarum debetur, et per ipsam ecclesiam ab eisdem incolis exigi et percipi consuevit, vel aliis iuribus quibuscumque in predictis civitate et dioc. ecclesie Romane competentibus preiudicium aliquod generetur, quin imo exnunc S[ti] V[re] pro nobis et eadem ecclesia tenore presencium pure et simpliciter ac in omnem casum, sive exempcio et liberacio ac subieccio predicte fiant, sive minime fiant, pro nobis et successoribus nostris . . regibus Boemie pollicemur. quod nos ipsique successores nostri S[tem] V[ram] successoresque vestros ac prefatam Romanam ecclesiam vel eorum nuncios nullatenus perturbabimus vel aliqualiter impediemus aut perturbari vel impediri directe vel indirecte nullatenus faciemus vel paciemur, nec perturbare, molestare seu inpedire volentibus in exaccione et percepcione ac iuribus supradictis dabimus auxilium, consilium vel favorem, sed S[ti] V[re] vestrisque successoribus, ecclesie Romane ac nunciis predictis in exaccione et percepcione supradicta et defensione iurium predictorum et ut ipsi libere uti ac ea integre percipere valeant, nos dictique successores nostri impendemus auxilium et favorem, quociens pro parte dicte Romane ecclesie seu nunciorum eiusdem super hoc fuerimus requisiti, dictaque iura illesa servabimus et per nostros faciemus subditos illibata servari; consencientes exnunc, quod nos dictique successores nostri ad premissa omnia et singula per nos, ut premittitur, pollicita, plene et realiter observanda, possimus per censuram ecclesiasticam apostolica auctoritate compelli. In quorum testimonium presentes litteras scribi et sigillo maiestatis nostre mandavimus communiri. D. Lucemburgi die XIIII mensis Marcii a. domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono regnorum nostrorum anno tercio. D. Auinione VI[g]) kal. Marcii, pontificatus nostri a. quinto.

R. Vat. 243 fol. 15', R. Vat. 244 H (Archet.) nr. 89. — a) Sequitur: ,nobis', sed cancellatum est in Archet. b) ,nobis' R. Vat. 243, ,vobis' Archet., ubi adhuc: ,dudum' sequitur, sed cancellatum est. c) Sequitur: ,nobis imperatori', sed cancellatum est in Archet. d) ,quarum tenorem — assignandas' deest in R. Vat. 243, hic ex Archet. suppletum est. e) In Archet. hic revocationis signum additur, ad quod sequens adnotatio, subtus eadem manu adscripta, pertinet: ,Sanctissimo in Ch. patri, dom. suo, dom. Clementi etc. usque ad finem'. Litterae autem Caroli IV integrae, alio atramento et alia etiam manu scriptae, in adiuncto folio sequuntur. f) Sequitur: ,Romane competentibus', sed cancellatum est in Archet. g) Sequitur: ,id. Maii', sed cancellatum est in Archet.

---

565. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1357 Martii 1.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, quatenus sibi specialem graciam facientes etc.

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus sibi in personam dilecti sui Wilqelmi, Sbinconis de Hasemburk magistri camere sue nati, Padue in iure cano-

nico studentis, specialem graciam facientes, de scolastria ecclesie Bambergensis, que dignitas in eadem ecclesia existit, ... vacante . . . ., eidem Wilhelmo dignemini providere, non obstante, quod idem Wilhelmus dignitatem, personatum vel officium in dicta ecclesia auctoritate litterarum vestrarum expectat [1]) et quod in Bambergensi predicta et Pragensi ac Omnium Sanctorum in castro Pragensi ecclesiis canonicatus obtinet et prebendas, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.[a])

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus sibi in personam dilecti notarii sui Nicolay de Chremsir specialem graciam facientes, dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . archiepiscopi et capituli Pragensis communiter vel divisim pertinens, eciam si dignitas ipsa in predicta [ecclesia existat][b]), si quod eciam in ipsa ecclesia vacat ad presens vel cum vacabit, conferendum ipsi Nicolao donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto etc., [non obstante] seu quod idem Nicolaus in s. Petri in Bruna Olomucensis dioc. cum prebenda et [in] Pragensi et in Olomucensi ecclesiis sub expectacione prebende canonicatus, ac parrochialem ecclesiam in Gorlicz Misnensis dioc. noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus dilecto clerico suo et custodi sigillorum Johanni quondam Luthomusel de dignitate vel personatu, ad presentacionem vel provisionem etc. abbatisse et conventus monasterii Porteceli in Tusnawicz ord. Cisterciensis Olomucensis dioc. communiter vel divisim spectante, eciam si dignitas [c]) principalis existat, si vacat ad presens vel cum vacabit, conferendum ipsi Johanni donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto etc., non obstante, quod in ecclesia s. Petri in Bruma [d]) Olomucensis dioc. canonicatum obtinet et prebendam et in ecclesia Olomucensi canonicatum sub expectacione prebende auctoritate litterarum vestrarum [2]) noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, vel eidem Johanni de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem vel eleccionem etc. episcopi et capituli Olomucensis, eciam si maior in cathedrali existat, si vacat vel cum vacabit, dignemini providere cum clausulis ut supra.

Fiat eciam de dignitate G.

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus sibi in personam Johannis custodis Eystetensis, clerici et notarii sui dilecti specialem graciam facientes, de parrochiali [ecclesia] s. Marie virginis Bambergensi . . . . vacante, ... eidem Johanni dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes in Eystetensi cum Smakaldensi custodia (!) [e]) Herbipolensis dioc. ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere; quam custodiam paratus est dimittere, dum possessionem pacificam dicte parrochialis ecclesie fuerit assecutus, cum aliis non obstantibus, ut supra et cum commissione examinis ut supra.

Fiat G.[f])

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus sibi in personam dilecti capellani sui domestici commensalis Wuernheri Czeceras specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Vratislaviensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel

vacature, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri [eidem] dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Jawir Wratislauiensis dioc. noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ut supra. Fiat G.

Item supplicat eidem S^ti V^re, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Henrici nati quondam Henrici de Hostet[3]) et clerici Augustensis dioc. specialem graciam facientes, eidem Henrico de canonicatu ecclesie Eystetensis dignemini providere, prebendam necnon dignitatem, personatum aut officium, si qua, quis vel quod vacat ad presens vel cum simul aut successive vacabunt, prefato Henrico cum iuribus et pertinenciis suis conferendas seu conferendos donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto, anteferri et cum ceteris non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat eidem S^ti V^re, quatenus sibi in personam dilecti sui Alberti de Glatz presbyteri Pragensis dioc. specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem, provisionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, si quod in civitate vel dioc. Pragensi vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem Alberto dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Kyrchna Pragensis dioc. obtinere noscatur, et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis, ut supra.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione kal. Marcii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 63. — a) In marg. dext.: ‚Pro ca[mera].‘ b) Sequitur: ‚maior post pontificalem aut in ecclesia collegiata principalis existat,‘ sed cancellatum est, ad quam cancellaturam sequens, alia manu in marg. dextro adscripta adnotatio pertinet: ‚Attende, quod sic erat in originali cancellatum‘. c) Sequitur: ‚ipsa unica curata ac‘, sed cancellatum est, ad quod sequens adnotatio in marg. dextro alia manu facta pertinet: ‚Sic erat in originali cancellatum.‘ d) Corrige: ‚Brunna‘. e) Corrige: ‚in Eystetensti cum custodia et in Smalkaldensi Herb. dioc.‘ ut in nr. 567. f) In marg. dext.: ‚Pro ca[mera]‘. — 1) Conf. nr. 186. 2) Conf. nr. 366. 3) Corrige: ‚Hochstet‘.

566. *Nicolao de Cremsir reservatur dignitas, personatus vel officium, ad collationem archiepiscopi et capituli Pragensis pertinens, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 565. „Vite ac morum“ „Auinione kal. Marcii a. quinto.“ — In e. m. Vratislaviensi et Olomucensi episcopis ac abbati monasterii Sedlicensis*[a]) *Pragensis dioc.*

. X X. *Avinione, 1357 Martii 1.*

R. Av. 137 fol. 595‘, a) ‚Cedlicensis‘ Av.

567. *Abbatibus s. Stephani Herbipolensis et Bildhausensis*[a]) *monasteriorum ac decano ecclesiae s. Egidii in Schmalkalden*[b]) *Herbipolensis dioc. mandatur, quatenus*

Johanni dicto Zuffraz custodi ecclesiae Eystetensis parochialem ecclesiam s. Mariae virginis Bambergensem conferant, non obstantibus, quod in Eystetensi cum custodia et in Schmalkaldensi[c]) *Herbipolensis dioc. ecclesiis canonicatus et praebendas noscitur obtinere. „Honestas morum" „Auinione kal. Marcii a. quinto."*

V
. X . *Avinione, 1357 Martii 1.*

R. Av. 137 fol. 330. — a) ‚Bildehusensis' Av. b) ‚Smalkalden' Av. c) ‚Smalkaldensi' Av.

---

568. *Wernhero Czeceras providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 565. „Probitatis et virtutum" „Auinione kal. Marcii a. quinto." — In e. m. s. Agricoli Avinionensis et s. Crucis Vratislaviensis decanis ac scholastico eiusdem s. Crucis ecclesiarum.*

I I
. X X . *Avinione, 1357 Martii 1.*

R. Av. 137 fol. 178, R. Vat. 232 fol. 191'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297.

---

569. *Johanni Paduano decano ecclesiae Vissegradensis mandatur, quatenus fructus et redditus dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum, praebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, camerae apostolicae reservatos, in regno Bohemiae et partibus adiacentibus exigat.*

Avinione, 1357 Martii 17.

D. f. Johanni Paduano decano ecclesie Vuissegradensis Pragensis dioc. apostolice sedis nuncio.[a]) Nuper necessitatum multiplicium onera, quibus camera[b]) nostra premebatur, prout premitur supra vires, et eius raritatem proventuum ad ea supportanda nequaquam sufficiencium diligenti meditacione pensantes, vias et modos honestos et licitos libenter quesivimus, per quos aliqualiter super hiis camere consuleretur eidem. Ideoque prehabita super hoc[c]) deliberacione matura fructus, redditus et proventus primi anni dignitatum, personatuum, administracionum, officiorum, canonicatuum et prebendarum et aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium, exemptorum et non exemptorum, omnium et singulorum, cum cura vel sine cura, que apud sedem apostolicam vel ubicunque alibi ad disposicionem nostram ex speciali vel generali nostra seu predecessorum nostrorum Romanorum pontifficum reservacione spectancia tunc vacabant et vacarent inantea quovis modo, et eorum, que ex causa permutacionum per nos seu auctoritate nostra faciendarum de illis vacare et que per nos alicui seu aliquibus, ut in illis securius remanere valerent, confirmari contingeret, sive qualitercunque per modum confirmacionis aut alias ius per nostras litteras eis tribueretur in illis, et que vigore quarumcunque unionum de illis quibusvis ecclesiis eciam patriarchalibus, metropolitanis aut cathedralibus aliis seu monasteriis, dignitatibus seu[d]) personatibus, officiis, prebendis, beneficiis

aut cuicumque loco vel religioni factarum hactenus et extunc faciendarum, cum per cessum vel decessum illorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinerent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis, beneficiis aut loco vel religioni devenire contingeret, percipiendos[e]) modis[f]) infrascriptis pro eisdem necessitatibus utilius relevandis[g]) auctoritate apostolica usque ad nostrum beneplacitum duximus reservandos et applicandos camere antefate; non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi dignitates, personatus, administraciones, prioratus, officia et beneficia forent, contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi[h]) primi anni ex privilegiis dicte sedis vel alias de iure seu consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus deberentur, sive ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuissent seu eciam deputati, vel contingeret medio tempore concedi seu eciam deputari, aut si fuissent in usus alios convertendi. Volumus[i]) autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodem anno vacaret, non nisi semel fructus, redditus et proventus iuxta taxacionem decime reciperentur illius, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in ipsius decime solucione taxatur, camera predicta perciperet, obtinentibus illa totali residuo huiusmodi redituum, fructuum et proventuum, ex quo incumbencia eis supportare tenerentur onera, remanente, eorum autem beneficiorum, que taxata non forent ad decimam, fructuum, reddituum et proventuum medietatem ad prefatam cameram, aliam vero medietatem ad obtinentes illa volumus pertinere, ita tamen, quod obtinentes ipsi de remanente eis medietate huiusmodi incumbencia illis tenerentur onera supportare. Ceterum volumus et auctoritate litterarum nostrarum declaramus,[j]) quod reservacio et applicacio huiusmodi ad abbaciales regulares, que tamen conventuales existerent, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus, proventus annui verum valorem decem librarum Turonensium parvorum non excederent, seu ad vicarias aut ad[k]) capellanias ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbyteris inibi celebrantibus vel alias, ut diurnis et[l]) nocturnis horis canonicis in ecclesiis interessent eisdem, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excederent, sive cotidianas distribuciones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obvenciones, que ad certum quid deputate existerent, nisi ad illa vel illas,[m]) que illis, qui essent in civitate vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis non interessent huiusmodi, elargiri, nullatenus extenderentur, illi vero, quibus fructus, redditus[n]) et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum ipsorum deberentur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno sequenti eos perciperent, sicut primo anno fuissent, si non obstarent reservacio et applicacio nostre huiusmodi, percepturi. Volumus insuper, quod fructus, redditus et proventus prioratuum, dignitatum, personatuum, administracionum, officiorum, canonicatuum et prebendarum ac aliorum beneficiorum huiusmodi, qui tam ex nostra quam felicis recordacionis Clementis pape VI, predecessoris nostri, reservacione ac applicacione usque ad diem date litterarum nostrarum[o]) ipsarum camere prefate debebantur[p]) ab eis, per quos deberentur, cum integritate solvantur. Quocirca discrecioni[q]) tue per apostolica scripta mandamus, qua-

tenus per te vel alium seu alios huiusmodi fructus, redditus et proventus, sicut premittitur,[r] reservatos et applicatos camere memorate iuxta huiusmodi reservacionis et applicacionis nostrarum tenorem in [Boemie][s] regno et partibus adiacentibus, in quibus nuncius apostolice sedis existis,[t] petere et exigere cum integritate procures, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. D. Auinione XVI kal. Aprilis a. quinto.[u]

R. Vat. 243 fol. 45', R. Vat. 244 H (Archet.) nr. 128. — a) ‚Guillelmo de Balma priori de Tarascone Arelatensis dioc., ap. sed. nuncio salutem et ap. ben.' Vat. 243. ‚Joh. Paduano decano eccl. Vuiss. Prag. dioc.' in Archet. b) ‚curia' Archet. c) ‚hiis' Archet. d) Deest in Archet. e) ‚percipiendos' Archet., ‚percipiendis' R. Vat. 243. f) Sequitur: ‚et formis', sed cancellatum est in Archet. g) ‚utilibus revellandis' Archet. h) Sequitur: ‚in', sed cancellatum est in Archet. i) ‚volumus' Archet. j) ‚declaravimus' Archet. k) ‚et' Archet., ubi ‚aut ad' deest. l) ‚vel' Archet. m) ‚illas vel illas' Archet, ‚illa vel illos' R. Vat. 243. n) ‚fr., exitus, redd.' Archet. o) Deest in Archet. p) ‚debebantur' Archet., ‚deberentur' Vat. 243. q) Genuine: ‚fraternitati', sed cancellatum in Archet. r) ‚sicut prem.' deest in Vat. 243. s) ‚Scocie' Archet., ‚in civit. et dioc. ac prov. Arelatensi' Vat. 243, ubi: ‚in regno . . . . adiacentibus' deest. t) In Archet. sequitur: ‚una cum areragiis de iam factis reservacionibus, alias, si qua essent, petere . . . . procures.' u) In R. Vat. 243 nunc sequitur: ‚Item similis littera fuit facta, directa domino Johanni Paduano decano ecclesie Wissegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio in regno Boemie, et sub eadem data. — In tergo Archet: ‚R. J. Hug. I de camera A.'

---

570. *Compositio Petri quondam Tilonis aurifabri de Vratislavia*[a]) *super annatis de scholastria ecclesiae Lubucensis*[b]) *sibi collata. Finavit ad 27 flor. „Actum die XVII mensis Marcii a. [MCCCLVII, indiccione X, pontificatus d. Innocencii a. V.]"*[c])

1357 Martii 17.

Coll. Alam. 8 fol. 93. — a) ‚Boratislauia' Coll. b) ‚Lubicensis' Coll. c) Suppletum ex folio 89'. Conf. nr. 550.

571. *Johannes archiepiscopus Capuanus supplicat, quatenus Johanni Reyroldi beneficium in dioc. Vratislaviensi reservetur.*

Avinione, 1357 Aprilis 26.

Significat S[ti] V[re] frater Johannes archiepiscopus Capuanus. . . . .

Item supplicat, quatenus sibi in personam Johannis Reyuoldi de Rychinbach dilecti scriptoris et familiaris sui domestici, clerici Wratislauiensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecuti, graciam facientes specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit,

conferendum eidem Johanni donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione etc.; cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus et aliis ut in forma.

Fiat G. . . . .

D. Auinione XII kal. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 84'.

---

572. Johanni Reyvoldi[a]) de Reichenbach[b]) reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabile testimonium" „Auinione XII kal. Maii a. quinto." — In e. m. b. Mariae in Arena et s. Vincentii extra muros Vratislavienses monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

X X. *Avinione, 1357 Aprilis 20.*

R. Av. 135 fol. 133'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297. — a) ‚Reyuoldi' Av b) ‚Rychmbach' Av.

---

573. Nobili viro Henrico de Vetovia[a]) militi et Agneti eius uxori Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione X kal. Maii a. quinto."

V *Avinione, 1357 Aprilis 22.*
. X .

R. Av. 136 fol. 33, R. Vat. 232 fol. 418. — a) ‚Vecouia' Av.

---

574. Garnerio Guerondi, familiari episcopi Portuensis, licentiato in legibus, confertur ad supplicationem ipsius episcopi canonicatus et praebenda ecclesiae Meldensis. „Literarum sciencia" „Auinione VIII kal. Maii a. quinto." — In e. m. priori de Donnomartino Meldensis dioc. et archidiacono Pragensis ac Johanni de Dormano canonico Senonensis ecclesiarum.

. X X. *Avinione, 1357 Aprilis 24.*

R. Av. 137 fol. 302'.

---

575. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Johanni [Zufraz] custodi Eystetensi, dilecto suo notario, de canonicatu ecclesiae Bambergensis sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, „quod in ecclesia Eystetensi cum custodia, quam noviter se obtulit dimittere, canonicatum et prebendam obtinet, quodque eadem S[tas] dicto Johanni de parrochiali ecclesia s. Marie Bambergensis, cuius

possessionem nondum est adeptus, mandaverit provideri." — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Maii a. quinto."

Avinione, 1357 Aprilis 27.

R. Suppl. 27 fol. 93'.

---

576. *Johanni Zufraz notario Caroli Romanorum imperatoris providetur de canonicatu ecclesiae Bambergensis sub expectatione praebendae non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 575. Custodiam Eystetensem* [a]) *tenetur dimittere, quamprimum parochialem ecclesiam s. Mariae Bambergensem fuerit assecutus. „Probitatis et virtutum" „Auinione V kal. Maii a. quinto." — In e. m. episcopo Luthomuslensi et s. Agricoli Avinionensis ac Novimonasterii Herbipolensis ecclesiarum decanis.*

. X X. *Avinione, 1357 Aprilis 27.*

R. Av. 135 fol. 58. — a) ‚Cystetens.' Av.

---

577. *Johannes de Strigonio, capellanus et familiaris domesticus commensalis ac nuncius Ludovici Ungariae* [a]) *regis ad curiam Romanam destinatus supplicat, quatenus amico suo „Johanni de Landskrone clerico Luthomuslensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Chotwicensis ordinis s. Benedicti Pataviensis dioc., communiter vel divisim, vacante vel cum vacaverit," provideatur. — „Fiat G. . . . . Sine alia leccione. Fiat G." „D. Auinione V kal. Maii a. quinto."*

Avinione, 1357 Aprilis 27.

R. Suppl. 27 fol. 99. — a) ‚Vngarie' Suppl.

---

578. *Budissinensis, Misnensis et Cicensis* [a]) *ecclesiarum praepositi ac decanus ecclesiae s. Mariae Erfordensis Nuemburgensis et Maguntinae dioc. conservatores Friderici episcopi Merseburgensis instituuntur. „Ad hoc nos deus" „Auinione IIII kal. Maii a. quinto."*

X
X
. X. *Avinione, 1357 Aprilis 28.*

R. Av. 135 fol. 289. — a) ‚Citensis' Av., Zeitz in Prussia distr. Merseburg.

---

579. *Reinhardo de Hanau* [a]) *capellano papae conferuntur praepositura et archidiaconatus ecclesiae Xantensis* [b]) *Coloniensis dioc., non obstantibus, quod in Maguntina cum custodia, quae dignitas existit, et in Bambergensi et Brunnensi ac Sacensi* [c]) *Pragensis et Olomucensis dioc. ecclesiis, canonicatus et praebendas noscitur obtinere. „Nobilitas generis" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc.*

non. Maii a. quinto." — In e. m. praeposito s. Victoris extra muros et decano s. Mariae ad Gradus Maguntinae ac cantori Aschaffenburgensis [d]) *Maguntinae dioc. ecclesiarum.*

. X X . *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 7.*

R. Av. 137 fol. 647'. — [a]) ,Reynardo de Hanow' Av. — [b]) ,Xanctensis' Av. [c]) Saczeensi' Av. [d]) ,Aschaffinburgensis' Av.

---

580. *Abbatibus monasteriorum in Mühlfeld (Michelfeld)* [a]) *et Scotorum in Nürnberg* [b]) *Bambergensis dioc. ac praeposito ecclesiae Bambergensis mandatur, quatenus Ulrico de Tusta clerico Pragensis dioc. parochialem ecclesiam in Königsfeld* [c]) *Bambergensis dioc. conferant, non obstantibus, quod idem Johannes super canonicatu et praebenda ecclesiae Ratisponensis se asserit litigare. „Laudabilia probitatis" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto."*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 137 fol. 473'. — [a]) ,Micheboeld' Av. [b]) ,Nuremberg' Av. [c]) ,Kunigsfeld' Av.

---

581. *Mathias Miroslai de Polom supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii Gradicensis pertinente provideatur.*

Avinione, 1357 Maii 10.

Supplicat S[ti] V[re] Mathias natus quondam Miroslay de Polom clericus Olomucensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus Gradicensis ord. Premonstratensis eiusdem dioc., si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 106.

---

582. *Mathiae Miroslai de Polom reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum secundum taxationem decimae non excedant, ad collationem abbatis et conventus monasterii Gradicensis Praemonstratensis ordinis Olomucensis dioc. pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. praeposito Olomucensis et s. Agricoli Avinionensis ac eiusdem Olomucensis decanis ecclesiarum.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

R. Av. 135 fol. 160'.

583. *Budslaus Jankonis de Toračov supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii s. Jacobi in Olomucz pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti V^re Budslaus natus Jankonis de Thowaczow presbyter Olomucensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem . . . . abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii s. Jacobi in Olomuc ordinis Premonstratensis eiusdem dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum [a] vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis, ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl 27 fol. 108'. — a) ‚quod primum' Suppl.

584. *Budslao Jankonis de Toračov* [a] *laici* [b] *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Jacobi in Olomucz pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabilia probitatis"* [c] *„Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. praeposito Olomucensi ac eiusdem et s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis.* [d]

Gratis. Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

R. Av. 135 fol. 153' et fol. 208'. — a) ‚Thowaczow' Av. b) Deest Av. 135 fol. 208'. c) ‚Vite ac morum' Av. 135 fol. 208'. d) ‚decano s. Agricoli Auinionensis et . . preposito ac Herbordo Morawi canonico Olomucensis ecclesiarum' Av. 135 fol. 208'.

585. *Nicolaus Johannis de Kostelecz supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem praepositi Cunicensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti V^re Nicolaus quondam Johannis de Costellicz clericus Olomucensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem prepositi sanctimonialium in Cunicz ordinis Premonstratensis dicte dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione et decreto et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 109'.

586. *Nicolao quondam Johannis de Kostelecz*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, spectans ad collationem praepositi monasterii sanctimonialium in Cunicz, per praepositum soliti gubernari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, si vacat vel cum vacaverit. „Suffragancia tibi“ „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.“ — In e. m. praeposito Olomucensis ac eiusdem Olomucensis et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 139'. — a) ‚Castellicz‘ Av.

---

587. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus Petro de Kunzendorf de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, dignitatis, officii vel personatus provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotissimus orator vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatenus Petro de Cunczindorf officiali Pragensi, suo capellano dilecto, de canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere, prebendam quoque ac dignitatem, officium vel personatum cum cura vel sine cura, eciam si ad ea quis per eleccionem consuevit assumi, vacantibus ad presens vel cum simul aut successive in dicta ecclesia vacaverint, eidem Petro conferendos, cum acceptacione etc., donacioni apostolice dignemini reservare: non obstante, quod canonicatum et prebendam ac cantoriam ecclesie Lubucensis obtinet, cum dictam cantoriam paratus sit dimittere, postquam vigore presentis gracie dignitatem aut personatum vel officium cum cura fuerit pacifice assecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 110.

---

588. *Petro de Kunzendorf*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 587. „Litterarum sciencia“ „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.“ — In e. m. Olomucensi et Luthomuslensi episcopis ac decano ecclesiae s. Agricoli Auinionensis.*

I L / X X. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 137 fol. 154, R. Vat. 232 fol. 173. — a) ‚Cunczindorf‘ Av.

589. *Bartholomaeus Jacobi de Pilsna supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii Doxanensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti^ V^re^ Bartholomeus quondam Jacobi de Pilzna clericus Pragensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem . . . . prepositi et conventus monasterii sanctimonialium in Doxano ordinis Premonstratensis dicte dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Supl. 27 fol. 111'.

590. *Bartholomaeo Jacobi de Pilsna reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi et conventus monasterii sanctimonialium in Doxan[a]), per praepositum soliti gubernari, pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI. id Maii a quinto." — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis et praeposito Melnicensis Pragensis dioc. ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 156'. — a) ‚Docxano' Av.

---

591. *Johannes Johannis de Bzenecz (Bisenz) supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii Trebecensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti^ V^re^ Johannes quondam Johannis de Bizencz clericus Olomucensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante[a]) ad collacionem abbatis et conventus monasterii in Trebecz ordinis s. Benedicti dicte dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis, ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 113. — a) ‚spectans' Suppl.

592. *Johanni Johannis de Bzenecz (Bisenz)[a]) reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem abbatis et conventus monasterii in Trebccz[b]), si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. episcopo Luthomuslensi et s. Agricoli Avinionensis ac Olomucensis ecclesiarum decanis.*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 156'. — a) ‚Byzentz' Av. b) ‚Trzebecz' Av.

593. *Johannes natus Ulrici de Tusta clericus Pragensis dioc. supplicat, quatenus sibi de parochiali ecclesia in Königsfeld[a]) Bambergensis dioc. vacante provideatur, non obstante, quod super canonicatu et praebenda ecclesiae Ratisponensis noscitur litigare. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie VI id. Maii a. quinto."*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

R. Suppl. 27 fol. 114'. — a) ‚Kunigsfeld' Suppl. — In Coll. 4 fol. 10' de compositione Johannis Ulrici super annatis de eadem ecclesia solvendis his verbis mentio fit: ‚composuit ad XXX flor. auri, de quibus solvit VII; residuum debet solvere infra diem XIIII mensis Marcii a. MCCCLXI — VII. flor.' (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 73.)

594. *Nicolaus de Lobin supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii s. Vincentii Vratislaviensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S[ti] V[re] devotus orator vester Nicolaus de Lobyn presbyter Wratislauiensis dioc., nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii s. Vincencii ord. Premonstratensis dicte Wratislauiensis dioc., si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 116.

595. *Venceslaus Conradi de Bor supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii Strahoviensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S[ti] V[re] Venczeslaus natus quondam Chorradi de Bor clericus Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Strahowensis,[a]) ordinis Premonstratensis[b]), si quod vacat ad presens vel quamprimum vacare contigerit, eidem dignemini misericorditer providere. cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl 27 fol. 116'. — a) ‚Strahovxensis' Suppl. b) In marg. sin. adnotatum: ‚Attende, quod non ponit diocesim'.

596. Venceslao[a]) Conradi de Bor reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatis et conventus monasterii Strahoviensis[b]) Pragensis dioc. pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Exigentibus tue probitatis" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. praeposito Vissegradensis ac eiusdem et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

R. Av. 135 fol. 165'. — a) ‚Venczeslao' Av. b) ‚Strahouyensis' Av.

---

597. Franciscus Benedicti de Žatec (Saaz) supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem ecclesiae Boleslaviensis pertinente provideatur.

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S[ti] V[re] Franciscus quondam Benedicti de Zazc clericus Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Boleslauiensis dioc. Pragensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini misericorditer de benignitate sedis apostolice providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 117.

---

598. *Francisco Benedicti de Žatec (Saaz)* [a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Boleslariensis Prägensis dioc. collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii etc. a. quinto" — In e. m. episcopo Patariensi et Pragensis et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

R. Av. 135 fol. 149. — a) ‚Zacz' Av.

599. *Hartungus et Johannes Hostkonis de Nebužel supplicant, quatenus sibi de beneficiis ecclesiasticis provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti^ V^re^ Hartungus natus quondam Hostkonis de Nebuzyel [a]) clericus Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes de beneficio ecclesiastico etc. (!)

Item eidem S^ti^ V^re^ supplicat Johannes filius quondam Hosteonis eciam de Nebuzyel pauper clericus dioc. Pragensis, quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem . . . . abbatisse totiusque conventus ad s. Georium in summo Pragensi communiter vel divisim, intra vel extra vacante vel vacaturo, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, et singulis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus etc.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl 27 fol. 117'. — a) Correctum ex ‚Nebuzye' Suppl.

600. *Johanni Hostkonis de Nebužel* [a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatissae et conventus monasterii ad s. Georgium* [b]) *in castro Pragensi pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. praeposito et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 205'. — a) ‚Hostconis de Nebuzyel' Av. b) ‚Georium' Av.

601. *Nicolaus Isinhardi de Lobin supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii Lubensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti V^re devotus orator vester Nicolaus quondam Ysinhardi de Lobyn pauper presbyter Wratislauiensis dioc., quatenus sibi graciam facientes, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Lubensis Cisterciensis ord. dicte dioc., si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 118.

---

602. *Nicolao Isinhardi de Lobin* [a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem abbatis et conventus monasterii Lubensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. episcopo Vratislaviensi et abbati monasterii b. Mariae in Arena extra muros Vratislavienses ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. XX . *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 138'. — a) ‚Ysinhardi de Lobyn' Av.

---

603. *Gallus Petri de Borek supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclestiastico ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinente provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti V^re Gallus natus quondam Petri de Vorek [a]) clericus Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante [b]) communiter vel divisim ad collacionem etc. archiepiscopi Pragensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacare contigerit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum aliis clausulis et executoribus, ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 118. — a) Corrige: ‚Borek'. b) ‚spectans' Suppl.

604. *Gallo Petri de Borek reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedunt, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. episcopo Pataviensi et s. Agricoli Avinionensis ac s. Egidii Pragensis ecclesiarum decanis.*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 152'

---

605. *Venceslaus Johannis de Hnojicz supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem monasterii in Oslavan pertinente, provideatur.*

Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.

Supplicat S^ti^ V^re^ Wenceslaus natus quondam Johannis de Gnoynicz clericus Olomucensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem . . . . abbatisse et conventus sanctimonialium in Oslawan Cisterciensis ordinis,[a] si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, ut in forma.

Fiat. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 118'. — a) In marg. sin. adnotatum est: ‚Attende, quod non ponit, cuius dioc'.

---

606. *Venceslao Johannis de Hnojicz*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedunt, ad collationem abbatissae et conventus monasterii Vallis s. Mariae in Oslavan*[b]) *Olomucensis dioc. pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Exigentibus tue probitatis" „Apud Pontem Sorgie Auinionensis dioc. VI id. Maii a. quinto." — In e. m. episcopo Olomucensi et praeposito Olomucensis ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis. *Apud Pontem Sorgiae, 1357 Maii 10.*

R. Av. 135 fol. 165. — a) ‚Hnogicz' loco cancellati: ‚Hñgowicz' Av. b) ‚Oslauia' Av.

607. Compositio Thimonis de Lungwitz[a]) *rectoris parochialis ecclesiae in Putzkau*[b]), *procuratoris Nicolai de Budissin decretorum doctoris, canonici ecclesiae Misnensis, super annatis de praebenda eiusdem ecclesiae dicto domino suo confirmata. Promisit solvere camerae apostolicae 25 flor. infra 8 dies a tempore datae praesentis instrumenti. Solvit 10 flor. „Actum die XII Maii a. [d. MCCCLVII, indiccione X in hospicio domini Eblonis clerici camere apostolice, pontificatus domini Innocencii a. quinto].“* c)

1357 Maii 12.

Coll. Alam. 8 fol. 104'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I, pag. 153 adnot. 4. — a) ‚Tymo de Lynkewitz‘ Coll. b) ‚Pvczkow‘ Coll. c) Suppletum ex fol. 103.

---

608. Venceslaus Johannis de Hnojicz supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem praepositi Cunicensis spectante, provideatur.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

Supplicat S^ti^ V^re^ Woncesslaus natus quondam Johannis de Hnopnicz[a]) clericus Olomucensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem . . . prepositi de Cunycz ordinis Premonstratensis[b]), si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus, ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 121'. — a) Corrige: ‚Hnognicz‘. b) Diocesis nomen ommissum est, ad quod sequens adnotatio in marg. sin. pertinet: ‚Attende, quod non ponit diocesim‘. — Supplicatio ista tota cancellata est, ad quam cancellaturam sequens adnotatio in marg. dext. spectat: Attende, quod fuit cancellata de mandato domini Pen[estrini]‘. — Conf. nr. 605.

---

609. „Egidius de Lomeruanz dominorum imperatoris et Flandrensis, Hanonie et Namurcensis comitum consanguineus, in presbyteratus ordine constitutus, nullum tamen beneficium ecclesiasticum assecutus, capellanus continuus . . . . P[etri] tit. s. Anastasie presbyteri cardinalis“ supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collationem episcopi Traiectensis spectante, provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto“.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

R. Suppl. 27 fol. 123'.

610. Johannes Johannis de Kostelecz supplicat, quatenus secum super defectu natalium dispensetur.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

Supplicat S[ti] V[re] Johannes quondam Johannis de Costellicz scolaris Olomucensis dioc., quatenus cum ipso super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut non obstante predicto defectu natalium possit ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam habeat animarum, obtinere, dignemini dispensare.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto

R. Suppl. 27 fol. 124.

611. Episcopo Milcoviensi mandatur, quatenus cum Johanne Johannis de Kostelecz[a]), qui militiae clericali ascribi desiderat, super defectu natalium secundum tenorem supplicationis sub nr. 610 dispenset. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto."

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

R. Av. 135 fol. 397. — a) ‚Castelatz'. Av.

612. Henricus Henrici de Prachov supplicat, quatenus secum super defectu natalium dispensetur.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

Supplicat S[ti] V[re] Henricus natus Henrici de Prachowa scolaris Pragensis dioc., quatenus super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut defectu huiusmodi non obstante ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium[a]), eciamsi curam haberet animarum, obtinere valeat, cum eodem de benignitate sedis apostolice dignemini dispensare.

Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 127. — a) Sequitur: ‚obtinere' Suppl.

613. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Henrico de Prachov[a]), qui militiae clericali ascribi desiderat, super defectu natalium secundum tenorem supplicationis sub nr. 612 dispenset. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto."

Gratis. Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

R. Av. 135 fol. 413. — a) ‚Prachowa'. Av.

614. Henricus Henrici de Prachov supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem praepositi de Chotěšov pertinente, provideatur.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

Supplicat Sti Vre Heinricus natus Heinrici de Prachow clericus Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura, spectante ad collacionem . . . . prepositi de Chotyesyew[a]) Premonstratensis ord., dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 124. — a) In marg. dext.: ‚Attende, quod non dicit, cuius diocesis'.

---

615. Johanni de Cours clerico Morinensis dioc., familiari Guidonis episcopi Portuensis reservatur beneficium ecclesiasticum ad collationem decani et capituli ecclesiae Tornacensis pertinens. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Maii a. quinto." — In e. m. s. Martini Tornacensis et s. Nicolai iuxta Tornacum monasteriorum abbatibus ac archidiacono ecclesiae Pragensis.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 13.

R. Av. 135 fol. 146'.

---

616. Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori per Nicolaum Leonis canonicum Brunnensem, nuncium eius, responsum suum mittit.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 17.

Carissimo in Christo filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto salutem etc. D. f. Nicolaum Leonis canonicum ecclesie Brunensis Olomucensis dioc., notarium et nuncium tuum, latorem presencium, et litteras tuas nobis exhibitas per eundem consideracione tua benigne recepimus et hiis, que huiusmodi littere continebant, et idem quoque nuncius pro parte tua prudenter et provide reseravit, diligenter auditis, ad ea tibi per ipsum respondendum duximus, sicut ab eo audies magis plene. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Junii a. quinto.

R. Vat. 239 fol. 69, R. Vat. 244 II (Archet.) nr. 215. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 426 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 789 nr. 336. — In tergo minutae: ‚R.'

617. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus visitantibus capellam in castro Karlstein, in qua reliquias passionis domini collocavit, indulgentiae elargiantur. — Item supplicat, quatenus Conrado Zufraz de canonicatu ecclesiae s. Johannis in Hauge extra muros Herbipolenses et Petro Hermanni de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii Trebecensis pertinente provideatur.*

Apud Villamnovam, 1357 Maii 18.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Karolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, quatenus, cum ipse in capella regia sita in castro Karlstein Pragensis dioc., in qua unum collegium in honorem passionis ac crucis, clavorum, corone spinee et spongie domini nostri Jesu Christi de novo fundavit, has reliquias honorifice collocavit, videlicet maugnam de dicta cruce et de uno clavorum ac spongia predictis certas partes et duas spinas de corona predicta, dignemini ad honorem dei sueque sanctissime passionis et dictarum reliquiarum reverenciam omnibus visitantibus dictam capellam, semel dumtaxat in anno, dum dicte reliquie ostendentur ibidem, septem annorum et septem quadragenarum indulgenciam perpetuo elargiri.

Fiat de quatuor annis et quatuor quadragenis G.

Item supplicat eidem S^{ti} V^{re}, quatenus sibi in personam dilecti sui Conradi dicti Zufrazz presbyteri Herbipolensis dioc. similem graciam facientes, de canonicatu ecclesie collegiate s. Johannis in Hauge extra muros Herbipolenses cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam vero . . . . eidem conferendam . . . . dignemini reservare . . . .

Fiat G.

Item supplicat S^{ti} V^{re}, quatenus sibi in personam dilecti sui Petri quondam Hermanni clerici Luthomuslensis specialem graciam facientes, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Trebez[a]) ordinis s. Benedicti, Olomucensis dioc., si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, eidem Petro dignemini [providere], cum omnibus non obstantibus et oportunis clausulis et executoribus, ut in forma.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc.[b]) XV kal. Junii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 112. — a) ‚Treboz' Suppl. b) ‚diocesis' in registro cancellatum est, ad quam cancellaturam sequens nota in marg. dext. spectat: ‚Nota, quod in originali non erat scriptum in dato diocesis.'

---

618. *Conrado dicto Zufraz[a]) providetur de canonicatu ecclesiae s. Johannis in Hauge extra muros Herbipolenses sub expectatione praebendae. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Junii a. quinto." — In e. m. de Bildhausen[b]) et Vessra[c]) Herbipolensis dioc. monasteriorum abbatibus ac decano s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1357 Maii 18.*

R. Av. 137 fol. 164', R. Vat. 232 fol. 181'. — a) ‚Zuffrazz' Av. b) ‚Bildhusen' Av. c) ‚Vezzer' Av.

619. Petro Hermanni reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad abbatis et conventus monasterii in Trebecz ordinis s. Benedicti Olomucensis dioc. collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Ex tue devocionis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Junii a. quinto." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et priori Luthomuslensis ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum.

. X X . *Apud Villamnovam, 1357 Maii 18.*

R. Av. 135 fol. 172.

---

620. Kazimirus Poloniae rex supplicat, quatenus collatio decanatus ecclesiae Cracoviensis Johanni dicto Suchiwilk[a]*) confirmetur, non obstante, quod idem Johannes in Vratislaviensi et Wladislaviensi ac Poznaniensi ecclesiis canonicatus et praebendas noscitur obtinere. — „Fiat G.*[b]*) D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XI kal. Junii a. quinto."*

Apud Villamnovam, 1357 Maii 22.

R. Suppl. 27 fol. 132'. — a) ‚Suchiuilk' Suppl. b) In marg. dext.: ‚Pro ‚ca[mera]'. — Litterae sub eodem dato, quibus conceditur, ut collatio praefata valeat in R. Vat. 135 fol. 455, (Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 586).

---

621. Ludovicus Ungariae rex supplicat, quatenus Jodoco de Brunna presbytero, suo capellano commensali, de praepositura ecclesie Castriferrei Jauriensis dioc. provideatur, non obstante, quod ecclesiam parochialem in Bistricia Transilvanae dioc. obtinet, quam paratus est dimittere[1]*), postquam dictae praepositurae possessionem pacificam fuerit assecutus. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.*[a]*) D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Junii a. quinto."*

Apud Villamnovam, 1357 Maii 25.

R. Suppl. 27 fol. 132. — a) ‚S. al. l'. suppletum ex supplicatione sequente. — 1) Ista ecclesia parochialis, vacans ex eo, quod praedictus Jodocus praefatam praeposituram erat assecutus, 1358 Martii 10 Nicolao Malech collata est (R. Av. 139 fol. 320).

---

622. Archiepiscopo Strigoniensi mandatur, quatenus Jodoco de Brunna praeposituram ecclesiae Castriferrei Jauriensis dioc. conferat, cum non obstantibus et conditionibus ut in supplicatione sub nr. 621. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII kal. Junii a. quinto."

X . X . *Apud Villamnovam, 1357 Maii 25.*

R. Av. 137 fol. 639.

623. Johannes de Luthomusel supplicat, quatenus fratri suo Leoni de beneficio ecclesiastico ad collationem monasterii s. Mariae in Antiqua Brunna pertinente provideatur.

Apud Villamnovam, 1357 Maii 26.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Johannes de Luthomusel[a]) notarius et nuncius reverendi patris domini Johannis episcopi Luchomuslensis, imperialis aule cancellarii, quatenus sibi in personam fratris sui Leonis quondam Nicholay de Luthomnisel[b]) graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem . . . . abbatisse et conventus monasterii s. Marie in Antiqua Brunna Cisterciensis ordinis, Olomucensis dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem Leoni dignemini misericorditer providere, cum clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Junii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 134'. — a) Correctum in rasura ex ‚Bichomusel' Suppl. b) Corrige ‚Luthomusel'.

---

624. Leoni Nicolai de Luthomusel clerico Luthomuslensi reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Mariae in Antiqua Brunna pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Junii a quinto." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Luthomuslensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

. X X . *Apud Villamnovam, 1357 Maii 26.*

R. Av. 136 fol. 278, R. Vat. 232 fol. 272'.

---

625. Paulus episcopus Gurcensis supplicat, quatenus Johanni Johannis de Lobenstein[a]) clerico Olomucensis dioc. canonicatus et praebenda ecclesiae Brixinensis et Ottoni Johannis de Lobenstein[a]) clerico Olomucensis dioc. canonicatus et praebenda ecclesiae Tridentinae, qui post promotionem Petri electi Laventini vacabunt, reserventur. — „Fiat G." „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Junii a. quinto."

Apud Villamnovam, 1357 Maii 26.

R. Suppl. 27 fol. 142. — a) ‚Lobenstain' Suppl.

626. *Episcopo Secoviensi mandatur, quatenus Johanni Johannis de Lobenstein*[a]) *clerico Olomucensis dioc. canonicatum et praebendam ecclesiae Brixinensis reservet.* *„Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Junii a. quinto."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1357 Maii 26.*

R. Av. 137 fol. 598. — a) ‚Lobenstain' Av.

---

627. *Episcopo Secoviensi mandatur, quatenus Ottoni Johannis de Lobenstein*[a]) *clerico Olomucensis dioc. canonicatum et praebendam ecclesiae Tridentinae reservet.* *„Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Junii a. quinto."*

X *Apud Villamnovam, 1357 Maii 26.*
. X .

R. Av. 137 fol. 597'. — a) ‚Lobenstain' Av.

---

628. *Conrado Fontarii presbytero Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit.* *„Provenit" „Apud Villamnonam Auinionensis dioc. kal. Junii a. quinto."*

Apud Villamnovam, 1357 Junii 1.

R. Av. 135 fol. 341'.

---

629. *Johannes de Tusta Pragensis dioc. reperitur testis in compositione Rûtgheri de Ramesberg*[a]) *canonici Monasteriensis super annatis de praepositura Terrae Frisiae.*[b]) *„Actum*[c]) *die prima mensis Junii a. [1357 in domo domini Eblonis de Mederio].*[d])

1357 Junii 1.

Coll. Alam. 8 fol. 109 et 112. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 134 adnotatio 1. — a) ‚Ramesberghe' Coll. b) Terre Frisie Coll. c) Deest [in Coll. 8 fol. 112. d) Suppletum ex fol. 108.

---

630. *Compositio Johannis nati Ulrici de Tusta clerici Pragensis dioc., rectoris parochialis ecclesiae in Königsfeld*[a]) *Bambergensis dioc., super annatis de dicta ecclesia. Finavit ad 30 flor. solvendos a festo proximo omnium sanctorum ad annum.* *„Actum die V mensis Junii a. domini MCCCLVII, indiccione X, pontificatus domini Innocencii pape VI a. quinto in domo domini Eblonis clerici camere apostolice."*

1357 Junii 5.

Coll. 8 fol. 112. — a) ‚Kunigsfeld' Coll — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 74 adnot. . De eadem compositione etiam in Coll. 4 fol. 10' (ed ibidem pag. 73) mentio fit.

631. *Nicolaus iuvenis Wirzingus civis Cracoviensis, qui camerae apostolicae triginta annos et ultra servivit et servit in pecuniis de regno Poloniae pro dicta camera aportandis, supplicat, quatenus filio suo Danieli clerico Cracoviensi de canonicatu sub expectatione praebendae maioris in ecclesia Vratislaviensi provideatur, „non obstantibus statutis et consuetudinibus dicte ecclesie et presertim illis, quibus caveri dicitur, ne aliquis prebendam maiorem assequi possit, nisi per minores gradatim ascenderit ad eandem; non obstante, quod idem Daniel canonicatum et prebendam in ecclesia Cracouiensi noscitur obtinere". — „Fiat G. . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. quinto."*

Apud Villamnovam, 1357 Junii 13.

R. Suppl. 27 fol. 142'.

---

632. *Officiali Cracoviensi mandatur, quatenus Danieli nato Nicolai iuvenis Wirzingi civis Cracoviensis de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis, in qua maiores et minores praebendae esse noscuntur, sub expectatione maioris praebendae provideri procuret, non obstantibus, ut in supplicatione sub nr. 631. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. quinto."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1357 Junii 13.*

R. Av. 135 fol. 66'. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 586.

---

633. *Egidio de „Lomervanz", in presbyteratus ordine constituto, qui, ut asserit, Caroli Romanorum imperatoris consanguineus et Petri tit. s. Anastasiae presbyteri cardinalis capellanus continuus existit, de canonicatu ecclesiae Traiectensis sub expectatione praebendae providetur. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. quinto."*

. X X . *Apud Villamnovam, 1357 Junii 13.*

R. Av. 135 fol. 73. — Conf. supplicationem sub nr. 609.

---

634. *Archiepiscopus Pragensis rogatur, quatenus camerae apostolicae per Philippum episcopum Cavallicensem, apostolicae sedis nuntium, subsidium ad recuperationem terrarum Romanae ecclesiae praestet.*

Apud Villamnovam, 1357 Junii 22.

Ven. fr. archiepiscopo [Pragensi]. Non potest latere te, frater, cum longe sit lateque notorium et nostris litteris didiceris eciam, quantis expensarum premamur oneribus maxime ob terrarum Romane immediate subiectarum ecclesie, quarum magnam partem quorundam tirannorum avara cupiditas occupavit, recuperacionem, ad quam incessanter enitimur et attenta solicitudine laboramus. Propter

quam camera nostra, que consuetis redditibus non abundat, vehementer exhausta, nos ad prosecucionem illius et explicacionem multiplicum agendorum, cui gravium sarcina sumptuum est annexa, nos minus plene sufficere intuentes, necessitate coacti a te ac nonnullis prelatis et viris ecclesiasticis aliis subsidium, cuius intervencione huiusmodi onera commodius perferamus, fiducialiter providimus postulandum, sperantes firmiter in te ac illis devote compassionis affectum et auxiliarem liberalitatem pariter invenire. Et ideo fraternitatem tuam attente precamur, quatinus ven. fr. nostro Philippo episcopo Cauallicensi, apostolice sedis nuncio, latori presencium, quem ad te ac partes ipsas spe freti huiusmodi destinamus, super hiis, que tibi ex parte nostra retulerit, credas indubie, illa operum fructibus impleturus ac rescripturus per litteras tuas nobis, quid et quantum eidem episcopo sed nobis verius subsidialiter duxeris conferendum D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. X kal. Julii a. quinto.

R. Vat. 239 fol. 118. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 439 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 789 nr. 340. — Haec littera reconstructa est ex littera Boemundo archiepiscopo Treverensi destinata et in reg. plene descripta. De littera ad archiepiscopum Pragensem missa sequentibus tantum verbis mentio fit: ‚Item in e. m. ven. fr. . . archiepiscopo Pragensi.'

---

635. Tilloni[a]) *abbati monasterii s. Mariae de Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Julii a. quinto."*

Apud Villamnovam, 1357 Junii 29.

R. Av. 136 fol. 48'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 302. — a) ‚Tyloni' Av.

---

636. Petro de Boleslav[a]) *monacho monasterii b. Mariae de Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Julii a. quinto."*

. X̿ . *Apud Villamnovam, 1357 Junii 29.*

R. Av. 136 fol. 48'. — a) ‚Boleslauia' Av.

---

637. Visitatio Johannis episcopi Olomucensis.

1357 Julii 10.

Die decima Julii [a. d. MCCCLVII][a]) reverendus pater dominus Johannes episcopus Olomucensis pro uno biennio proxime transacto per dominum Petrum de Waben presbyterum Cameracensis dioc. procuratorem suum etc. visitavit, nichil tamen et cetera.

Obl. et Sol. 30 fol. 188'. — a) Suppletum ex pagina praecedente.

638. Olenus Přibislai[a]) de Odlochovicz[b]) supplicat, quatenus sibi de custodia ecclesiae Vissegradensis provideatur. — „Fiat G. Et sine alia leccione. D. apud Villamnouam IIII id. Julii a. quinto.“

Apud Villamnovam, 1357 Julii 12.

R. Suppl. 27 fol. 170'. — [a]) ‚Przibizlai‘ Suppl. [b]) ‚Adlachouicz‘ Suppl.

---

639. Oleno Přibislai de Odlochovicz confertur custodia ecclesiae Vissegradensis.

Apud Villamnovam, 1357 Julii 12.

. X X .

D. f. Oleno Przibizlai de Adlochouicz custodi ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, magistro in artibus, salutem etc. Literarum sciencia . . . . Dudum siquidem intendentes de custodia ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, quam quondam Syffridus ipsius ecclesie custos tunc temporis obtinebat, cum illam vacare contingeret, per apostolice sedis provideuciam ordinari, custodiam ipsam, dum adhuc idem Syffridus ageret in humanis, videlicet II non. Januarii pontificatus nostri a. primo [1]), dummodo ad eam quis consuevisset per eleccionem assumi, collacioni et disposicioni nostre ea vice specialiter reservavimus . . . . Cum itaque, postmodum dicta custodia per ipsius Syffridi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nullusque preter nos hac vice de dicta custodia, que dignitas, ad quam quis per eleccionem consuevit assumi, in eadem ecclesia existit, se intromittere potuerit neque possit . . . ., nos volentes tibi, in presbyteratus ordine constituto ac iurisperito et qui, prout asseris, ... Caroli Romanorum imperatoris . . . . in Romana curia procurator existis, ... graciam facere specialem, dictam custodiam, cuius certi redditus quindecim marcharum argenti, ut asseris, valorem annuum non excedunt, sic vacantem . . . ., apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod in Bolczlauiensi[a]) et Cremsirensi ecclesiis canonicatus et prebendas et parrochialem ecclesiam in Slappanow obtines et super parrochiali ecclesia in Syrgost Olomucensis, Pragensis et Wratislauiensis dioc. te asseris litigare. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . prefatam custodiam fueris pacifice assecutus, dictas in Slappanow, quam, ut prefertur, obtines, ... et in Syrgost, super qua litigas, si eam interim eviceris, ecclesias omnino dimittere . . . . tenearis . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Julii a. quinto.

In e. m. . . . . abbati monasterii in Insula Pragensis dioc. et . . s. Egidii Pragensis ac . . s. Agricoli Auinionensis decanis ecclesiarum . . . .

R. Av. 137 fol. 564. — [a]) Corrige: ‚Bolezlauiensi‘ — [1]) 1353 Januarii 4. — De collatione praefata in R. Suppl. 28 fol. 168' mentio fit.

---

640. Theodericus Simonis[a]) dicti Beyer militis de Bopardia, cantor ecclesiae Maguntinae et eiusdem ac Treverensis et Wormaciensis canonicus ecclesiarum,

supplicat, quatenus cum ipso, in „serviciis . . . Karoli Romanorum imperatoris existente, personalem residenciam faciente", dispensetur, ut omnium beneficiorum suorum fructus libere percipere valeat. — „Fiat ad triennium G." „Auinione XIII kal. Augusti a. quinto."

Avinione, 1357 Julii 20.

R. Suppl. 27 fol. 177. — a) ‚Symonis' Suppl.

---

641. *Reymboldo nato nobilis viri Simonis* [a]) *dicti Beyer de Bopardia militis conferuntur ad supplicationem* [1]) *Annae Romanorum imperatricis et Bohemiae reginae canonicatus et praebenda ecclesiae Wormatiensis, non obstante, quod canonicatum et praebendam ecclesiae Treverensis obtinet. „Auinione XIII kal. Augusti a. quinto."*

. X X .

Avinione, 1357 Julii 20.

R. Av. 137 fol. 459'. — a) ‚Symonis' Av. — 1) Supplicatio ista in reg. Suppl. 27 fol. 182 reperitur. — In R. Suppl. 27 fol. 261 initium supplicationis Theoderici dicti Beyer, nuntii Caroli Rom. imp. ad sedem apostolicam destinati, pro fratre suo „Raynboldo Symonis" reperitur, sed supplicatio ista ad finem non est adducta.

---

642. *Rudolfus de Homburg* [a]) *provincialis per Bohemiam fratrum b. Mariae Theutonicorum* [b]) *Jerosolimitanorum, secretarius Caroli Romanorum imperatoris, supplicat, quatenus Henrico de Schwenz* [c]) *familiari suo de decanatu ac canonicatu et praebenda ecclesiae s. Nicolai in Stendal Halberstadensis dioc. provideatur, non obstante, quod super canonicatu et praebenda ecclesiae Nuemburgensis in Romana curia litigat.*[1]) *Item supplicat, quatenus Henrico nato Henrici Kesswiller canonico ecclesiae s. Stephani Constantiensis, capellano suo, et aliis personis diversae gratiae conceduntur. — „Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione X kal. Augusti a. quinto."*

Avinione, 1357 Julii 23.

R. Suppl. 27 fol. 191. — a) ‚Hoenburg' Suppl. — b) ‚Theonicorum' Suppl. c) ‚Swentz' Suppl. — 1) conf. nr. 274.

---

643. *Henrico praeposito monasterii Zderaziensis* [a]) *Sepulchri dominici prope Pragam, per praepositum soliti gubernari, ordinis s. Augustini indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione III id. Augusti a. quinto.*

Auinione, 1357 Augusti 11.

R. Av. 135 fol. 348. — a) ‚Sderasiensis' Av.

644. *Rudolfo [a]) de Homburg, magistro provinciali fratrum hospitalis b. Mariae Theutonicorum Jerosolimitani [b]) in regno Bohemiae, indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit". „Auinione id. Augusti a. quinto."*

Avinione, 1357 Augusti 13.

R. Av. 135 fol. 347'. — a) ‚Ruodolpho' Av. b) ‚Jerusalemitani' Av.

---

645. *Hermanno praeposito saeculari ecclesiae Montis s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione kal. Septembris a. quinto."*

. X . *Avinione, 1357 Septembris 1.*

R. Av. 136 fol. 40'.

---

646. *Abbati monasterii Psalmodiensis et praeposito ecclesiae Casletensis Nemausensis et Morinensis dioc. ac officiali Claromontensi mandatur, quatenus magistro Durando Gerardi [a]) archidiacono Pragensi, licentiato in legibus, capellano papae, canonicatum et praebendam ecclesiae Claromontensis conferant, non obstantibus, quod in Eneziaci et in s. Audomari [b]) de s. Audomaro [c]) Claromontensis et Morinensis dioc. et in Belvacensi et Pragensi canonicatus et praebendas et in eisdem Pragensi archidiaconatum ac Claromontensi ecclesiis chorariam obtinet. „Grata devocionis" „Auinione IIII id. Septembris a. quinto."*

V
. X . *Avinione, 1357 Septembris 10.*

R. Av. 137 fol. 479. — a) ‚Girardi' Av. — b) ‚Adomari' Av. — c) ‚Adomaro' Av.

---

647. *Nicolaus [a]) episcopus Quinqueecclesiensis supplicat, quatenus dilecto nepoti suo Ladislao Wolteri [b]) clerico Vratislaviensis dioc. de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Vratislaviensis provideatur. — „Fiat G. D. Auinione VII kal. Octobris a. quinto."*

Avinione, 1357 Septembris 25.

R. Suppl. 27 fol. 240'. — a) ‚N'. Suppl. — b) ‚Wolcerii' Suppl.

---

648. *Abbati monasterii Pécsváradiensis [a]) Quinqueecclesiensis dioc. mandatur, quatenus Ladislao Wolteri de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VII kal. Octobris a. quinto."*

X
. X . *Avinione, 1357 Septembris 25.*

R. Av. 135 fol. 86'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297. — a) ‚Pechwaradiensis' Av.

649. Henrico de „Wyppercn“ monacho monasterii de Corona Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione VII kal. Octobris a. quinto.“

Gratis pro deo. *Avinione, 1357 Septembris 25.*

R. Av. 136 fol. 39'.

---

650. Carolus Romanorum imperator rogatur, quatenus Philippum episcopum Cavallicensem, apostolicae sedis nuncium benigne recipiat et auxilium ei praestet.

Avinione, 1357 Octobris 7.

Carissimo in Christo filio Carolo imperatori Romanorum semper augusto salutem. Quantis, fili carissime, sumptuum premamur oneribus quantisque negociis implicemur, satis per litteras [et] nuncios nostros hactenus perpendisti, nec nunc circa id aliud scribendum vidimus, nisi quod huiusmodi sumptus augentur assidue, multiplicantur negocia et ecclesie Romane, cui presidemus domino actore, diminuti redditus et exhauste sunt facultates adeo, ut ad huiusmodi perferendos sumptus et explicanda negocia nobis auxilia consueta non suppetant et ad inveniendum ea preclusa nobis itinera quelibet videantur. Propter quod, extrema quasi necessitate compulsi, pro colligendo illo modico subsidio duarum scilicet procuracionum, quod procurante te quidam prelati Alamanie obtulerunt nobis, ven. fr. nostrum Philippum episcopum Cauallicensem, apostolice sedis nuncium, latorem presencium, virum utique multe virtutis et probitatis, ex parte [nostra] ad partes ipsas sub tui precipue spe favoris providimus destinandum. Quamobrem serenitatem tuam attente et fiducialiter deprecamur, quatinus eumdem episcopum, cui tam super hiis quam super aliis quibusdam negociis aliqua tibi referenda commisimus, nostre intercessionis obtentu benigne recipias et adhibens eius pro parte nostra relatibus plenam fidem, circa expeditam et celerem execucionem eorum auxilium tuum iuxta spem nostram huiusmodi utique uberem imperciaris eidem. D. Auinione non. Octobris a. quinto.

R. Vat. 239 fol. 250'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 465 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 790 nr. 349.

---

651. Capitulum canonicorum ecclesiae collegiatae s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. supplicat, quatenus praesentatio Alberti Alberti ad praeposituram eiusdem ecclesiae et institutio eius per episcopum Olomucensem confirmentur vel, si est reservata donationi apostolicae dicta praepositura, ei de eadem de novo provideatur. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VIII kal. Novembris a. quinto.“

Avinione, 1357 Octobris 25.

R. Suppl. 27 fol. 256'.

652. Alberto Alberti praeposito collegiatae ecclesiae s. Petri in Brunna conceditur, ut praesentatio eius ad dictam ecclesiam et institutio in praepositum valeant.

X *Avinione, 1357 Octobris 25.*

D. f. Alberto Alberti preposito collegiate ecclesie s. Petri in Brunna, Olomucensis dioc. salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Sane peticio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod olim prepositura collegiate ecclesie s. Petri in Brunna Olomucensis dioc., que dignitas curata existit, et quam quondam Hermannus de Duringia, prepositus ipsius ecclesie, dum viveret, obtinebat, per ipsius Hermanni obitum, qui nuper extra Romanam curiam decessit, vacante, ... abbatissa et conventus monasterii de Portaceli in Tusnowin[a]) Cisterciensis ordinis dicte dioc., ad quas presentacio prepositi ipsius ecclesie, qui est pro tempore, de antiqua et approbata consuetudine pertinere dinoscitur, te ad dictam preposituram sic vacantem ven. fr. nostro Johanni episcopo Olomucensi infra tempus legitimum canonice, nisi apostolica obstaret reservatio, presentarunt, idemque episcopus ad presentacionem huiusmodi te, in presbyteratus ordine constitutum, auctoritate ordinaria in prepositum instituit ecclesie supradicte, tuque vigore presentacionis et institucionis huiusmodi prefatam preposituram fuisti alias canonice assecutus. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites, preposituram ipsam tempore presentacionis seu institucionis huiusmodi fore disposicioni apostolice reservatam, teque super ea posse propterea imposterum molestari, nos dd. ff. capituli ipsius ecclesie, pro te nobis . . . . supplicancium, tuisque supplicacionibus inclinati, volumus, et tibi, in ecclesia Cremsirensi canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam in Petrowitz dicte dioc. obtinenti, apostolica auctoritate concedimus, quod huiusmodi presentacio et institucio ac omnia inde secuta perinde a data presencium valeant plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si de dicta prepositura nulla per sedem apostolicam reservacio facta foret. Volumus autem, quod, quamprimum dictam preposituram fueris pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam extunc vacare decernimus, omnino prout ad id eciam te sponte obtulisti, dimittere tenearis . . . . D. Auinione VIII kal. Novembris a. quinto.

R. Av. 135 fol. 431'. — a) Corrige: ‚Tusnowicz'. — De confirmatione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 87 (Kirsch, Annaten I pag. 194) et in R. Suppl. 28 fol. 169' mentio fit.

---

653. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Thobiae nato Thobiae de Kamenicz et Bechyně indulgeatur, ut ad ordinem s. Benedicti transire valeat et quatenus Johanni de Hohenheim de custodia Eystetensi provideatur.

Avinione, 1357 Octobris 28.

Supplicat S^ti^ V^re^ . . . . Karolus Romanorum imperator, quatenus sibi in personam sui patrini dilecti, quem ipse de sacro baptismi fonte levavit, fratris Thobie, filii nobilis viri Thobie dicti de Kemnitz de Bechingen baronis sui regni Boemie, ordinis predicatorum professi, specialem graciam facientes, eidem fratri

Thobie, ut se de dicto ordine ad ordinem s. Benedicti transferre et cum dicti ordinis s. Benedicti monachis domino famulari valeat, indulgere dignemini superiorum suorum et alterius cuiuscunque licencia minime requisita, apostolicis et aliis, eciam dictorum ordinum constitucionibus seu statutis contrariis non obstantibus quibuscunque. Cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item cum alias S^tas V^ra Johanni Zufraz tunc custodia[m] Eystetensis ecclesie obtinenti de parrochiali ecclesia s. Marie Bambergensi mandaverit provideri, sic quod adepta dicte parrochialis ecclesie possessione pacifica prefatam custodiam dimittere teneretur, supplicat idem imperator, quatenus dilecto notario suo Johanni de Hohenheim de prefata custodia sic, ut prefertur, vacante cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini providere, non obstante, quod in dicta Eystetensi ecclesia canonicatum et prebendam et ecclesiam parrochialem in Friolczheim Spirensis dioc. obtinet, quam parrochialem ecclesiam paratus est dimittere, postquam prefatam custodiam fuerit pacifice assecutus. Cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. . . . .

Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Nouembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 258'.

---

654. Thobiae nato nobilis viri Thobiae de Kamenicz et Bechyně[a]) *indulgetur, ut de ordine fratrum praedicatorum certis ex causis apostolicae sedi expositis ad ordinem s. Benedicti, superiorum suorum licentia minime requisita, transire valeat. „Cum, sicut exhibita". „Auinione V kal. Novembris a. quinto."*

. X̿ . *Avinione, 1357 Octobris 28.*

R. Av. 136 fol. 542, R. Vat. 232 fol. 392'. — a) ‚Thobie dicti Kemnicz de Bechingen' Av.

---

655. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Nicolao de Cremsir protonotario suo et Petro Laurentii familiari et capellano suo diversae gratiae concendantur.

Avinione, 1357 Novembris 4.

Supplicat S^ti V^re devotus filius vester Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti sui prothonotarii et secretarii sui magistri Nicolai iuris periti de Cremsyr specialem graciam facientes, de prepositura collegiate ecclesie s. Petri in Brunna Olomucensis dioc., que unica est in eadem ecclesia dignitas, vacante ad presens per obitum quondam Hermanni medici, ultimi prepositi ipsius, qui in partibus illis decessit, seu si per constitucionem ‚Execrabilis' vacaverit, seu per eandem S^tem V^ram specialiter fuerit reservata, eidem Nicolao dignemini providere eamque sibi conferre cum omnibus non

obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, seu quod idem Nicolaus in dicta ecclesia s. Petri canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam in Gorlicz Misnensis dioc. obtinet et in Pragensi et Olomucensi ecclesiis canonicatus sub expectacione prebendarum similiter obtinet; quam quidem parrochialem ecclesiam, quamprimum possessionem pacificam dicte prepositure assecutus fuerit, dimittere est paratus.

Fiat G.

Item supplicat eidem S^ti^, quatenus acceptacionem per dictum prothonotarium de prebenda ecclesie Olomucensis, per obitum prefati Hermanni vacante, vigore gracie et literarum S^tis^ V^re^, per quas in eadem ecclesia canonicatum obtinens prebendam expectabat[1]), factam dignemini confirmare ex certa sciencia vel sibi de novo providere de illa cum omnibus non obstantibus et clausulis, ut supra.

Fiat, si alias sibi debeatur G.

Item supplicat eidem S^ti^, quatenus predicto Nicolao prebendam canonicalem prefate ecclesie s. Petri ex certa sciencia confirmare dignemini, quam obtinet virtute permutacionis pro alia prebenda eiusdem ecclesie canonicali de consensu prepositi et capituli cum Thoma de Cremser canonico eiusdem ecclesie facte; non obstante, quod quidam Mathias Saxo contra eundem Thomam pro eadem prebenda litigaturus curiam Romanam intraverat, in qua diem clausit extremum et ceteris non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat, nisi fuerit alteri ius quesitum G.

Item supplicat eidem S^ti^, quatenus acceptacionem per dilectum familiarem domesticum capellanum suum Petrum Laurentii presbyterum de scolastria ecclesie Olomucensis, que simplex officium in ea existit, vacante per obitum dicti Hermanni et provisionem eidem Petro per executores suos de ipsa scolastria auctoritate litterarum S^tis^ V^re^ factas, quarum vigore dictam scolastriam pacifice possidet, eciam si dicta scolastria reservata sit, ex certa sciencia confirmare dignemini, vel eidem Petro de dicta scolastria providere de novo; non obstante, quod idem Petrus parrochialem ecclesiam in Braslabs dicte Olomucensis dioc. et in Olomucensi ac s. Petri in Brunna eiusdem dioc. ecclesiis canonicatus auctoritate ordinaria obtinet et prebendas expectat et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat, nisi alteri fuerit ius quesitum G.[2])

Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II non. Novembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 263'. — [1]) Conf. nr. 201. [2]) Pro Petro Laurentii etiam in R. Suppl. 27 fol. 274' supplicatur (sine nomine imperatoris), quatenus acceptatio et provisio praefatae confirmentur aut ei de scholastria antedicta de novo provideatur. Supplicatio ista hoc modo est signata: „Fiat de omnibus suprascriptis non cancellatis G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Decembris a. quinto". — De gratiis praedictis etiam in R. Suppl. 28 fol. 169' brevis mentio fit.

---

656. Petro Laurentii, qui dignitatem, personatum vel officium ad collationem episcopi Olomucensis pertinentem expectat,[1]) *conceditur, ut provisio de scholastria*

ecclesiae Olomucensis ei facta et acceptatio eiusdem scholastriae valeant, non obstantibus ut in supplicatione nr. 655. „Laudabilia probitatis“ „Auinione II non. Novembris a. quinto.“

.X. *Avinione, 1357 Novembris 4.*

R. Av. 135 fol. 431. — [1]) Conf. nr. 307.

---

657. *Compositio Alberti Alberti super annatis de praepositura ecclesiae s. Petri in Brunna.*

1357 Novembris 4.

Actum die IIII mensis Novembris a. [a nativitate domini MCCCL septimo. in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice],[a]) qua die .... Albertus Alberti prepositus ecclesie s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. finavit pro annuali debito camere apostolice racione confirmacionis sibi facte [1]) — de presentacione de ipso facta per dicte prepositure patronos episcopo infrascripto et provisione sibi facta et institucione per episcopum Olomucensem factis — per dominum nostrum papam Innocencium VI ad CXVII florenos cum dimidio auri ponderis sentencie, quos promisit solvere a festo pasche ad annum, datis fideiussoribus Nicholao Pauli canonico ecclesie predicte et Oleno Pragensi procuratore in curia Romana, in Romana curia dominis camerario et thesaurario sub obligacione bonorum suorum presencium et futurorum cum prothes[tacione] maioris valencie, renunciacione et iuramento ac sentenciis consuetis et submissione iurisdiccionis. Presentibus Waldo de Kralovix[b]) clerico Pragensis dioc. et Raymundo de Rebonbigis. — Arnaldus Johannis.

Collect. Alam. 8 fol. 136. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 70 adnot. 2. — [a]) Suppletum ex fol. 133. [b]) Corrige: ‚Cralovicz‘ — [1]) Conf. nr. 652. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 8' his verbis mentio fit: „Prepositura ecclesie collegiate s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. fuit confirmata Alberto Alberti vel fuit eidem Alberto de dicta prepositura provisum VIII kal. Novembris a. V; composuit ad CXVII florenos cum dimidio, dictos florenos ponderis sentencie solvendos in festo pache a. MCCCLIX; solvit tempore debito CXVII florenos cum dimidio -- CXVII flor. cum dimidio.“ (Ed. apud Kirsch, Annaten pag. 70 nr. 2.)

---

658. *Provisio de praepositura ecclesiae s. Petri in Brunna Nicolao de Cremsir.*

1357 Novembris 4.

Primo fuit provisum magistro Nicolao de Cremsyr prothonotario et secretario[a]) Karoli imperatoris Romanorum de prepositura ecclesie collegiate s. Petri in Brunna Olomucensis dioc., que unica est in eadem ecclesia dignitas, vacante ad presens per obitum quondam Hermanni medici ultimi prepositi ipsius, qui in partibus decessit, seu si per constituc[ionem] ‚Execrabilis‘[b]) vacaverit, semper eidem S[ti] V[re] specialiter fuerit reservata, II non. Novembris a. V.

Coll. 290 fol. 10'. — a) ,prothonotarii et secretarii' Coll. b) ,exacrabilis' Coll. — In marg. sup. huius paginae: „Rotulus imperatoris“. Brevis nota de provisione praedicta reperitur in Coll. Alam. 4 fol. 8'. (Ed. apud Kirsch, Annaten I. pag. 70 nr. 3.) — Conf. nr. 651, 652, 655, 657.

659. Confirmatio praebendae ecclesiae Olomucensis Nicolao de Cremsir.

1357 Novembris 4.

Item acceptacio facta per eundem magistrum Nicolaum virtute literarum apostolicarum de prebenda ecclesie Olomucensis vacante per obitum prefati Hermanni.[1]) Fuerunt eidem confirmate, si sibi alias debeatur, II non. Novembris a. V.

Coll. 290 fol. 10'. — [1]) Hermanni medici, conf. nr. 655 et 658. — Brevis nota de confirmatione praedicta reperitur in Coll. Alam. 4 fol. 8'. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 70 nr. 4.) Alia nota in Coll. Alam. 4 fol. 8' (Ed. apud Kirsch l. c. nr. 8) et nota in Coll. 290 fol. 14 provisionem de praebenda ecclesiae Olomucensis Nicolao iurisperito de Cremsir factam sub dat. „XII kal. Decembris a. quinto“ ponunt. Ibidem de compositione super annatis mentio fit. Finavit pro media parte fructuum ad XV flor. solvendos secundum tenorem notae in Coll. Alam. 4 „infra festum pentec. a. MCCCLIX“ et secundum tenorem notae in Coll. 290: „infra proximum festum b. Mihaelis a. LVIII“, ubi adnotatur, terminum solvendi in vigilia praedicti festi b. Michaelis usque ad festum pentec. 1359 prorogatum fuisse. Conf. compositionem de 1357 Dec. 18 sub nr. 692.

660. Confirmatio praebendae ecclesiae s. Petri in Brunna Nicolao de Cremsir.

1357 Novembris 4.

Item fuit eidem magistro Nicolao confirmata prebenda canonicalis, quam obtinet causa permutacionis, facte cum alia prebenda canonicali in ecclesia s. Petri in Brunna predicta cum Thoma [de] Cremsir canonico eiusdem ecclesie nisi fuerit alteri ius quesitum, II non. Novembris a. V. [1])

Coll. 290 fol. 10'. — [1]) Conf. nr. 655. — Brevis nota de confirmatione praedicta reperitur in Coll. Alam. 4 fol. 8'. (Ed apud Kirsch, Annaten I pag. 70 nr. 6.)

661. Confirmatio scholastriae ecclesiae Olomucensis Petro Laurentii.

1357 Novembris 4.

Item fuit confirmata acceptacio facta per Petrum Laurencii capellanum domini imperatoris de s[c]olastria ecclesie Olomucensis auctoritate literarum apostolicarum, nisi alteri fuerit ius quesitum, II non. Novembris a. quinto. Finavit ad LXXV florenos sentencie solvendos infra proximum festum b. Michaelis LVIII.

Coll. 290 fol. 10'. — Breves notae de confirmatione praedicta reperiuntur in Coll. Alam. 4 fol. 8'. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 70 nr. 5 et 7.) Nota sub nr. 7 confirmationem praefatam sub dat. „XI kal. Decembris a. V“ ponit; sub eodem dato etiam in Coll. 290 fol. 12' nota de eadem confirmatione reperitur. (Conf. nr. 655 adnot. 2.) Conf. etiam compositionem super annatis de 1357 Nov. 20 sub nr. 666.

662. *Theodericus[a]) dictus Beyer cantor ecclesiae Maguntinae, nuncius Caroli Romanorum imperatoris ad sedem apostolicam destinatus, supplicat, quatenus XX personis in cancellaria nominandis indulgeatur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. — „Fiat de decem G. D. Auinione V id. Novembris a. quinto.*

Avinione, 1357 Novembris 9.

R. Suppl. 27 fol. 267'. — a) ‚Theodricus' Suppl. — Sub eodem dato in fol. 268 eiusdem registri reperitur supplicatio praefati Theoderici, ut fratri suo Reynboldo de canonicatu et praebenda ecclesiae s. Andreae Wormatiensis provideatur. „Fiat G." Conf. nr. 641.

---

663. *Petro de Colonia civi Pragensi indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione V id. Novembris a. quinto."*

Avinione, 1357 Novembris 9.

R. Av. 135 fol. 352'.

---

664. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Nicolao iurisperito de Cremsir, dilecto protonotario et secretario suo praebenda per obitum Hermanni medici in ecclesia Olomucensi vacans conferatur, non obstante ut in nr. 665. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XII kal. Decembris a. quinto."*

Avinione, 1357 Novembris 20.

R. Suppl. 27 fol. 270'. — Conf. nr. 655.

665 *Nicolao de Cremsir confertur praebenda ecclesiae Olomucensis.*

XX *Avinione, 1357 Novembris 20.*

D. f. Nicolao de Cremsir canonico Olomucensi salutem etc. Literarum sciencia . . . . Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Hermannus medici scolasticus ecclesie Olomucensis tunc temporis obtinebat, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Hermannus ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris pontificatus nostri a. secundo,[1]) dummodo scolastria ecclesie predicte dignitas, personatus seu officium existeret, collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservanda . . . . Cum itaque postmodum prebenda ecclesie Olomucensis predicte, quam dictus Hermannus cum dicta scolastria, que in eadem ecclesia officium existit, tempore reservacionis huiusmodi obtinebat, per ipsius Her-

manni obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes tibi in iure perito, ut asseritur, qui auctoritate litterarum nostrarum, ut asseris, in eadem ecclesia canonicatum obtines et prebendam expectas,[2]) . . . . consideracione . . . . Karoli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis illustris, nobis pro te, dilecto prothonotario et secretario suo . . . ., supplicantis, graciam facere specialem, predictam prebendam sic vacantem . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod in Pragensi sub expectacione prebende et in s. Petri in Brunna ecclesiis cum prebenda canonicatus ac parrochialem ecclesiam in Grolicz[a]) Olomucensis et Misnensis dioc. obtines. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . dicte prebende per nos tibi collate possessionem pacificam fueris assecutus, predicte littere nostre, per quas in eadem Olomucensi ecclesia prebendam, ut prefertur, expectas et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta quoad prebendam dumtaxat sint cassa et irrita . . . . D. Auinione XII kal. Decembris a. quinto.

In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Waratislauiensi ac . . . . abbati monasterii Cedlicensis Pragensis dioc. . . . .

R. Av. 137 fol. 124, R. Vat. 232 fol. 152. — a) Corrige: ‚Gorlicz' — [1]) 1354 Augusti 23. [2]) Conf. nr. 201. — Conf. nr. 655.

---

666. Compositio Petri Laurentii super annatis de scholastria ecclesiae Olomucensis.

1357 Novembris 20.

Actum [die XX mensis Novembris, a. a nativitate domini MCCCL septimo, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]) Petrus Laurencii scolasticus ecclesie Olomucensis finavit pro confirmacione sibi facta per sedem apostolicam de acceptacione facta per ipsum de dicta scolastria ad LXXV florenos de Florencia ponderis sentencie solvendos infra proximum festum b. Michaelis camere in Romana curia cum obligacione et aliis ut supra . . . . Presentibus Andrea Fortis archidiacono in ecclesia Zagrabiensi et Geraldo Fabri clerico Suessionensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. 8. fol. 143. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 70 adnotatio 4. — a) Suppletum ex notis praecedentibus. — In nota sequente sub eodem dato reperitur testis: „Nicolaus Jacobi de Brux“.

---

667. Abbas et conventus monasterii b. Mariae virginis in Arena extra muros Vratislavienses supplicant, quatenus sibi conservatores concedantur.

Avinione, 1357 Novembris 21.

Significant S[ti] V[re] devoti vestri oratores abbas et conventus monasterii b. Marie Virginis in Arena extra muros Wratislauienses ordinis s. Augustini,

quod per quosdam duces et alios tirannos nobiles et non nobiles, bona monasterii mobilia et immobilia subripiuntur successive[a]) et devastantur. Quare supplicant eidem S[ti] V[re], quatenus eis conservatores, qui eos auctoritate apostolica in iuribus suis conservare valeant . . . ., concedere dignemini . . . .

Fiat ad triennium G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Decembris a. quinto.

R. Suppl. 27. fol. 281'. — a) ‚eccessive' Suppl.

---

668. Walterus [Sdeslai] supplicat, quatenus ad omne ius, quod Chotěborius Bohunkonis de Švabenicz[a]) *in ecclesia parochiali in Hustopeč*[b]) *habuit, contra Nicolaum de Frankenstein*[c]) *ipsius ecclesiae detentorem subrogetur. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII kal. Decembris a. quinto."*

Avinione, 1357 Novembris 28.

R. Suppl. 27 fol. 289'. — a) ‚Chotyeborio Bohunconis de Swabenicz' Suppl. b) ‚Hustopecz alias Auspecz' Suppl. c) ‚Frankensteyn' Suppl. — In marg. dext.: ‚Pro ca[mera]'.

---

669. Walterus Sdeslai de Kralovicz subrogatur in omne ius, quod Chotěborius Bohunkonis de Švabenicz in ecclesia parochiali in Hustopeč habuit.

. X *Avinione, 1357 Novembris 28.*

D. f. Waltero Sdeslai de Cralouici clerico Pragensis dioc. s. etc. Probitatis et virtutum . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod orta dudum inter d. f. Nicolaum de Frankensteyn canonicum Wratislauiensem et quondam Chotyeborium Bohunconis clericum Olomucensis dioc. super parrochiali ecclesia in Hustopecz alias in Auspecz dicte Olomucensis dioc., quam uterque ipsorum ad se spectare dicebat, prout ipse Nicolaus asserit, coram . . officiali Pataniensi auctoritate litterarum apostolicarum materia questionis, prefatus officialis diffinitivam contra dictum Chotyeborium sentenciam promulgavit, a qua pro parte dicti Chotyeborii ad sedem fuit apostolicam appellatum. Nosque causam appellacionis huiusmodi et negocii principalis d. f. magistro Petro de Ilhauo[a]) canonico Agennensi, capellano nostro et auditori causarum palacii apostolici, audiendam commisimus et fine debito terminandam, coram quo dictis partibus in iudicio comparentibus et pro parte dicti [Chotyeborii coram eodem auditore proposito, quod idem Nicolaus eundem Chotyeborium tunc predictam ecclesiam possidentem post et contra appellacionem huiusmodi spoliarat seque intruserat in eadem, tandem postquam in causa attemptatorum huiusmodi usque ad interlocutoriam in ea ferendam processum fuerat inter partes easdem, prefatus Chotyeborius lite huiusmodi coram eodem auditore pendente extra Romanam curiam diem clausit extremum. Ne igitur ad parrochialem ecclesiam predictam propter eius Chotyeborii obitum, si lis huiusmodi non haberet

legittimum defensorem, qui prosequeretur eandem, absque institucione canonica haberi contingat ingressum, nos intendentes super hoc de oportuno remedio providere ac volentes tibi premissorum tuorum meritorum intuitu graciam facere specialem, te in omni iure et ad omne ius, quod ipsi Chotyeborio in dicta ecclesia, dum viveret, quomodolibet competebat, auctoritate apostolica de speciali gracia surrogamus dictumque ius tibi conferimus et de illo eciam providemus, decernentes te ad ius predictum necnon ad ipsius ac cause seu litis huiusmodi prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo causam ipsam inveneris, et in quo dictus Chotyeborius, si viveret, posset et deberet admitti, fore vigore surrogacionis et provisionis huiusmodi admittendum ac irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel contigerit imposterum attemptari . . . . D. Auinione IIII. kal. Decembris a. quinto.

R. Av. 136 fol. 237', R. Vat. 232 fol. 251'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 299. — [a]) ‚Ylhauo' Vat.

---

670. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Michaeli Johannis de Misa de beneficio ecclesiastico ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinente provideatur.*

Avinione, 1357 Decembris 2.

Supplicat S^ti^ V^re^ Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti sui familiaris domestici Michaelis Johannis de Mysa clerici Pragensis dioc. facientes graciam specialem, eidem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem . . . . archiepiscopi ecclesie Pragensis communiter vel divisim(!), si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini misericorditer providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis ac executoribus oportunis.

Fiat G. D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 295'.

---

671. *Michaeli Johannis de Misa*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens. „Exigentibus probitatis" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto". — In e. m. Luthomuslensi et Mindensi episcopis ac decano ecclesie s. Agricoli Avinionensis.*

. | | XX .   *Avinione, 1357 Decembris 2.*

R. Av. 135 fol. 188. — [a]) ‚Mysa' Av.

---

672. Johannes episcopus Luthomuslensis supplicat, quatenus Johanni et Bervico de Frankenstein infrascriptae gratiae concedantur.

Avinione, 1357 Decembris 2.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Johannes episcopus Luthomuslensis, imperialis aule cancellarius, quatenus in personam dilecti sui Johannis Berroici[a]) de Frankinsteyn officialis curie episcopalis Luthomuslensis, presbyteri Wratislauiensis dioc., graciam specialem facientes, eidem Johanni de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . episcopi Wratislaviensis in ecclesia vel extra spectante, si vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini providere et donacioni apostolice reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri; non obstante, quod idem Johannes simplex beneficium, altare communiter nuncupatum, in dicta Wratislauiensi ecclesia noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus Berroico[b]) presbytero de Frankensteyn Wratislauiensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . abbatis et conventus canonicorum regularium ecclesie s. Marie in Arena prope Wratislauiam spectante, si quod ad presens vacat vel cum vacaverit, dignemini providere, cum acceptatione, inhibicione et decreto; non obstante, quod idem Berroicus[c]) ecclesiam parochialem noscitur obtinere, quam post assecucionem alterius beneficii curati dimittere est paratus. Cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione IIII non. Decembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 295'. — a) Corrige: ‚Berwici'. b) Corrige: ‚Berwico'. c) Corrige: ‚Berwicus'.

---

673. Johanni Bervici[a]) de Frankenstein[b]) perpetuo beneficiato in ecclesia Vratislaviensi reservatur dignitas, personatus vel officium cum cura vel sine cura, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus, ut in supplicatione sub nr. 672. „Vite ac morum" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto." — In e. m. abbati monasterii s. Vincentii prope Vratislaviam ac decano s. Agricoli Avinionensis et scholastico s. Crucis Vratislaviensis ecclesiarum.

| I / . XX .

Avinione, 1357 Decembris 2.

R. Av. 137 fol. 593. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 290. — a) ‚Berwici' Av. b) ‚Frankirsteyn' Av.

674. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1357 Decembris 2.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quatenus cum alias dicta S^tas^ V^ra^ ad eius supplicacionem omnibus visitantibus capellam per eum fundatam in castro suo Carlsteyn etc. (!)

Item supplicat, quatenus cum Conrado Minori duce Olesnicensi et Agnete filia Kazimiri ducis Thessinensis, ut in matrimonio per eos simul ignoranter contracto, non obstante, quod quarto consanguinitatis gradu se contingunt, licite valeant remanere, dignemini misericorditer dispensare prolem etc.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam Reinboti arcium liberalium et facultatis medicinalis magistri et doctoris, medici sui familiaris commensalis carissimi, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda nec non dignitate, personatu vel officio, eciam si curatum sit, vacante vel proximum simul aut successive vacaturo in ecclesia s. Victoris extra muros Maguntinos dignemini providere. Cum clausulis et executoribus sibi necessariis et oportunis; non obstante, quod ecclesiam parochialem in Luna Pragensis dioc. et canonicatum cum prebenda in ecclesia Wormaciensi et graciam specialem de canonicatu et prebenda ecclesie Spirensis noscitur obtinere.

Fiat G.

. . . .

Item supplicat, quatenus dilecto suo Poczino Johannis de Glatouia clerico Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si officium vel personatus in ecclesia cathedrali existat, ad collacionem . . . . episcopi ecclesie Olomucensis communiter vel divisim spectante, vacante vel vacaturo, dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item, quatenus dilecto suo Petro Elblini clerico Pragensis dioc. de canonicatu et prebenda ecclesie Ratisponensis vacantibus vel proxime vacaturis dignemini graciosius providere cum omnibus non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat G.

Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione IIII non. Decembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 296'.

---

675. Cum Conrado Minori duce Olesnicensi et Agnete nata Kazimiri ducis Tessinensis [a]) *Vratislaviensis dioc. dispensatur de matrimonio iam contracto. „Apostolice sedis" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."*

. X̄ . *Avinione, 1357 Decembris 2.*

R. Av. 136 fol. 525', R. Vat. 232 fol. 381. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 584. — [a]) ‚Thessinensis' Av.

676. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Poczino Johannis de Glatovia beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, etiam si simplex officium existat, cuius fructus 25 resp 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."

X
. X .

Avinione, 1357 Decembris 2.

R. Av. 135 fol. 211.

---

677. Johannes marchio Moraviae supplicat, quatenus sibi diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1357 Decembris 2.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Johannes frater germanus domini imperatoris, marchio Morauie, quatenus sibi et Margarethe uxori sue[a]) cum sex personis, quas in cancellaria S[tis] V[re] nominandas duxerit, plenam remissionem omnium peccatorum in mortis articulo, et quod possit habere altare portatile, in quo eciam ante diem per proprium vel alium sacerdotem missam et alia divina officia valeat facere celebrari, indulgere dignemini, ut in forma.

Fiat in forma G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam Johannis nati sui super defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, ut eo non obstante, possit ad omnes sacros ordines promoveri et beneficia ecclesiastica duo licite obtinere possit, dignemini misericorditer dispensare, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 297'. — a) ‚sua' Suppl.

---

678 Johanni marchioni et Margaretae marchionissae Moraviae, eius uxori, indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."

Avinione, 1357 Decembris 2.

R. Av. 135 fol. 355.

---

679. Johanni marchioni et Margaretae marchionissae Moraviae, eius uxori, indulgetur, ut altare portatile habere possint. „Sincere devocionis" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."

Gratis. *Avinione, 1357 Decembris 2.*

R. Av. 135 fol. 440'.

680. Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Johanne nato Johannis marchionis Moraviae, scholari suae dioc., qui militiae clericali ascribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica obtinere possit. „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."

. X . *Avinione, 1357 Decembris 2.*

R. Av. 135 fol. 487.

---

681. Nobili viro Mixoni de Kyjovicz (Gaiwitz)[a]) militi Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit." „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."

X . *Avinione, 1357 Decembris 2.*

R. Av. 135 fol. 355. — a) ‚Ryowicz' Av.

682. Nicolao Rokczanerii[a]) et Elisabeth[b]) eius uxori civibus Pragensibus indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII non. Decembris a. quinto."

Avinione, 1357 Decembris 2.

R. Av. 135 fol. 355. — a) ‚Rotenerii' Av. b) ‚Elizabet' Av.

---

683. Cum Johanne Rost cive et Blancha nata Fritzonis Pesoldi muliere Pragensi, cui Anna quondam uxor ipsius Johannis „quarto consanguinitatis gradu, dum viveret, attinebat", super matrimonio contrahendo dispensatur. „Sedis apostolice" „Auinione IIII id. Decembris a. quinto."

. X . *Avinione, 1357 Decembris 10.*

R. Av. 135 fol. 435'.

---

684. Theodericus episcopus Mindensis supplicat, quatenus nova fundatio et dotatio monasterii Scalicensis confirmetur et visitantibus idem monasterium indulgentiae elargiantur.

Avinione, 1357 Decembris 12.

Significat S[ti] V[re] devota creatura vestra Theodricus episcopus Mindensis, quod ipse nuper et de novo fundavit, construxit pariter et dotavit in dioc. Pragensi in loco dicto Scalicz unum monasterium monachorum Cisterciensis ordinis,

ad graciam b. Virginis nuncupatum, dominorum imperatoris et archiepiscopi Pragensis ad hoc interveniente consensu. Quare humiliter supplicat, quatenus fundacionem, construccionem et dotacionem predictas dignemini ex certa sciencia confirmare, supplentes omnem defectum etc., ipsique monasterio ac eius abbati et conventui indulgere, quod gaudeant omnibus exempcionibus, privilegiis, libertatibus et graciis, quibus gaudent dictus ordo et eius monasteria, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Exibeatur fundacio et ordinacio in cancellaria et, si racionabilis fuerit, confirmetur G.

Item supplicat, quatenus omnibus visitantibus dictum monasterium seu eius ecclesiam in domini nostri Jesu Christi et in concepcionis et aliis quatuor b. Marie virginis ac epiphanie, penthecostes, omnium sanctorum et b. Laurencii festivitatibus dignemini aliquam amplam indulgenciam elargiri.

Fiat de uno anno et XC diebus G. ....

Sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione II id. Decembris a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 306'. — Ed. apud Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea českého 1890) pag. 511 adnot. 90, 91.

---

685. Innocentius VI confirmat fundationem monasterii in Skalicz[a]*) ordinis Cisterciensis Pragensis dioc., quod Theodericus episcopus Mindensis pro abbate et 12 monachis, quorum abbas monasterii Sedlicensis existat pater abbas, de novo fundavit et construxit de bonis suis, quorum fructus ad 200 marcas argenti annis singulis ascendunt. Cum insertis litteris fundationis Theoderici episcopi Mindensis de 1357 Octobris 13 et litteris confirmatoriis Arnesti archiepiscopi Pragensis de 1357 Novembris 12. „Quia inter cetera“ „Auinione II id. Decembris a. quinto.“*

V *Avinione, 1357 Decembris 12.*
X
X
. L X .

R. Av. 136 fol. 560'. Orig. in archivio Vorlicensi. — Ed. apud Sommersberg, Silesiacarum rerum script. I pag. 957. Litterae episcopi Mindensis ed. apud Kalousek, Archiv Český XIV pag. 381, litterae archiepiscopi Pragensis apud Borový, Libri erectionum I pag. 13. — a) ‚Scalicz‘ Av. – Conf. etiam Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea českého 1890) pag. 510—511

---

686. Erasmus Werd alias dictus Flamingi clericus Vratislaviensis supplicat, quatenus sibi de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Wladislaviensis[a]*) provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione, cum in studio sit ad partes. Fiat G. D. Auinione II id. Decembris a. quinto.“*

Avinione, 1357 Decembris 12.

R. Suppl. 27 fol. 309'. — a) ‚Ladislauiensis‘ Suppl.

---

687. *Ortolfus Volkerstorfer baro et ambaxiator Caroli Romanorum imperatoris supplicat, „quatenus dilecto suo Reynhardo dicto Schoffdorph*[a]) *de Haulswerde subdiacono Pragensis dioc. . . . de aliquo beneficio ecclesiastico sine cura, vacante vel vacaturo, in ecclesia Wratislauiensi, eiusdem ecclesie canonicatibus et prebendis exceptis,“ provideatur, non obstante, quod super parochiali ecclesia s. Georgii in „Puttin“ Salzeburgensis dioc. noscitur in Romana curia titigare. — Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. D. Avinione II id. Decembris a. quinto.*

Avinione, 1357 Decembris 12.

R. Suppl. 27 fol. 317'. a) Corrige: ‚Schossdorph‘.

688. *Reinhardo dicto Schosdorf de Habelschwerdt,*[a]) *subdiacono Pragensis dioc., reservatur beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, si in ecclesia Vratislaviensi vacat vel cum vacaverit, non obstante ut in supplicatione sub nr. 687. „Probitatis et virtutum“ ..Auinione II id. Decembris a. quinto. — In e. m. s. Mariae in Arena et s. Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Avinione, 1357 Decembris 12.*

R. Av. 136 fol. 293, R. Vat. 232 fol. 283'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 297 — a) ‚Reynhardo dicto Schosdorph de Haulswerde‘ Av.

689. *Kazimirus Poloniae rex supplicat, quatenus capellano suo Jacobo Johannis presbytero Vratislaviensis dioc. de beneficio ecclesiastico, ad collationem episcopi Cracoviensis pertinente, provideatur. — Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XVI kal. Januarii a. quinto.“*

Avinione, 1357 Decembris 17.

R. Suppl. 27 fol. 310.

690. *Innocentius VI Carolo imperatori scribit, se Burchardum de Magdeburg nuntium eius litteris receptis cum quibusdam ei referendis remisisse.*

Avinione, 1357 Decembris 17.

Carissimo in Christo filio Karolo imperatori Romanorum semper augusto salutem etc. Tue celsitudinis credencie litteris propria manu scriptis benigne receptis et hiis, que d. f. nobilis vir Brocardus comes de Maydeborg nuncius tuus, exhibitor earundem, nobis ex parte tua retulit, diligencius intellectis sinceritatem et[a]) devocionem tuam, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, plurimum[b]) commendantes, illi[c]) graciarum acciones referimus, qui tantum et talem benediccionis filium eidem[d]) ecclesie sua pietate concessit,[e]) super relatis quidem[f])

deliberacione habita pleniori quedam sibi per eum tue magnitudini referenda commisimus, cui in hiis, que in hac parte retulerit, tua velit serenitas fidem credulam adhibere, nosque et ecclesiam ipsam in tuis beneplacitis fiducia indubitata requirere, quociens preoptate saluti tue fuerit oportunum. D. Auinione XVI kal. Januarii a. quinto.

R. Vat. 244 J (Archet.) nr. 300 et R. Vat. 239 fol. 234, ubi nomen nuncii et datum desunt. — Reg. apud Wernnsky, Excerpta nr. 468 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 790 nr. 352. — a) Sequitur: ‚gratam', sed cancellatum est in Archet. b) Sequitur: ‚nec immerito', sed cancellatum est in Archet. c) ‚illi' supra linea pro ‚illique' genuine posito sed cancellato in Archet. d) ‚Romane' genuine positum sed cancellatum in Archet. e) Sequitur: ‚temporibus hodiernis', sed cancellatum est in Archet. f) ‚igitur' genuine positum sed cancellatum in Archet — In tergo minutae: ‚RXIII'.

691. Visitatio Neplachonis abbatis monasterii Opatovicensis.

1357 Decembris 16.

Die XVI Decembris [a. d. MCCCLVII][a]) dominus Neplach abbas monasterii Opathouicensis ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. pro uno biennio proxime transacto per dominum Laurencium procuratorem suum etc. visitavit.

Obl. et Sol. 31 fol. 14' et 17'. — a) Suppletum ex prima nota folii 17'.

692. Compositio Nicolai de Cremsir super annatis de praebenda ecclesiae Olomucensis.

1357 Decembris 18.

Actum die XVIII mensis Decembris a. [MCCCLVII, indiccione X, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. V, in hospicio domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]) magister Nicolaus iuris peritus [de] Cremsir, canonicus prebendatus ecclesie Olomucensis, finavit pro dicta prebenda, de qua fuit eidem provisum per dominum nostrum papam Innocencium VI, ad XV florenos de Florencia ponderis sentencie, quos solvere promisit infra proximum festum s. Michaelis camere apostolice vel collectori pro camera apostolica in partibus illis et de satisfaccione certificare cameram predictam in curia Romana infra dictum festum; et pro isto[b]) se obligavit fideiussor Conradus Henrici Pragensis procurator in Romana curia, sub obligacione bonorum et renunciacione et iuramento et submissione iurisdiccionis et magisvalencia et sentenciis consuetis. Presentibus Raymundo de Rebunbigis domicello Caturcensis dioc. et Petro scolastico Holomucensi. — Arnaldus Johannis.

Coll. 8 fol. 143'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 70 adnotatio 5. — a) Suppletum ex pagina praecedente. b) ‚istum' Coll. — Conf. nr. 659.

693. *Theodericus abbas monasterii Portae Apostolorum supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1357 Decembris 19.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Theodericus abbas monasterii Porte Apostolorum ordinis s. Benedicti Pragensis dioc., quatenus eadem S[tas] concedere dignetur Alberto et Alberto[a]) de Lacu militibus, fratribus germanis, et eorum uxoribus, Henrico et Hinczeoni de Kurre[b]) fratribus et eorum uxoribus, Odoleno, Newlasoni, Hynkoni et Alberto de Lacu militibus germanis, Czyczoni de Syedeczycz[c]), eius uxori, Pragensis dioc. predicte, et eorum cuilibet, ut confessor, quem duxerint eligendum, de peccatis, que confitebuntur eidem, plenam remissionem impendere possit semel tantum in mortis articulo ut in forma.

Fiat G.[d]) . . . .

Fiat G. D. Auinione XIIII kal. Januarii a. quinto.

R Suppl. 27 fol. 311. — a) Corrige: ‚Auberto'. b) Corrige: ‚Kriri'. c) Incertum utrum: ‚Seydczycz' (Saidschitz, Zaječice), an: ‚Sedczycz' (Sedčice). d) Sequitur supplicatio pro diversis personis Moguntinae dioc.

---

694. *Auberto de Lacu seniori, militi Pragensis dioc., et nobili mulieri Maruškae[a]) eius uxori indulgetur, ut confessor eorum plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione XIIII kal. Januarii a. quinto."*

Avinione, 1357 Decembris 19.

R. Av. 135 fol. 358'. — a) ‚Maruske' Av.

---

695. *Hinconi[a]) de Lacu militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XIIII kal. Januarii a. quinto."*

Avinione, 1357 Decembris 19.

R. Av. 135 fol. 358'. — a) ‚Kynkoni' Av.

---

696. *Nobili viro Henrico de Kryry[a]) militi Pragensis dioc. et nobili mulieri Agneti eius uxori indulgetur, ut confessor eorum plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione XIIII kal. Januarii a. quinto."*

Avinione, 1357 Decembris 19.

R. Av. 135 fol. 358'. — a) ‚Kryr' Av.

697. Hynczkoni de Kryry[a]) *militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione XIIII kal. Januarii a. quinto.“*

Avinione, 1357 Decembris 19.

R. Av. 135 fol. 358'. — a) ‚Hinczconi de Kryr‘ Av.

---

698. Burchardus de Magdeburg supplicat, quatenus infrascriptis personis indulgeatur, ut monasterium s. Clarae Pragense ingredi valeant.

Avinione, 1357 Decembris 19.

Supplicat S[ti] V[re] Burkardus comes et burgravius de Megdeburch, imperialis curie magister, quatenus nobilibus Katherine et Clare de Sternberch sororibus carnalibus, viduis, ac Elizabeth et Margarete Nicolai et Francisci Roczaneri conthoralibus, ut quelibet earum, quamdiu vitam duxerint in humanis, quater in anno una cum quatuor honestis personis mulieribus monasterium s. Clare Pragense ordinis s. Francisci licite ingredi valeat et ibidem cum sanctimonialibus comedere et bibere ac loqui, non obstantibus statutis quibuscunque dignemini concedere graciose.

Fiat et non pernoctent G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione XIIII Kal. Januarii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 312.

---

699. Nobili mulieri Clarae de Sternberg[a]) *domicellae Pragensis dioc. indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Clarae Pragense ordinis eiusdem quater in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue“ „Auinione XIIII. kal. Januarii a. quinto.“*

.X. *Avinione, 1357 Decembris 19.*

R. Av. 136 fol. 527', R. Vat. 232 fol. 382. — Reg. apud Eubel, Bullarium Franciscanum VI pag. 308. — a) ‚Sternberch‘ Av.

---

700. Nobili mulieri Catherinae de Sternberg[a]) *domicellae Pragensis dioc. indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Clarae Pragense ordinis eiusdem quater in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue“ „D. ut in eadem“ (I. e. ut in nr. 699.)*

.X. *Avinione, 1357 Decembris 19.*

R. Av. 136 fol. 527', R. Vat. 232 fol. 382. — Reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI. pag 308. — a) ‚Sternberch‘ Av.

701. *Elisabeth*[a]) *uxori Nicolai Rokczanerii*[b]) *civis Pragensis indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Clarae Pragense ordinis eiusdem quater in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue" „Auinione, XIIII kal. Januarii a. quinto."*

. X . *Avinione, 1357 Decembris 19.*

R. Av. 136 fol. 529', R. Vat. 232 fol. 384 — a) ‚Helizabet' Av. b) ‚Roczaneri' Av.

702. *Nobili mulieri Margaretae uxori Francisci Rokczanerii*[a]) *militis Pragensis indulgetur, ut cum 4 matronis monasterium s. Clarae Pragense ordinis eiusdem quater in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue" „D. ut in eadem" (I. e. ut in nr. 701.)*

. X . *Avinione, 1357 Decembris 19.*

R. Av. 136 fol. 530, R. Vat. 232 fol. 384. — a) ‚Roczaneri' Av.

— —

703. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus visitantibus capellam in castro Karlstein indulgentiae concedantur. — Item supplicat, quatenus archiepiscopo Pragensi et eius suffraganeis indulgeatur, ut omnes a poenis et sententiis, quas per processus contra Ludovicum Bavarum incurrerunt, absolvere possint. — Item supplicat, quatenus fundatio unius altaris in choro ecclesiae Pragensis confirmetur.*

Avinione, 1357 Decembris 21.

Significat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator . . . et Boemie rex, quod ipse de novo unam sollempnem crucem de puro auro et preciosissimis margaritis fieri et fabricari et in ea partem de ligno crucis vivifice et de spinea corona et spongia Christi nec non de s. Johannis Baptiste et aliis plurimis sacris reliquiis poni fecit, in castro suo de Carlsteyn Pragensis dioc. pro preciosissimo iocali regum et regni Boemie, qui pro tempore fuerint, perpetuo conservandam. Quare supplicat idem imperator, quatenus omnibus, qui semel in anno duntaxat, quando dicta crux sollempniter ostenderetur, devote interesint, quinque annos et totidem quadragenas dignemini misericorditer indulgere etc.[a])

Fiat G.

Item supplicat, quatenus pro ipsius regis et fidelium illarum parcium consolacione ac animarum salute dignemini committere archiepiscopo Pragensi et eius suffraganeis, quod possint absolvere omnes et singulos prelatos, clericos et laicos, cuiuscunque preeminencie, dignitatis, status, ordinis vel condicionis existant, exceptis tamen filiis condam Ludovici de Bavaria per ecclesiam condempnatis, ab omnibus et singulis sentenciis atque penis, quas incurrerunt per processus contra dictum Ludovicum habitos seu eorum occasione et super irregularitate contracta dispensare eosque habilitare et restituere et interdicta re-

laxare et omnia in hiis solita et oportuna facere iuxta formam commissionis per dominum Clementem predecessorem vestrum eidem archiepiscopo seu bone memorie domino Balduwino archiepiscopo Treverensi seu alteri prelato factam cum clausulis et non obstantibus oportunis [b]).

Si predecessor noster concessit, non indiget concessione nostra.[1]).

Item supplicat, quatenus fundacionem et dotacionem factas per Bohuschium prepositum ecclesie Luthomericensis Pragensis dioc., capellanum suum, cum auctoritate domini archiepiscopi Pragensis de altari in honore s. Anne et b Hedwigis in choro novo ecclesie Pragensis erecto [c]) dignemini ex certa sciencia confirmare.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione XII kal Januarii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 316. — a) Supplicatio ista cancellata est, ad quam cancellaturam sequens adnotatio in marg. dext. pertinet: „Attende, quod, quia habuit ampliorem, ista fuit cassata de mandato domini nostri per me St. de Fonte ad relacionem magistri Genobii secretarii". Conf. nr. 617. b) In marg. dext.: „Responsio pape". c) ‚erecti' Suppl. — 1) Conf. Mon. Vat. I. nr. 955.

704. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Wernhero Thymonis de Erdmannsdorf* [a]) *subdiacono Misnensis* [b]) *dioc., scholari in iure canonico, de canonicatu ecclesiae Misnensis* [b]) *sub expectatione praebendae provideatur. „Fiat G." — Item supplicat, quatenus cum Bernhardo Wernheri de Erdmannsdorf* [a]) *de Praga super defectu natalium dispensetur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VII kal. Januarii a. quinto."*

Avinione, 1357 Decembris 26.

R. Suppl. 27 fol. 317. — a) ‚Ermarsdorf' Suppl b) ‚Mysnensis' Suppl.

705. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Wernhero Thymonis de Erdmannsdorf* [a]) *de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione maioris praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VII kal. Januarii a. quinto."*

X
. X .

Avinione, 1357 Decembris 26.

R. Av. 137 fol. 166', R. Vat. 232 fol. 183. — a) ‚Ertmarsdorp' Av.

706. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Bernhardo Wernheri de Erdmannsdorf* [a]), *scholari Pragensi, qui militiae clericali ascribi desiderat, super defectu natalium, quem patitur, de subdiacono genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura obtinere possit. „Auinione VII kal. Januarii a. quinto."*

. X .

Avinione, 1357 Decembris 26.

R. Av. 136 fol. 530', R. Vat. 232 fol. 384'. — a) ‚Ertmarsdorf' Av.

707. *Arnaldo de Lacaucina* [a]) *canonico Cracoviensi et Raymundo de s. Michaele servienti armorum conceditur potestas quittandi omnes, a quibus pecuniarum summas in Ungariae, Poloniae et Bohemiae regnis et partibus adiacentibus ad cameram apostolicam pertinentes receperint; mandatur etiam, ut summae praedictae camerae apostolicae mittantur aut mercatoribus de Brugis tradantur. „Cum in Ungarie" „Auinione VI kal. Januarii a. quinto."*

Avinione, 1357 Decembris 27.

R. Vat. 239 fol. 249, R. Vat. 243 fol. 81. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 585 — a) ‚la Causina' Vat.

---

708. *Johanni Paduano mandatur, quatenus omnes pecuniarum summas nomine camerae apostolicae recollectas Arnaldo de Lacaucina et Raymundo de s. Michaele seu mercatoribus de Brugis assignet.*

Avinione, 1357 Decembris 27.

D. f. Johanni Paduano [a]) apostolice sedis nuncio salutem etc. Cum ex annualium beneficiorum et aliorum multiplicibus obvencionibus ad cameram nostram pertinentibus recepisse, recollexisse et conservasse non modicas pecuniarum summas assignandas eidem camere dinoscaris, que relevamen et gratuitam complacenciam tibi prestabunt, quamprimum easdem noveris assignasse, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus attente, quatinus omnes et singulas pecuniarum summas per te seu subcollectores tuos aut alios nomine dicte camere in partibus, ubi apostolicus collector existis, receptas et nondum de mandato nostro seu eiusdem camere assignatas dd. ff. Arnaldo de Lacausina canonico Cracouiensi, nuncio sedis eiusdem, et nobili viro Raimundo de s. Michaele servienti armorum, familiari nostro, vel eorum alteri assignare, seu dd. ff. Rafaeli Damiani et Alberto de Planis merchatoribus et sociis societatis des Malabailas [b]), eorum factoribus Brugis, omni morositate semota, destinare et assignare procures, premissarum duarum viarum opcionem sumendus, quemadmodum sepefate camere utilius et comodius videris expedire. Nos enim ipsis dictas, ut premittitur, pecunias recepturis per alias nostras diversi tenoris litteras easdem recipiendi teque et tuos de ipsis quitandi et liberandi dedimus facultatem. Volumus autem, quod de hiis, que duxeris assignanda, duo consimilia confici facias publica instrumenta, quorum altero penes receptores relicto alterum camere nostre predicte mittas. D. Auinione VI kal. Januarii a. quinto.

R. Vat. 239 fol. 247 et cum multis erroribus R. Vat. 243 fol. 72. — a) ‚Paduani' Vat. 239 et 243. b) ‚Malabailas' Vat. 243, ‚Malabailis' Vat. 239. — De mandato Arnaldo de Lacaucina facto etiam in R. Vat. 247 fol. 72' mentio fit in littera, qua sub eodem dato Wernrico domus b. Mariae Theutonicorum magistro mandatur, ut pecuniarum summas camerae apostolicae pertinentes mercatoribus de Brugis assignet.

---

709. *Solutio stipendii servienti armorum misso ad collectores Poloniae, Ungariae et Bohemiae.*

1357 Decembris 28.

Die XXVIII Decembris [a. domini MCCCLVII, indiccione X, pontificatus .... Innocencii .... pape VI a. V][a]) soluti fuerunt de mandato domini nostri pape Raymundo de s. Michaeli servienti armorum domini nostri pape, misso per eundem dominum nostrum in regno Polonie, Vngarie et Boemie ad collectores apostolicos in partibus illis deputatos pro pecuniis aportandis et super aliis negociis ipsam cameram tangentibus — II[c] fl.

Int. et Exit. (1357) 282 fol. 189. — a) Suppletum ex fol. 173.

---

710. Guidoni episcopo Portuensi per duas litteras indulgetur, ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica in archidiaconatibus suis Flandrensi in ecclesia Morinensi et Meldensi usque ad quinquennium visitare et procurationes ab eis recipere valeat. „Quanto Romanam ecclesiam" „Auinione V kal. Januarii a. quinto". — In e. m. abbati monasterii s. Genovefae Parisiensis et archidiacono ecclesiae Pragensis ac officiali Morinensi (in altera littera: officiali Meldensi).

Avinione, 1357 Decembris 28.

R. Av. 135 fol. 451'.

---

711. Slavata Sdinconis de „Pyest" supplicat, quatenus sibi beneficium ecclesiasticum ad collationem capituli Vratislaviensis pertinens reservetur.

Avinione, 1357 Decembris 29.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Slawata Sdinconis de Pyest Olomucensis dioc. in sacerdocio constitutus, studens in iure canonico in Montepessulano, quatenus sibi specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem .... capituli Wratisslauiensis pertinens communiter vel divisim, eciam si sit in cathedrali ecclesia, vacans vel proximo vacaturum, conferendum eidem, donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione inhibicione, decreto et clausula anteferri ac omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII kal. Januarii a. quinto.

R. Suppl. 27 fol. 322'.

---

712. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus suo medico commensali Reimboto[a]), artium et medicinae magistro et doctori, parochialis ecclesia in Oestringen[b]) Spirensis dioc. tunc vacans conferatur non obstante, quod canonicatum et praebendam ecclesiae Wormatiensis et canonicatus sub expectatione praebendarum Spirensis et s. Victoris Maguntinae ecclesiarum et ecclesiam parochialem in Luna Pragensis dioc. noscitur obtinere. — „Videtur nobis, quod

providimus ad instanciam unius baronis de Austria, qui erat hic cum ambaxiatore imperatoris." [c]) — *Item supplicat idem imperator, quatenus Richardo* [1]) *suo capellano, utriusque iuris perito, de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia s. Cyriaci in Neuhausen* [d]) *extra muros Wormatienses provideatur.* — „*Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII kal. Januarii a. quinto.*"

Avinione, 1357 Decembris 29.

R. Suppl. 27 fol. 324. — a) ,Remboto' Suppl. b) ,Osteringen' Suppl. c) In marg. dext.: ,Sic papa respondet'. d) ,Nuhusen' Suppl. — 1) In R. Suppl. 27 fol. 307 reperitur sub dat. 1357 Decembris 12 initium supplicationis Caroli IV pro Richardo capellano suo, presbytero Spirensi.

---

713. *Archiepiscopo Maguntino mandatur, quatenus Richardo de Schriesheim canonico ecclesiae s. Germani prope muros Spirenses capellano Caroli Romanorum imperatoris de canonicatu ecclesiae s. Cyriaci in Neuhausen* [a]) *prope muros Wormatienses sub expectatione praebendae provideri procuret.* „*Dignum arbitramur*" „*Auinione IIII kal. Januarii a. quinto.*"

X
. X . *Auinione, 1357 Decembris 29.*

R. Av. 137 fol. 189. — a) ,Nuhus' Av.

714. *Compositio Walteri (Sdeslai de Kralovicz) super annatis de parochiali ecclesia in Hustopeč.*

Avinione, 1358 Januarii 2.

Actum die II mensis Januarii a. domini MCCCLVIII Auinione in domo domini Eblonis camere apostolice clerici, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. VI, qua die Walterus pauper clericus Pragensis dioc., qui fuit subrogatus ad omne ius, quod Chotyeborius Bohunconis de Swalenis [a]) clericus Olomucensis dioc. habebat tempore mortis sue in ecclesia parrochiali in Hostopecz alias Mauspecz dicte dioc.; finavit pro annuali debito camere apostolice racione dicte subrogacionis ad XL florenos auri ponderis sentencie de Florencia, quos ipse et Nicolaus Pauli clericus Olomucensis dioc., procurator in Romana curia, et quilibet eorum in solidum promiserunt solvere dicte camere in Romana curia infra proximum festum circumcisionis domini sub obligacione bonorum et renunciacione et iuramento et magisvalencia et submissione iuridiccionis et sentenciis consuetis. Presentibus R. de Rebunbigis domicello et Raymundo de Via Caturcensis dioc. — Arn. Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 146'. — Reg apud Kirsch, Annaten I pag. 71 adnot. 1. — a) Corrige: ,Swabenicz'. — Conf. nr. 669. — De prorogatione termini in Coll. Alam. 1356 nr. 4. fol. 9. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 70 nr. 9) sequens nota reperitur: „Finavit ad XL flor. . . . solvendos infra festum circumcisionis domini a. MCCCLIX. Fuit sibi prorogatus terminus usque ad festum pache a. MCCCLX. Fuit terminus prorogatus usque ad festum ascensionis domini MCCCLXI". — In Coll. 290 fol. 14 de prorogatione termini sequens nota reperitur: „Finavit

ad XL flor. . . . . pro annuali solvendos infra festum circumcisionis domini. a. LIX. Die XVII mensis Aprilis a. MCCCLIX fuit sibi prorogatus terminus usque ad festum nativitatis domini proximum. Et fuerunt a sentenciis excomunicacionis absoluti."

---

715. Archiepiscopo Pragensi mandatur, ut lites et quaestiones, quae inter episcopum Luthomuslensem ex una ac priorem, custodem et capitulum ecclesiae Luthomuslensis parte ex altera vertuntur, concordia vel iudicio studeat terminare.

Avinione, 1358 Januarii 12.

Ven. fr. . . archiepiscopo Pragensi salutem etc. Gravem dilectorum filiorum . . prioris, . . custodis et capituli ecclesie Luthomuslensis querelam accepimus continentem, quod licet olim bona ecclesie predicte pro maiori parte inter . . episcopum Luthomuslensem, qui tunc erat, nomine mense sue episcopalis Luthomuslensis et eosdem priorem, custodem ac capitulum dicte ecclesie auctoritate apostolica canonice divisa fuerint, et reliqua pars per inadvertenciam indivisa remanserit, dictique prior, custos et capitulum bona, que ad ipsos et mensam eorum ac officium custodie ipsius ecclesie, cuius eciam bona ab aliis bonis predicte et ipsius episcopi mensarum sunt omnino distincta, ex divisione predicta venerant in partem, a tempore dicte divisionis et per ipsum tempus pacifice et quiete possederint et tunc eciam possederant, tamen ven. fr. noster Johannes episcopus Luthomuslensis prefatos priorem, custodem et capitulum nonnullis ex bonis predictis, que, ut predicitur, ad ipsos obvenuerunt in partem et que tunc pacifice possidebant, per se et alios spoliavit et spoliari mandavit et fecit ac spoliacionem huiusmodi eius nomine factam ratam habuit et acceptam, et nichilominus alia bona ipsius ecclesie, que indivisa, ut premittitur, remanserunt, indebite occupavit illaque necnon castrum de Lantberch, per eundem episcopum de communibus suis et ipsorum prioris et capituli pecuniis atque bonis prefate ecclesie nomine acquisitum, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis in totum detinet occupata, partem ipsius castri dictos priorem et capitulum ex acquisicione huiusmodi contingentem eis contra iusticiam renuens et recusans, quamvis super hoc per eos fuerit sepius requisitus. Preterea dictus episcopus vestes, libros, lectisternia et res alias, que canonici ipsius ecclesie ad suum usum retinent, quando vivunt, dum eos contingit decedere, quamvis ad dictos priorem et capitulum eciam de antiqua et approbata consuetudine solum et insolidum spectent, per se et alios rapit et occupat eciam violenter ac edificia claustralia eiusdem ecclesie usibus dignitates, personatus et officia in eadem ecclesia obtinencium et canonicorum ipsius ecclesie deputata, indebite detinet[a]) occupata eaque dirruit et dirrui permittit et facit et insuper prefatos priorem et capitulum contra iusticiam impedit, quominus correccionem et punicionem excessuum et culparum minorum, qui per canonicos et alias personas ipsius ecclesie pro tempore committuntur, ad ipsos priorem et capitulum iuxta constitucionem et ordinacionem in dicta ecclesia auctoritate apostolica factam legitime pertinentes, valeant exercere, ipsasque correccionem et punicionem sibi contra iusticiam nititur usurpare, et quod deterius est, idem episcopus et eius vicarii prefatis

priori et capitulo et singulis personis eiusdem capituli et ecclesie necnon hominibus eorundem super querelis per eos coram eisdem episcopo et vicariis contra homines et personas eidem episcopo subiectos propositis iusticiam ministrare maliciose recusant vel saltem se negligentes in eis exhibent et remissos; quodque prefatus episcopus in civitate Luthomuslensi quendam locum fratrum ordinis heremitarum s. Augustini contra canonica instituta erexit seu erigi procuravit et fecit et in eo quosdam fratres dicti ordinis intrusit et nonnulla alia gravamina, dampna, impedimenta, iniurias, molestias, iacturas et perturbaciones eisdem priori, custodi et capitulo et singularibus personis eiusdem ecclesie per se et alios intulit, irrogavit et fecit ac inferri, irrogari et fieri mandavit et suo nomine seu mandato illata, irrogata et facta rata habuit et accepta et inferri, facere et irrogari non cessat in anime sue periculum, dictorum prioris, custodis et capituli et ecclesie enorme preiudicium et scandalum plurimorum, et nichilominus de nonnullis pecuniarum summis et rebus aliis, in quibus eisdem priori, custodi et capitulo ex causis legitimis tenetur, eis satisfacere indebite contradicit, super quibus prefati prior et custos et capitulum ad apostolice sedis remedium duxerunt humiliter recurrendum. Nos itaque huiusmodi discordias plurimum detestantes ac cupientes, quod inter ipsum episcopum, priorem, custodem et capitulum omnis hincinde querele seu questionis tollatur occasio, et quod inter eos vigeat debite caritatis affectus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus auctoritate nostra vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hincinde propositis omnes lites, questiones, que inter partes predictas super premissis vel aliis vertuntur ad presens, concordia vel iudicio studeas terminare, faciens, quod decreveris eadem auctoritate inviolabiliter observari; testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a dicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione II id. Januarii a. sexto.

R. Vat. 233 fol. 399'. — a) ‚detinent' Vat. — Conf. Nejedlý, Dějiny města Litomyšle I pag. 135—139.

---

716. Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus Vrativogio de Blažejov de perpetua vicaria in ecclesia Pragensi provideatur.

Avinione, 1358 Februarii 8.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota sedis apostolice creatura Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatenus collacionem et provisionem auctoritate ordinaria per eum factas Wratiuogio de Blaznow a), suo in spiritualibus vicario generali, de perpetua vicaria archiepiscopali, que in ecclesia Pragensi officium existit, vacante per religionis ingressum et professionem Stephani olim eiusdem vicarie vicarii, non obstante reservacione dignemini confirmare vel sibi de illa providere de novo; non obstante, quod altare s. Dyonisii in eadem ecclesia Pragensi idem

Wratinogius obtinet et quod in canonicum et fratrem sub expectacione prebende in dicta ecclesia Pragensi auctoritate capituli est receptus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI id. Februarii a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 16'. — a) Corrige: ,Blažiiow'. — In marg dext.: ,Pro ca[mera]'. — De collatione et provisione facta sub eodem dato praedicto Vrativogio de perpetua vicaria praenominata in R. Suppl. 28 fol. 171 mentio fit.

---

717. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus collatio archidiaconatus Horsoviensis*[a]) *Petro de Kunzendorf*[b]) *facta confirmetur vel ei de eodem de novo provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI id. Februarii a. sexto."*

Avinione, 1358 Februarii 8.

R. Suppl. 29 fol. 24. — a) ,Horsouiensis' Suppl. b) ,Cuncindorf' Suppl. — In marg. dext.: ,Pro ca[mera]'.

---

718. *Petro de Kunzendorf confertur archidiaconatus Horsoviensis.*

. XX . *Avinione, 1358 Februarii 8.*

D. f. Petro de Cuncindorf archidiacono Horsouiensi in ecclesia Pragensi salutem etc. Honestas morum . . . . Dudum siquidem intendentes de archidiaconatu Horsouiensi in ecclesia Pragensi, quem quondam Nicolaus archidiaconus Horsouiensis in dicta ecclesia tunc temporis obtinebat, cum illum vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, archidiaconatum ipsum, dum adhuc idem Nicolaus ageret in humanis, videlicet II non. Januarii pontificatus nostri a. primo [1]), dummodo dictus archidiaconatus dignitas existeret, collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandum . . . . Postmodum vero archidiaconatu predicto, qui dignitas curata existit, per ipsius Nicolai obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante . . . . Arnestus archiepiscopus Pragensis, sicut asseritur, reservacionis et decreti predictorum ignarus, archidiaconatum ipsum sic vacantem et ad collacionem archiepiscopi Pragensis, qui est pro tempore, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinentem auctoritate ordinaria tibi contulit et providit eciam de eodem. Nos igitur attendentes, quod collacio et provisio supradicte et quecunque inde secuta viribus non subsistunt, et quod nullus preter nos hac vice de ipso archidiaconatu disponere potuit neque potest reservacione et decreto obsistentibus supradictis ac volentes te in dicta Pragensi ecclesia, cuius existis canonicus, amplius honorare tibique, pro quo eciam idem archiepiscopus, asserens te capellanum et officialem suum dilectum, ... supplicavit, premissorum intuitu graciam facere specialem, archidiaconatum predictum sic vacantem . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod

in eadem Pragensi sub expectacione prebende ac in Lubicensi ecclesiis cum prebenda et cantoria canonicatus nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . dicti archidiaconatus possessionem fueris pacificam assecutus, dictam cantoriam . . . . dimittere tenearis . . . . D. Auinione VI id. Februarii a. sexto.

In e. m. . . . . Olomucensi et . . Luthomuslensi episcopis ac . . . decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam.

R. Av. 138 fol. 469. — [1] 1353 Januarii 4. — De collatione et provisione praefato Petro hic facta in R. Suppl. 28 fol. 171 mentio fit.

719. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus collatio praepositurae ecclesiae Tynensis Sazemae nato Sazemae de Usk facta confirmetur vel ei de illa de novo provideatur.*

Avinione, 1358 Februarii 8.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, quatenus collacionem et provisionem factas per dominum . . archiepiscopum Pragensem dilecto suo Sazeme nato quondam nobilis viri Sazeme de Vsk baronis regni Boemie, subdiacono Pragensis dioc., capellano et familiari suo domestico commensali, de prepositura ecclesie Tynensis collegiate Pragensis dioc. predicte, que est dignitas curata, vacante per assecucionem perpetue vicarie archiepiscopi Pragensis in ecclesia Pragensi, que cum dicta prepositura teneri non potest, per dictum archiepiscopum Wratiuogio de Blaznow [a]) collate, [1]) cuius quidem prepositure idem Sazema virtute huiusmodi collacionis et provisionis possessionem obtinet pacificam et quietam, non obstantibus reservacionibus dignemini confirmare vel de illa ei de novo providere; non obstante, quod in dicta ecclesia Pragensi canonicatum sub expectacione prebende obtinet, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI id. Februarii a. sexto."

R. Suppl. 29 fol. 32. — [a]) Corrige: ‚Blaziiow‘. — [1]) Conf. nr. 716. — In marg. dext.: ‚Pro ca[mera]‘. — De collatione et provisione facta sub eodem dato praedicto Sazemae de praepositura nominata in R. Suppl. 28 fol. 171 mentio fit.

720. *Pro Conrado Sifridi de Gelnhausen supplicatur, quatenus gratia de ecclesia parochiali in Bondorf ei facta reformetur.*

Avinione, 1358 Februarii 12.

Item sanctissime pater, nuper S[tas] V[ra] consideracione serenissimi domini K[aroli] Romanorum imperatoris Conrado Sifredi de Geilnhusen licenciato in artibus de ecclesia parrochiali in Bondorf Constanciensis dioc., vacante ex eo, quod ipsam Albertus de Hohenberg cum aliis beneficiis incompatibilibus pluribus annis occupavit, eciam ad sacerdocium non promotus, graciam fecit; verum quia dicta ecclesia ante LX annos et amplius vacasse [noscitur], ita quod non vivit

homo, qui primum modum vacacionis ipsius scire possit, propter hoc quod multi inhabiles ipsam ante dictum Albertum eciam occuparunt, ne dicta gracia eidem Conrado penitus inutilis existat, placeat dicte V[re] S[ti] concedere et mandare in literis super dicta gracia conficiendis addi valeat clausula: ,eciam si dicta ecclesia quovis modo vacet.' Non obstantibus reservacionibus etc. Cum ceteris etc.

. . . .

„Fiat de omnibus suprascriptis non cancellatis G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II id. Februarii a. sexto."

R. Suppl. 29 fol. 50.

---

721. *Iudicibus mandatur, quatenus Conrado Sifridi de Gelnhausen[a]) canonico ecclesiae s. Mariae ad Gradus Maguntinae, licentiato in artibus, ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris parochialem ecclesiam in Bondorf Constantiensis dioc. tunc vacantem conferant. „Literarum sciencia" „Auinione II id. Februarii a. sexto".*

Avinione, 1358 Februarii 12.

|
X
. X .

R. Av. 138 fol. 389'. — a) ,Geylnhusen' Av.

---

722. *Reimbotus[a]) Eberhardi magister in artibus et medicina, medicus Caroli Romanorum imperatoris, supplicat, quatenus acceptatio eius canonicatus et praebendae ecclesiae Wormatiensis et provisio de eisdem ei facta confirmentur. — „Fiat . . . . G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II id. Februarii a. sexto."*

Avinione, 1358 Februarii 12.

R. Suppl. 29 fol. 41'. — a) ,Reymbotus' Suppl.

---

723. *Compositio procuratorum Vratislavi de Blažejov super annatis de perpetua vicaria ecclesiae Pragensis.*

1358 Februarii 19.

Actum die XIX mensis Februarii [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice a. domini MCCCLVIII, indicione XI, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. VI] [a]), qua die Conradus Pragensis et Johannes Harawicz procurator archiepiscopi Pragensis promiserunt solvere et reddere et quilibet eorum in solidum pro annuali debito camere apostolice per Wratiuogivm de Blaynow[b]) vicarium generalem episcopi Pragensis racione confirmacionis seu nove provisionis sibi facte de perpetua vicaria archiepiscopali, que in ecclesia Pragensi officium existit, eidem camere XXV [florenos] de Florencia ponderis sentencie, solvendos infra proximum festum purificacionis cum obligacione bonorum, iura-

mento, submissione bonorum, magisvalencia et sentenciis consuetis. Presentibus Symone Boerii procuratore in curia et Hermanno decano Nortusensi. — Arn. Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 150. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 adnot. 3. — a) Suppletum ex nota praecedente. b) Corrige: ‚Blazijow'. — Eadem compositio sub dato praefato procuratorum praenominatorum, qui promiserunt solvere: „pro Voratinogio de Blaziiow [nato nobilis viri . .] de Vsk baronis regni Romanorum (!)" 25 flor., in Coll. 8 fol. 149 cum aliquibus locis discrepantibus reperitur, sed cancellata est. — In Coll. Alam. 4 fol. 7. de compositione praedicta brevis mentio fit: „composuit ad 25 flor. . . . . solvendos infra festum nativitatis b. Johannis Babtiste a. MCCCLIX". (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 nr. 9). — De prorogatione termini in Coll. 290 fol. 17 sequens nota reperitur: „Finavit ad XXV flor. . . . . die XIX mensis Februarii a. LVIII, solvendos infra festum purificacionis b. Marie proximum a. MCCCLIX. Terminus fuit ei prorogatus sub eisdem penis et sentenciis usque ad festum b. Johannis Bapiste. Fuit prorogatus terminus die vigilie b. Johannis usque ad festum nativitatis domini MCCCLX."

724. *Compositio Petri de Kunzendorf super annatis de archidiaconatu Horsoviensi.*

1358 Februarii 19.

Actum die XIX mensis Februarii a. MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini Innocencii a. VI, qua die . . . . Petrus de Cuncendorf officialis Pragensis finavit pro confirmacione vel racione provisionis sibi facte de archidiaconatu Horsoniensi in ecclesia Pragensi ad nonaginta florenos auri de Florencia ponderis sentencie, quos ipse et Sazema prepositus ecclesie Tynenensis[a]) Pragensis dioc. et quilibet eorum promiserunt solvere in solidum camere apostolice in Romana curia ubicunque sita infra proximum festum purificacionis b. Marie sub obligacione bonorum et iurid[iccione] et magisvalencia et renunciacionibus et sentenciis consuetis cum testibus infrascriptis. — Arnaldus Johannis.

Col. Alam. 8 fol. 148'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 adnot. 2. — a) Corrige: ‚Tynensis'. — In Coll. Alam. 4 fol. 7 de compositione praedicta et solutione brevis mentio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 nr. 8.). — De solutione 90 flor. in Coll. 290 fol. 17 sequens nota reperitur: „Finavit ad nonaginta flor. ponderis sentencie solvendos infra festum purificationis b. Marie a. MCCCLIX. Solvit ultima die Januarii per manus Conradi Pragensis flor. — XC flor."

725. *Compositio Sazemae nati Sazemae de Usk super annatis de praepositura Tynensi.*

(1358 Februarii 19.)

Item dictus Sazema[1]) prepositus dicta die[2]) predictus et dictus (!) dominus Petrus[3]) pro confirmacione vel nova provisione dicto Sazame factis de dicta prepositura Tynnensi Pragensis dioc. promiserunt solvere et quilibet ipsorum in solidum septuaginta florenos auri de Florencia ponderis sentencie solvendos per quemlibet ipsorum in solidum infra festum purificacionis b. Marie sub obli-

gacione, iuramento, renunciacione et magisvalencia et sentenciis consuetis cum submissione iuridiccionis in Romana curia camere apostolice. Testibus presentibus Symone Boerii et Hermano decano Mortusensi.a) — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 148'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 adnot. 4 — a) Corrige: ,Nortusensi'. — 1) Sazema natus Sazemae de Usk. 2) ,XIX mensis Februarii a. MCCCLVIII' ut in nr. 724. 3) Petrus de Kunzendorf. — De compositione praedicta et confirmatione dictae praepositurae „Sazemo nato Sazemi de Vsk" in Coll. Alam. 4 fol. 7' brevis memio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 nr. 10.) — De solutione in Coll. Alam. 290 fol. 17' sequens nota reperitur: „Finavit die XIX mensis Februarii anni LVIII ad septuaginta florenos auri ponderis sentencie de Florencia solvendos infra proximum festum purificacionis b. Marie MCCCLIX. Solvit X flor. — X flor. et debet solvere residuum infra XIIII dies; die VI mensis Februarii a. MCCCLIX solvit Conradus Pragensis — LX flor."

726. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus dilectus capellanus suus domesticus commensalis, frater Hugo de Bompartis de Mediolano, canonicus monasterii de „Carsenzaco" Mediolanensis dioc. ordinis s. Augustini, in capellanum papae commensalem assumatura) et eidem de prioratu, praepositura, dignitate, personatu vel officio ad collationem praepositi et conventus monasterii Mortariensisb) Papiensis dioc. ordinis s. Augustini pertinentibus providcatur. — „Fiat ad collacionem monasterii sui G. Sine alia leccione. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Marcii. a. sexto."

Avinione, 1358 Februarii 25.

R. Suppl. 29 fol. 64. — a) Ad istam supplicationem in marg. dext. sequens nota pertinet: ,Ad istam papa non respondet'. b) ,Mortauiensis' Suppl.

---

727. Solutio partis fructuum pro annatis de praebenda Bohussio de Pardubicz canonico Olomucensi collata.

1358, Martii 1.

Anno . . . . domini millesimo CCC quinquagesimo octavo, indiccione XI pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI anno sexto.

Die prima mensis Marcii recepti fuerunt ab Onsio de Porduwicza) canonico Olomucensi pro parte fructuum prebende sue, ad cameram pertinente pro annuali, pro eo, quia ad decimam non est taxata, ut asseruit, iuxta composicionem factam per eum cum dicta camera, ut in instrumento per dominum Johannem Palaysini notarium ipsius camere super hoc recepto, continetur, solvente per manus Petri Hermanni clerici Locumuilensisb) dioc. — XX floreni camere.

Int. et Exit. (1358) 286. fol. 73. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 45 — a) Corrige: ,Bousio de Pardubicz'. b) Corrige: ,Lutomuslensis' — Conf. nr. 458. — De compositione et solutione praedictis etiam in Obl. et Sol. 23 A fol. 92 mentio fit.

---

728. Nicolaus Fridlini de Brunna supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis provideatur.

Avinione, 1358 Martii 3.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus vester Nicolaus Fridlini de Brunna clericus et curie imperialis notarius, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis per obitum quondam Nicolai medici, ipsius ecclesie canonici prebendati vacante, eciam si sint reservati, dignemini misericorditer providere; non obstante, quod in ecclesia Wissegradensi prope Pragam obedienciariam, ac canonicatum et prebendam ecclesie s. Egidii Pragensis, quorum fructus etc. quadraginta flor. auri annuatim non excedunt, noscitur obtinere. Et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione G. D. Avinione V non. Martii a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 69. — De provisione sub dato praefato Nicolao de Brunna de canonicatu et praebenda nominatis facta in Coll. Alam. 4 fol. 7' (ed. apud Kirsch, Annaten 1 pag. 67 nr. 11) et in Coll. Alam. 290 fol. 26 et in R. Suppl. 28 fol. 174 brevis mentio fit.

---

729. Infrascripti clerici pro diversis gratiis supplicant.

Avinione, 1358 Martii 10.

Supplicant S^ti^ V^re^ humiliter devoti oratores vestri presbyteri et ceteri clerici regionum et nationum diversarum infrascripti, quatenus eis gracias infrascriptas per modos inferius designatos dignemini misericorditer et de speciali gracia concedere:

Et primo supplicant, quatenus . . . .

Item quatenus Hartungo quondam Hostconis de Nebuzyel clerico Pragensis dioc. de ecclesia parrochiali et de patronatu archiepiscopi Pragensis in Koyetyn Olomucensis dioc . . . . dignemini providere.

Item quatenus Theoderico quondam Gerhardi de Curia clerico Pragensis dioc. de altari in ecclesia Pragensi et de collacione capituli ecclesie eiusdem, vacante per mortem Cunczlini de Heroltowycz ultimi rectoris eiusdem, qui in itinere visitacionis liminum bb. Petri et Pauli apostolorum anno iubileo diem suum clausit extremum, dignemini misericorditer providere, dum tamen alteri interim non fuerit provisum.

Item quatenus Gallo quondam Hostconis de Nebuzyel clerico Pragensis dioc. de ecclesia parochiali in Pyeczyn eiusdem dioc., vacante per mortem Stephani ultimi rectoris eiusdem, qui extra Romanam curiam diem suum clausit extremum, cuius collacio secundum statuta Lateranensis concilii est ad sedem apostolicam legittime devoluta, dignemini misericorditer providere.[1]) . . . .

Item, quatenus Petro Henrici de Olsna clerico Wratislauiensis dioc. de canonicatu et prebenda ecclesie Zagrabiensis, vacantibus apud sedem apostolicam propter munus consecracionis facte Lady[s]lao, cui eciam in ecclesia Vesprimensi apostolica auctoritate extitit provisum, [dignemini providere] . . . .

Sanctissime pater, dignemini omnes et singulas supplicationes predictas non cancellatas, prout petitur, signare et expedire, nisi fuerit alteri ius quesitum, et si sit ita, sicut dicunt, cum clausulis oportunis etc. ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione VI id. Martii a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 75—87. — [1]) De provisione praefato Gallo de ecclesia parochiali in Pěčin (,Pyeczyn') facta in R. Suppl. 28 fol. 174 brevis mentio fit.

---

730. Iudicibus mandatur, quatenus Hartungo Hostconis de Nebužel parochialem ecclesiam in Kojetin conferant.

X / . X . *Avinione, 1358 Martii 10.*

Ven. fr. . . episcopo Wratislauiensi et . . . . preposito Olomucensis ac . . decano s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum salutem etc. Probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos . . . . Hartungus natus quondam Hostconis de Nebuzel clericus Pragensis dioc. fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia in Kogetyn Olomucensis dioc., que, ut asseritur, de patronatu ven. fr. nostri archiepiscopi Pragensis existit, quam quondam Petrus dictus de Horschow, ultimus ipsius ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Petri obitum, qui dudum extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collacio secundum Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, nos volentes dicto Hartungo . . . . graciam facere specialem, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus . . . . prefatam ecclesiam . . . . eidem Hartungo auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . .

D. Auinione VI id. Marcii a. sexto.

R. Av. 138 fol. 564'. — Haec littera est cancellata, ad quam cancellaturam sequens adnotatio in marg. sin. pertinet: „Cassatum de mandato." — De provisione praefato Hartungo de parochiali ecclesia in Kojetin (,Koyetim') facta in R. Suppl. 28 fol. 174 brevis mentio fit.

---

731. Iudicibus mandatur, quatenus Theoderico Gerhardi de Curia altare s. Venceslai in ecclesia Pragensi conferant.

Gratis pro deo. *Avinione, 1358 Martii 10.*

Dd. ff. s. Agricoli Auinionensis et . . Wyssegradensis prope Pragam ac . . Omnium Sanctorum in castro Pragensi ecclesiarum decanis salutem etc. Vite ac morum honestas et alia . . . . merita, super quibus . . . . Theodericus natus quondam Gerhardi de Curia, clericus Pragensis dioc. fidedignorum commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem . . . . Clemens papa VI, predecessor noster, videlicet VIII kal. Septembris pontificatus sui a. octavo [1]), omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque ad Vrbem anno a

nativitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, proxime tunc futuro, pro suorum peccatorum remissione plenaria obtinenda, peregre proficiscencium, si eos ex causa huiusmodi ad Vrbem accedendo prefatam vel morando in ea seu recedendo ab ipsa rebus exim̄i contingeret ab humanis, collacioni et disposicioni sue reservavit . . . . Cum itaque postmodum, sicut accepimus, altare s. Wenceslai situm in ecclesia Pragensi, quod quondam Cunczlinus dictus Heroltowicz dicti altaris rector tempore sui obitus obtinebat, per huiusmodi obitum ipsius Cunczlini, qui a. a nativitate predicto, recedendo a dicta Vrbe, ad quam ex causa predicta accesserat, extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacare noscatur ad presens, nos volentes eidem Theoderico . . . .graciam facere specialem, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus . . . . dictum altare, ad dd. ff. capituli dicte ecclesie collacionem, ut asseritur, pertinens, si, ut premittitur, vacat . . . ., eidem Theoderico auctoritate nostra conferre et assignare curetis. . . . . D. Auinione VI id. Marcii a. sexto.

R. Av. 139 fol. 362', R. Vat. 233 fol. 267'. — [1]) 1349 Augusti 25. — De provisione praefato Theoderico de altari in ecclesia Pragensi facta in R. Suppl. 28 fol. 174 brevis mentio fit.

---

732. Notae de provisionibus Hartungo et Gallo Hostconis de Nebužel et Theoderico Gerhardi de Curia factis.

Avinione, 1358 Martii 10.

Artongo condam Hostconis clerico Pragensis dioc. fuit provisum de ecclesia parrochiali et de patronatu archiepiscopi Pragensis in Koyotyn Olomucensis dioc. vacantibus per mortem Petri ultimi rectoris eiusdem.

Teoderico condam Gerardi de Curia Pragensis dioc. fuit provisum de altari in ecclesia Pragensi et de collatione capituli eiusdem vacante per mortem Cuntzlini dicti Heroltowytz ultimi rectoris eiusdem.

Gallo [a]) condam Hostconis de Nebuziel [b]) Pragensis dioc. fuit provisum de ecclesia parrochiali in Pyeczyn eiusdem dioc. vacante per mortem Stephani ultimi rectoris. . . . . D. Auinione VI id. Martii a. sexto.

Coll. Alam. 4 fol. 82, Coll. Alam. 290 fol. 27. Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 186. — [a]) ‚Gallo' Coll. 290, ‚Guallo' Coll. 4. — [b]) ‚Nebuzeel' Coll. 290.

---

733. Archiepiscopo Pragensi et Caminensi ac Vratislaviensi episcopis ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris conceditur facultas absolvendi Ludovicum Romanum marchionem Brandenburgensem ab omnibus sententiis, quas occasione processuum contra Ludovicum Bavarum incurrit. „Romanus pontifex" „Auinione X kal. Aprilis pontificatus nostri a. sexto."

Avinione, 1358 Martii 23.

R. Vat. 243 fol. 110'. Ed apud Gercken, Stiftshistorie v. Brandenburg pag. 564. et apud Riedel, Cod. dipl. Brandenb. II 2 pag. 406, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 509 nr. 59.

---

734. Guido episcopus Portuensis supplicat, quatenus Johanni quondam Nicolai de Luthomusl[a]) canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis conferantur. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IX kal. Aprilis a. sexto."

Avinione, 1358 Martii 24.

R. Suppl. 29 fol. 99. — a) ‚Luchomussel' Suppl. — In marg. dext: ‚Pro ca[mera].

---

735. Johanni Nicolai de Luthomusl canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis conferuntur.

. X X . (V) *Avinione, 1358 Martii 24.*

D. f. Johanni nato quondam Nicolai de Luthomusel, canonico Wratislauiensi, salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Andreas[a]) de Roslawicz cantor ecclesie Wratislauiensis tunc temporis obtinebat, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Andreas ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris pontificatus nostri a quinto [1]) collacioni et disposicioni nostre, dummodo cantoria ipsius ecclesie dignitas, personatus vel officium in eadem existeret, duximus specialiter reservanda . . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda eiusdem ecclesie Wratislauiensis, quos idem Andreas tempore reservacionis huiusmodi in eadem ecclesia una cum dicta cantoria obtinebat, per ipsius Andree obitum, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens . . . ., nos volentes tibi . . . . consideracione . . . . Guidonis episcopi Portuensis, pro te, procuratore suo in partibus illis, ... supplicantis, graciam facere specialem, dictos canonicatum et prebendam sic vacantes . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . ., non obstantibus . . . ., quod parrochialem ecclesiam in Neusidel et in ecclesia s. Petri de Brunna Olomucensis dioc. canonicatum et prebendam obtines ac de canonicatu ecclesie Olomucensis cum reservacione prebende inibi vacantis vel vacature tibi extitit, ut asseritur, auctoritate literarum nostrarum provisum. Volumus autem, quod, quamprimum . . . . dictos canonicatum et prebendam ipsius ecclesie Wratislauiensis fueris pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam . . . . dimittas, et nichilominus prefate nostre litere et processus habiti per easdem . . . . sint cassa et irrita . . . . D. Auinione VIIII kal. Aprilis a. sexto.

In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Luthomuslensi ac . . . . decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis.

R. Av. 138 fol. 392'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 290. — a) Praecedit: ‚Petrus', sed cancellatum est. — 1) 1357 Augusti 23.

736. *Arnesto archiepiscopo Pragensi indulgetur, ut missam ante diem celebrari facere possit. „Sincere devocionis" „Auinione VIII kal. Aprilis a. sexto."*

.X. *Avinione, 1358 Martii 25.*

R. Av. 139 fol. 749', R. Vat. 233 fol. 503'.

---

737. *Ulricus Schoff supplicat, quatenus collatio cantoriae ecclesiae Vratislaviensis sibi facta confirmetur vel sibi de eadem de novo provideatur.*

Avinione, 1358 Aprilis 2.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Vlricus dictus Schaff notarius domini imperatoris Romanorum, quatenus acceptacionem per ipsum factam ac collacionem et provisionem auctoritate litterarum S[tis] V[re] sibi factas de cantoria ecclesie Wratislauiensis, que dignitas, personatus vel officium existit in eadem,[1]) tunc vacante per obitum Andree de Raslowicz ipsius ecclesie cantoris, dum vixit, cuius possessionem vigore earundem litterarum obtinet, dignemini confirmare ac de novo providere, si dicta cantoria sit quomodolibet reservata aut curata; non obstante, quod in Wratislauiensi et s. Egidii Watrislauiensi[a]) ecclesiis canonicatus et prebendas obtineat, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat, si sibi alias debeatur G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII non Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 102'. — [a]) Corrige: ,Wratislauiensi'. — [1]) Conf. nr. 427. — De confirmatione praefatae cantoriae in Coll. Alam. 4 fol. 86' his verbis mentio fit: „Cantoria ecclesie Wratislauiensis, que dignitas, personatus vel officium existit, fuit confirmata Vlrico dicto Schaff notario domini imperatoris IIII non. Aprilis a. VI". (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 193 nr. 5.)

---

738. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Reimboto [Eberhardi] [a]) suo medico commensali, artium et medicinae magistro et doctori, parochialis ecclesia in Oestringen [b]) conferatur, non obstante, quod canonicatum et praebendam ecclesiae Wormatiensis et canonicatus sub expectatione praebendarum Spirensis et s. Victoris Maguntinae ecclesiarum et ecclesiam parochialem in Luna Pragensis dioc. obtinet. — „Fiat, si non fuerit alteri provisum G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII non. Aprilis a. sexto."*

Avinione, 1358 Aprilis 2.

R. Suppl. 29 fol. 111. — [a]) ,Remboco' Suppl. [b]) ,Ostringen' Suppl.

---

739. Iudicibus mandatur, quatenus Reimboto [a]) *Eberhardi de Castro, medico Caroli Romanorum imperatoris, parochialem ecclesiam in Oestringen* [b]) *Spirensis dioc. conferunt, non obstantibus, ut in supplicatione sub nr. 738. „Virtutum et probitatis“ „Auinione IIII non. Aprilis a. sexto.“*

X
. X .

Avinione, 1358 Aprilis 2.

R. Av. 138 fol. 636. — a) ‚Remboto‘ Av. b) ‚Cestringen‘ Av.

---

740. Paulus episcopus Gurcensis supplicat, quatenus monasterio fratrum minorum in Jägerndorf (Krnov) indulgentiae concedantur.

Avinione, 1358 Aprilis 2.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota creatura vestra Paulus episcopus Gurcensis, nuncius sedis apostolice . . . .

Item supplicat eidem S^ti^, quatenus monasterio fratrum minorum in Jegherdorph Olomucensis dioc. per progenitores ipsius Pauli episcopi fundato, in quatuor festis principalibus, videlicet pasche, penthecostes, assumpcionis b. Marie et nativitatis Christi, et aliis festis b. Marie et dedicacionis ecclesie eiusdem monasterii concedere dignemini indulgencias, que vestre placuerint sanctitati.

Fiat de centum diebus G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII. non. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 115.

---

741. Petrus et Jodocus de Rosenberg supplicant, quatenus ministro ordinis minorum licentia construendi monasteria fratrum minorum et monialium ordinis s. Clarae in Krumlov (Krummau) concedatur.

Avinione, 1358 Aprilis 6.

Supplicant S^ti^ V^re^ nobiles viri Petrus et Jodocus de Rosemberg barones regni Boemie, quatenus ministro fratrum ordinis minorum provinciarum Boemie et Polonie recipiendi et construi faciendi in loco seu opido ipsorum Crumlow locum pro fratribus [ordinis] minorum cum ecclesia, campana, campanili, cimiterio et aliis officinis necessariis licenciam dignemini impartiri.

Fiat in forma. G.

Item quatenus eidem ministro recipiendi in dicto opido unum locum seu monasterium pro monialibus seu sororibus ordinis s. Clare cum ecclesia et aliis ut supra licenciam concedere dignemini de gracia speciali.

Fiat in forma. G.

D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 104.

---

742. *Ministro provinciali et fratribus ordinis minorum provinciae Bohemiae et Poloniae conceditur licentia recipiendi et construendi in oppido Krumlov (Krummau)*[a]) *domum cum ecclesia, coemeterio etc. pro 12 fratribus in loco, in quo Jodocus, Ulricus et Johannes de Rosenberg monasterium fratrum dicti ordinis fundare cupiunt. „Sacre vestre religionis" „Avinione octavo id. Aprilis pontificatus nostri a. sexto."*

Avinione, 1358 Aprilis 6.

R. Av. 167 fol. 302'. — Ed. apud Eubel, Bullarium Francisc. pag. 311 et Klimesch, Urkunden und Regestenbuch des ehemaligen Klarissinenklosters in Krummau pag. 37. — a) ‚Crumlow' Av.

---

743. *Ministro provinciali fratrum ordinis minorum provinciae Bohemiae et Poloniae conceditur licentia eligendi seu recipiendi in oppido Krumlov (Krummau) locum, in quo Jodocus, Ulricus et Johannes de Rosenberg monasterium monialium s. Clarae pro una abbatissa et 12 sororibus fundare cupiunt. „Pia vota fidelium" „Avinione VIII id. Aprilis pontificatus nostri a. sexto."*

X
X *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 167 fol. 303. — Ed. apud Eubel, Bullar. Francisc. pag. 312 et ex orig. archivii aul. Vindob. apud Klimesch, Urkunden- und Regestenbuch des ehemaligen Klarissinenklosters in Krummau pag. 36, ubi bulla describitur. Sub nota taxationis: ‚Jo. de Seduno'.

---

744. *Anna Romanorum imperatrix supplicat, „quatenus sibi, quod monasteria ordinis s. Clare et alia monasteria monialium inclusarum cum decenti comitiva intrare valeat", concedatur. — „Fiat in forma G. D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."*

Avinione, 1358 Aprilis 6.

R. Suppl. 29 fol. 104.

---

745. *Annae Romanorum imperatrici indulgetur, ut cum decenti comitiva s. Clarae et alia monialium inclusarum monasteria quorumcunque ordinum semel in anno libere ingredi valeat. „Eximie tue devocionis" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."*

.X. *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 611, R. Vat. 233 fol. 422.

---

746. *Venceslaus de Smilov*[a]) *supplicat, quatenus sibi de parochiali ecclesia in Zdanicz Pragensis dioc. provideatur. — „Fiat G. Cum commissione examinis ad partes. Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.“*

Avinione, 1358 Aprilis 6.

R. Suppl. 29 fol. 104'. — a) Nomen: ‚Smylow‘ in R. Suppl. sequitur spatium vacuum relictum, et in marg. dext. alia manu adnotatur: ‚Attende, quod simile erat spacium in originali.‘

---

747. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Venceslao de Smilov parochialem ecclesiam in Zdanicz conferat.*

X̄ *Avinione, 1358 Aprilis 6.*
. X .

Ven. fr. . . archiepiscopo Pragensi salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Cum itaque parrochialis ecclesia in Zdanicz Pragensis dioc., quam quondam Diuissius de Zdanicz ultimus ipsius ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Diuissii obitum, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, apud eandem sedem vacaverit et vacare noscatur ad presens, ... nos volentes personam d. f. Wenceslai de Smylow presbyteri dicte dioc. . . . . favoribus prosequi graciosis, fraternitati tue . . . . mandamus, quatenus . . . . predictam parrochialem ecclesiam sic vacantem . . . . prefato Wenceslao auctoritate nostra conferre et assignare procures . . . . D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.

R. Av. 139 fol. 306', R. Vat. 233 fol. 226. — De collatione praedicta etiam in R. Suppl. 28 fol. 175' mentio fit.

---

748. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, ne ecclesiae et personae in castro Pragensi, in Maiori ac Minori civitate Pragensi, in Montibus Cutnis interdicta et sententias nisi propter delictum domini vel locumtenentis promulgatas observare teneantur.*

Avinione, 1358 Aprilis 6.

Significat S^ti^ V^re^ devotus vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quod sepe contigit et contingit, quod nonnulli judices, executores et conservatores a sede apostolica et legatis ipsius deputati processus et[iam] nonnunquam iniustos et inordinatos faciunt et promulgant, in quibus inter cetera generaliter mandant, quod, in quibuscunque civitatibus, opidis, villis, castris vel parrochiis vel locis illi, contra quos faciunt processus predictos, visi fuerint vel moram traxerint, servetur interdictum vel cessetur a divinis per unum duos vel tres dies vel tempus longius, vel simili vel alia forma verborum, quamvis eciam non sint domini vel rectores civitatum, opidorum, villarum, castrorum predictorum, sicque sepe ecclesie et monasteria absque culpa sua vel dominorum aut rectorum locorum, in quibus consistunt, debitis obsequiis defraudantur, et multa scandala ex-

inde provenerunt. Quare supplicat eidem S[ti] dictus archiepiscopus, quatenus dignemini graciose concedere et indulgere, ut ecclesie et monasteria ac archiepiscopus et prelati, clerici et persone in Pragensi tam in castro, in quo est ecclesia cathedralis et habitacio regum Boemie et nunc domini imperatoris, et Maiori ac Minori civitate ac in Montibus Cuthnis Pragensis dioc. ad predictarum cessacionis divinorum et interdictorum observanciam minime teneantur, nisi propter delictum domini vel ipsius locumtenentis civitatis Pragensis et Montium Cuchnis[a]) huiusmodi cessaciones et interdicta extiterint promulgata.

Fiat hac vice et dum dictus archiepiscopus ecclesie Pragensi presidebit G. D. Avinione VIII. id. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 105. — a) Corrige: ‚Cuthnarum'.

749. Arnesto, archiepiscopo Pragensi indulgetur, ut tam ipse, quam clerus et populus civitatis Pragensis et Montium Cutnarum interdicta et sententias nisi propter delictum domini vel locumtenentis promulgata observare minime teneantur.

X
X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

Ven. fr. Arnesto, archiepiscopo Pragensi salutem etc. Sincere devocionis . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod sepe contingit, quod nonnulli judices[a]) . . . . sentencias promulgant . . . . Nos itaque tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, ut tam tu, quam tui clerus et populus civitatis Pragensis et loci Montiscuthnis (!) Pragensis dioc. necnon tua monasteria et alie ecclesie ac monasteria et ecclesiastica loca quecunque in eisdem civitate et loco Montiscuthnis (!) consistencia ad observanciam interdictorum et cessacionis huiusmodi, nisi forsan processus ipsi et sentencie propter delictum domini dictorum civitatis et loci vel ipsius locumtenentis facti et promulgate fuerint, minime teneamini, fraternitati tue et ipsis clero et populo hac vice tenore presencium indulgemus, presentibus, quamdiu regimini ecclesie Pragensis prefueris, tantummodo valituris . . . . D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.

R. Av. 139 fol. 637, R. Vat. 233 fol 437'. — a) etc. cum paucis locis discrepantibus ut in supplicatione sub nr. 748 usque ad verba: ‚scandala exinde provenerunt'.

---

750. Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus abbati monasterii in Vilémov[a]) ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. indulgeatur, ut pontificalibus insigniis uti et benedictionem solennem super populum elargiri possit, „eum omnibus aliis abbatibus eiusdem ordinis in dicta dioc. huiusmodi privilegia a sede apostolica sint concessa". — „Fiat G. D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto".

Avinione, 1358 Aprilis 6.

R. Suppl. 29 fol. 108'. — a) ‚Wylemow' correctum ex ‚Vaylemow'. Suppl.

751. Andreae abbati monasterii in Vilemov indulgetur, ut pontificalibus uti et benedictionem elargiri possit.

Avinione, 1358 Aprilis 6.

D. f. Andree abbati monasterii in Wylemow ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. salutem etc. Exposcit tue devocionis .... Hinc est, quod nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, ut tu, pro quo eciam ven. fr. noster Arnestus archiepiscopus Pragensis .... supplicavit, quamdiu monasterio tuo prefueris, mitra, anulo, baculo, cirotecis et aliis insigniis pontificalibus libere possis uti, nec non quod in dicto monasterio et prioratibus eidem subiectis ac parrochialibus et aliis ecclesiis ad monasterium ipsum spectantibus, quamvis eidem monasterio pleno iure non subsint, benediccionem solemnem super populum post missarum, vesperarum et matutinorum sollemnia, dummodo in benediccione huiusmodi aliquis antistes vel apostolice sedis legatus presens non fuerit, elargiri possis, ... Alexandri pape IIII, predecessoris nostri, que incipit „Abbates", et aliis constitucionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, tibi auctoritate apostolica de speciali gracia tenore presencium indulgemus .... D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.

R. Av. 139 fol. 610', R. Vat. 233 fol. 439'. — Taxatio huius litterae in registris deest, rubrica autem eius habet taxationem: ‚XXX'.

---

752. Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus sibi et infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1358 Aprilis 6.

Supplicat S[ti] V[re] humilis orator vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatenus sibi, qui sepius ad loca ecclesiastico interdicto subiecta declinare habet, quod in eisdem locis et alibi ubicunque missas celebrare seu facere celebrari eciam ante diem [possit], dignemini de speciali gracia indulgere.

Fiat in forma G.

Item significat idem archiepiscopus, quod dudum per predecessores suos de bonis mense episcopalis ad supportacionem oneris episcopalis officii in spiritualibus in diocesi Pragensi creati et ordinati fuerunt in ecclesia Pragensi novem archidiaconi, quibus huiusmodi onus commissum fuit. Cum autem obstantibus reservacionibus per S[tem] V[ram] factis dictus archiepiscopus de dictis archidiaconatibus alias ad collacionem suam spectantibus disponere nequeat, et sepe contingat, archidiaconatus ipsos personis minus aptis ad onus predictum supportandum conferri, propter quod prefata diocesis in spiritualibus patitur non modicum persepe defectum[a]), humiliter supplicat dictus archiepiscopus, quatenus sibi dignemini concedere de gracia speciali, quod de dictis archidiaconatibus in dicta ecclesia Pragensi existentibus auctoritate apostolica providere valeat personis, de quibus sibi videbitur expedire, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, seu quod persone huiusmodi beneficia ecclesiastica cum dictis archidiaconatibus se compaciencia obtinere noscantur.

Fiat de duobus archidiaconatibus G.

Item cum Sezema prepositus ecclesie Tynensis Pragensis dioc. vigore quarundam literarum sibi a S^te^ V^ra^ concessarum [1]) canonicatum ecclesie Pragensis obtinens, prebendam in eadem ecclesia vacantem per obitum quondam Bohunconis canonici eiusdem ecclesie acceptaverit et de illa sibi fecerit provideri, eamque teneat pacifice et quiete, dignetur V^ra^ S^tas^ acceptacionem et provisionem huiusmodi confirmare vel de eadem prebenda, si sit reservata, eidem de novo providere. Cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, seu quod preposituram ecclesie Tynensis dicte dioc. noscitur obtinere [b]).

Fiat, nisi alteri fuerit jus quesitum G.

Item supplicat idem archiepiscopus, quatenus sibi providendi auctoritate apostolica tribus personis, de quibus ei videbitur expedire, singulis videlicet earundem de singulis canonicatibus ecclesie Pragensis ac reservandi eadem auctoritate singulas tres prebendas in eadem ecclesia vacantes vel vacaturas, conferendas singulis tribus personis eisdem, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis non obstantibus et clausulis oportunis concedere dignemini de speciali gracia facultatem; non obstante eciam, quod dicte persone beneficia ecclesiastica obtinere noscantur.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus pro dilecto capellano suo commensali Wratiuogio de Mlicowicz dignitatem vel personatum ecclesie Pragensis, eciam si ad illam vel illum per eleccionem quis assumatur, conferendam seu conferendum dicto Wratiuogio donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione etc. ut supra [cum non obstantibus et clausulis oportunis], seu quod dictus Wratiuogius vicariam et altare s. Dyonisii in ecclesia Pragensi obtinet et in canonicum eiusdem ecclesie per capitulum ipsius ecclesie est receptus.

Fiat G.

Item, quatenus dilecto suo capellano commensali Prudote de Wsyetat de canonicatu sub exspectacione prebende ecclesie Pragensis dignemini providere cum reservacione, acceptacione etc., ut supra [cum non obstantibus et clausulis oportunis], seu quod ipse altare s. Margarete in ecclesia Pragensi et parrochialem ecclesiam in Wsyetat Pragensis dioc. ac in ecclesia s. Egidii Pragensi canonicatum et prebendam noscitur obtinere, quod altare s. Margarete et parrochialem ecclesiam, postquam vigore litterarum vestrarum prebendam in prefata ecclesia fuerit assecutus, dimittere est paratus; vel similem graciam facere dignemini eidem P. in ecclesia Wratislaviensi.

Fiat G.

Item, quatenus dilecto capellano suo commensali Ryuino de Radotin de canonicatu sub expectacione prebende ac dignitatis, personatus vel officii collegiate ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, eciam si ad illas vel illum seu illud per eleccionem quis assumatur, dignemini providere, cum reservacione, acceptacione etc ut supra [cum non obstantibus et clausulis oportunis], seu quod idem Ryuinus plebaniam in Antiqua Pilzna Pragensis dioc. noscitur obtinere.

Fiat G.

Item, quatenus pro dilecto suo Henrico Henrici de Dyrnowicz clerico Olomucensis dioc. dignitatem, personatum seu officium vacantes vel vacaturos in ec-

clesia Olomucensi dignemini reservare, conferendos eidem Henrico cum acceptacione, inhibicione etc. ut supra non obstante, quod in dicta ecclesia auctoritate quarundam literarum apostolicarum canonicatum sub expectacione prebende noscitur obtinere.

Fiat G.

Item quatenus dilecto suo Boczkonis (!) clerico Olomucensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Tynensi Pragensis dioc. dignemini providere cum reservacione etc. ut supra; non obstante, quod auctoritate literarum apostolicarum canonicatum ecclesie Wyssegradensis prope Pragam obtinet et prebendam exspectat.

Fiat G.

Item, quatenus pro Ottone quondam Conradi, clerico Pragensi beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, vacans vel vacaturum, spectans ad collacionem etc. archiepiscopi ecclesie Pragensis communiter vel divisim, conferendum eidem Ottoni dignemini reservare, cum acceptacione etc. ut supra.

Fiat G.

Item, quatenus Benedicto Friderici dicti Boemi clerico Pragensis dioc. similem graciam facere dignemini, cum non obstantibus ut supra, ad collacionem prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim.

Fiat G.

Item, quatenus Duczconi [c]) nato Raczconis de Dub militis clerico Pragensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Olomucensi dignemini providere cum reservacione, acceptacione etc. ut supra

Fiat G.

Item, quatenus pro Dytmaro Colde de Postrzyelimow clerico Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum sine cura, spectans ad collacionem etc. episcopi Wratislaiuensis, conferendum eidem dignemini reservare, cum acceptacione etc. ut supra.

Fiat G.

Item, quatenus Slawate Sdinconis de Pyest presbytero Olomucensis dioc. de decanatu ecclesie Opoliensis Wratislauiensis dioc., qui dignitas existit, vacante ad presens per obitum quondam Hinczconis decani eiusdem ecclesie extra Romanam curiam defuncti, eciam si dictus decanatus disposicioni sedis apostolice sit reservatus, dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item supplicat idem archiepiscopus, quatenus sibi concedendi sub sigillo suo quinquaginta personis licenciam eligendi confessores, qui eis, in mortis articulo tantum plenam remissionem peccatorum suorum concedere valea[n]t, auctoritate apostolica facultatem concedere dignemini de gracia speciali.

Fiat de XXV G.

Item supplicat, quatenus nobili mulieri Anargie coniugi nobilis viri domini Vankonis de Wartenberg, baronis regni Boemie, quod monasterium monialium seu sororum ordinis s. Clare in Zuzelicz (!) Misnensis dioc. cum quatuor honestis matronis bis in anno intrare valeat, non obstantibus quibuscunque constitucionibus et privilegiis apostolicis concedere dignemini.

Fiat in forma G.

Item significat eidem S[ti] dictus archiepiscopus, quod dudum vacante parrochiali ecclesia in Cogyetin Olomucensis dioc., ad presentacionem dicti archiepiscopi pertinente, idem archiepiscopus Michaelem de Rudnicz, canonicum monasterii Montis s. Karoli iuxta Pragam ordinis s. Augustini, ad hoc a superiori suo licenciam specialem habentem, domino Johanni episcopo Olomucensi presentavit, idemque episcopus dictum Michaelem ipsius ecclesie instituit in rectorem, quam tenuit et possedit per annos quam plures prout tenet et possidet pacifice et quiete. Supplicat igitur idem archiepiscopus, quatenus presentacionem et institucionem huius[modi] et alia inde secuta rata habentes et grata, illa dignemini de speciali gracia et ex certa sciencia confirmare supplendo omnem defectum, si quis in hiis forsitan intervenit, ac eidem Michaeli de gracia ampliori concedere, quod dictam ecclesiam cum alia parrochiali ecclesia libere valeat permutare constitucionibus apostolicis et aliis ac statutis et consuetudinibus ordinis prefati contrariis non obstantibus quibuscunque et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.[d])

Fiat, si dicta ecclesia consueta fuerit canonicis regularibus assignari, et non fuerit aliud canonicum, quod obsistat, G.

Item significat, eidem S[ti] dictus archiepiscopus, quod nuper feceratis graciam ad supplicacionem domini Romanorum imperatoris dilecto suo Wernhero Tymonis clerico Misnensis dioc. de canonicatu sub exspectacione prebende maioris in ecclesia Misnensi,[1]) quare supplicat idem archiepiscopus, quatenus dignemini eidem Wernhero de dignitate, personatu vel officio, eciam si curam habeat animarum, si vacat vel cum vacabit, in eadem ecclesia de ampliori dono gracie providere, prout in peticione alias super hoc porrecta vestraque beata manu per simplex „fiat" signata petitum extitit, quam vicecancellaria vestra non admittit, cum clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus pro Petro quondam Theodrici advocati de Losslauia presbytero Wratislauiensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, vacans vel vacaturum, spectans ad collacionem, provisionem etc. episcopi Wratislauiensis, conferendum eidem Petro dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione etc. ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, ut in Rudnicensi s. Marie ac in Glacensi et Jermericensi monasteriis canonicorum regularium ordinis s. Augustini Pragensis dioc. celle separate pro singulis fratribus in communi tamen dormitorio construi et incepte perfici valeant, constitucione . . . . Benedicti pape XI non obstante, concedere dignemini graciose.

Faciat et ordinet dictus archiepiscopus, prout sibi videbitur, cuius conscienciam oneramus. G.

Item supplicat, quatenus dignetur S[tas] V[ra] committere examen Wratiuogii de Mlicowicz sui in spiritualibus vicarii generalis, cui nuper concessistis, quod collacio et provisio de vicaria archiepiscopali in ecclesia Pragensi per eundem archiepiscopum sibi facte perinde valerent, ac si nulla de eadem vicaria reservacio facta foret, cum ad sedem apostolicam propter officium sibi incumbens nequeat commode personaliter se conferre.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus cum predicti omnes absentes non sine personarum discrimine pro examine nequeant ad Romanam curiam personaliter se conferre, dignetur Stas Vra eorum examen ad partes committere.

Committimus dicto archiepiscopo G.

Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 109'. — a) ‚defecte' Suppl. b) In marg. dext.: ‚Pro ca[mera]'. c) Corrige: ‚Dirczconi'. d) In marg dext.: ‚Pro ca[mera]'. — 1) Conf. nr. 83. 2) Conf. nr. 705. — Hic rotulus sequentem inscriptionem habet: ‚Rotulus Arnesti archiepiscopi Pragensis'. De gratiis praefatis Sezemae, Michaeli de Rudnicz, Slavatae Sdinconis de Pyest factis etiam in R. Suppl. 28 fol. 175' et fol. 110' mentio fit.

---

753. Arnesto archiepiscopo Pragensi indulgetar, ut in locis ecclesiastico interdicto suppositis missam celebrari facere possit. „Devocionis" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."

. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 633, R. Vat. 233 fol 435.

---

754. Arnesto archiepiscopo Pragensi conceditur, ut tribus personis, quas duxerit eligendas, de singulis canonicatibus ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendarum providere valeat. „Personam tuam" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 636, R. Vat. 233 fol. 437.

---

755. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Vratirogio de Mlíkovicz[a]) canonico Pragensi dignitatem vel personatum ecclesiae Pragensis reservet; non obstantibus, quod perpetuam vicariam in ecclesia Pragensi etc. ut in supplicatione sub nr. 752 obtinet. „Dignum arbitramur" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 138 fol. 210, R. Vat. 233 fol. 86'. — a) ‚Wratiuog. de Mlicowicz' Av.

---

756. Prudotae de Všetat[a]) providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, cum non obstantibus et conditionibus ut in supplicatione sub nr. 752 „Probitatis et virtutum" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Luthomuslensi ac sacristae Avinionensi.

. X X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 265. — a) ‚Prudote de Wsyetat' Av.

757. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Rivino de Radotin[a]) *de canonicatu ecclesie Vissegradensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 752. „Dignum arbitramur“ „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.“*

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol 212'. R. Vat. 233 fol. 171'. — a) ‚Ryuin. de Radotyn‘ Av., ‚Radotin‘ Vat.

---

758. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Henrico Henrici de Drnovicz[a]) *dignitatem, personatum seu officium in ecclesia Olomucensi, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 752. „Dignum arbitramur“ „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.“*

X
. X *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 138 fol. 209', R. Vat. 233 fol. 86. — a) ‚Dyrnowicz‘ Av.

---

759. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Ottoni Conradi beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.“

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 424, R. Vat. 233 fol. 305'.

---

760. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Benedicto Friderici[a]) *dicti Bohemi beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.“*

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 423', R. Vat. 233 fol. 305. — a) ‚Frederici‘ Vat.

---

761. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Držkoni[a]) *nato nobilis viri Rackonis*[b]) *de Dub de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectacione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur“ „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto.“*

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 213, R. Vat. 233 fol. 172. — a) ‚Dyrzcon.‘ Av. b) ‚Raczconis‘ Av.

762. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Ditmaro Koldae de Postřelimov* [a]) *beneficium ecclesiasticum cum cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad episcopi Vratislaviensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."*

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 423', R. Vat. 233 fol. 305. — a) ‚Colde de Postrzyelimov' Av.

---

763. *Nobili mulieri Anargiae uxori nobilis viri Vankonis domini de Wartenberg Pragensis dioc. indulgetur, ut cum quatuor matronis monasterium monialium ordinis s. Clarae in „Zuzelicz"* [1]) *Misnensis dioc. bis in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."*

. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 633, R. Vat. 233 fol. 435 — Reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 312. — [1]) Zhořelec (Görlitz)?

---

764 *Arnesto archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Wernhero Thimonis* [a]) *canonico Misnensi dignitatem, personatum vel officium etiam cum cura in ecclesia Misnensi, reservet, non obstantibus, quod ei de canonicatu dictae ecclesiae sub expectatione praebendae provisum fuit. „Dignum arbitramur" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."*

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 138 fol. 213, R. Vat. 233 fol. 88'. — a) ‚Tymonis' Av.

---

765. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Petro Theoderici dicti Advocati de Wladislavia* [a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad episcopi Vratislaviensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione VIII id. Aprilis a. sexto."*

X
. X . *Avinione, 1358 Aprilis 6.*

R. Av. 139 fol. 423, R. Vat. 233 fol. 304'. — a) ‚Lesslauia' Av.

---

766. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus cum Johanne de Horažďovic, qui olim unum tabernarium occidit, dispensetur, ut praeter capellam s. Egidii Pragensem unum aliud beneficium sine cura obtinere valeat.*

Avinione, 1358 Aprilis 6.

Significat S^ti^ V^re^ devotus vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quod cum olim dilectus suus clericus Johannes natus quondam Merbote de Harawicz Pragensis dioc. in studio existens in domo cuiusdam tabernarii commoratus fuisset, idem tabernarius sibi et sodalibus suis plures displicencias et iniurias intulit, propter quod ipse et sodales sui deliberantes ipsum tabernarium in compensacionem iniuriarum huiusmodi verberare baculis ipsumque castigare taliter, quod eos ulterius non presumeret molestare, post deliberacionem huiusmodi domum ipsius tabernarii animo verberandi, non interficiendi vel mutilandi eundem, intraverunt ac ipsum tunc dormientem excitantes a sompno verbis obprobriosis allocuti fuerunt, ac deinde dictus Johannes ad instigacionem dictorum aliorum sociorum suorum prefatum tabernarium manu in capite percussit et cum ipse ex hoc ira motus evaginato cultello ipsum Johannem vulnerare aut forsan interficere conaretur, ipse videns mortis sibi periculum imminere nec comode valens effugere, manum ipsius tabernarii, ne sibi vulnus infligeret, tenuit et interim unus ex dictis sociis sibi accurrens baculo dictum tabernarium percussit in capite et deficiente sibi dicto baculo et cadente ipsum tabernarium prefato Johanne inscio cultello vulneravit taliter, quod die tercia exspiravit. Verum cum idem Johannes, cum quo alias super hoc, ut in minoribus ordinibus ministrare et beneficium ecclesiasticum sine cura licite obtinere valeret, fuit per sedem apostolicam dispensatum, et qui post dispensacionem eandem capellam s. Egidii in Noua ciuitate Pragensi non curatam extitit assecutus et noscitur obtinere, sit sciencia iuris canonici morumque et vite honestate aliarumque virtutum donis taliter redimitus, quod dignum se reddit gracia ampliori, supplicat idem archiepiscopus, quatenus sibi in personam ipsius Johannis, sui in Romana curia procuratoris, specialem graciam facientes, ut ipse Johannes premissis et aliis contrariis nequaquam obstantibus unum aliud beneficium sine cura obtinere licite valeat, si sibi alias canonice conferatur, dignemini cum eodem Johanne de uberioris dono gracie dispensare, constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, non obstantibus quibuscunque.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione VIII id. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 117'.

---

767. *Johannes Zelm supplicat, quatenus Leutoldo Zelm de cantoria ecclesiae Lubucensis provideatur.*

Avinione, 1358 Aprilis 8.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus vester Johannes Zelm famulus, nepos domini Gurcensis episcopi, quatenus sibi in personam dilecti sui nepotis Leucoldi Zelm, nati quondam Hinczkonis Zelm clerici Wratislauiensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecuti, specialem graciam facientes, eidem Leucoldo de cantoria ecclesie Lubicensis, que dignitas existit, vacante ex eo, quod Petrus de Cuncin-

dorf, qui eandem cantoriam obtinebat, possessionem archidiaconatus Horsouiensis in ecclesia Pragensi, qui eciam dignitas est, vigore litterarum S^{tis} V^{re} est adeptus,[1]) eciam si eadem cantoria alias disposicioni apostolice sit reservata vel alio quovis modo vacet, dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI id. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 107. — [1]) Conf. nr. 718.

---

768. Otto frater episcopi Gurcensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae in ecclesia Vratislaviensi concedantur.

Avinione, 1358 Aprilis 8.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus vester Otto frater germanus . . episcopi Gurcensis, miles Olomucensis dioc., quatenus sibi in personam dilecti amici sui Vlmanni subdiaconi, nati quondam Conradi dicti Schozche militis dicte dioc., specialem graciam facientes, eidem Vlmanno de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis vacante seu proxime vacaturo cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus; vel in ecclesia Olomucensi.

Fiat G.

Item quatenus sibi in personam dilecti sui capellani commensalis Nicolai filii quondam Seduschii de Parua Glogowia[a]) presbyteri Wratislauiensis dioc. similem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem . . . . episcopi Wratislauiensis, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem Nicolao conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri ac non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. . . . .

Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Avinione VI id Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 112. — a) Correctum ex: ,Glogorria' Suppl.

---

769. Nicolao Seduschii de Parva Glogovia reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad episcopi Vratislaviensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Auinione VI id. Aprilis a. sexto. — In e. m. de Leubus[a]) Vratislaviensis dioc. et b. Mariae Virginis in Arena extra muros Vratislavienses monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae s. Agricoli Auinionensis.

. XX . *Avinione, 1358 Aprilis 8.*

R. Av. 139 fol. 411'. — a) ,Leubis' Av.

770. *Fridericus comes Cilliae*[a]) *supplicat, quatenus Johannes Dietrici de Maierhofen*[b]) *ad omnes status et gradus ecclesiasticos restituatur, non obstante, „quod in ecclesia Wischegradensi prope Pragam per prepositum, decanum et capitulum auctoritate ordinaria in canonicum est receptus." „Fiat. . . . . G." „Auinione VI id. Aprilis a. sexto."*

Avinione, 1358 Aprilis 8.

R. Suppl. 29 fol. 113. — a) ‚Cilie' Suppl. b) ‚Maerhof' Suppl.

771. *Ludovicus Ungariae rex supplicat, quatenus Johanni Hodislai de Nova Domo de archidiaconatu Glogoviensi provideatur.*

Avinione, 1358 Aprilis 8.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Ludouicus Vngarie rex . . . . Item supplicat quatenus dilecto sibi Johanni Hodisslay de Nouadomo presbytero Pragensis dioc. de archidiaconatu Glogobiensi, qui dignitas curata in ecclesia Wratislauiensi existit cum canonicatu et prebenda dicte Wratislauiensis ecclesie, vacantibus quondam per mortem Johannis dicti medici V^re^ S^tis^ collacioni reservatis dignemini providere; non obstante, quod idem Johannes ecclesiam parochialem in Chiwnowio[a]) (!) obtinet Pragensis dioc. et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

D. Auinione VI id. Aprilis a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 118'. — a) Correctum ex: ‚Chuorowio' Suppl.

---

772. *Compositio Johannis Hodislai de Nova Domo super annatis de praebenda Vratislaviensi et archidiaconatu Glogoviensi.*

1358 Aprilis 11.

Actum die XI mensis Aprilis a. domini MCCCLVIII in domo [domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]), qua die . . . . Johannes Haodislay de Noua Domo canonicus prebendatus ecclesie Wratislauiensis ac archidiaconus Glogouiensis in predicta ecclesia, de quibus canonicatu et prebenda ac archidiaconatu dicto Johanni fuit provisum per mortem Johannis quondam medici, finavit pro annualibus dictorum beneficiorum, videlicet pro archidiaconatu[b]), quem extimant[c]) XVIII marchas, qualibet computata ad racionem trium florenorum cum dimidio et prebenda VIII marchas extimata ad racionem predictam — dubitabat tamen dictus Johannes, quod dictam prebendam non posset habere, et prothestatus fuit, quod in casu, quo non obtineret, quod pro prebenda non teneretur solvere, quod pro ipsa promisit — [ad] XLV cum dimidio florenos de Florencia ponderis sentencie, quos promisit solvere dictus Johannes in Romana curia ca-

mere predicte cum magisvalencia, si qua sit, infra festum pasche a. LIX sub obligacione bonorum suorum, cum iuramento et renunciacione et submissione et sentenciis consuetis. Presentibus Rigaldo Betelha et magistro Johanne Laus de Misia procuratore in Romana curia. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 158. — a) Suppletum ex fol. 150. b) ‚pro archidiaconatu — pro ipsa promisit' in pagina antecedente eadem manu suppletum. c) ‚extiat' Coll. — De eadem compositione in Coll. Alam. 4 fol. 79 mentio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 184 nr. 10.) Similis nota in Coll. Alam. 290 fol. 34 reperitur.

---

773. *Compositio Johannis Nicolai de Luthomusl super annatis de praebenda ecclesiae Vratislaviensis.*

Avinione, 1358 Aprilis 17.

Actum [die XVII mensis Aprilis a. domini MCCCLVIII, indiccione XI pontificatus domini Innocencii pape VI a. VI in domo . . . Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione],[a] qua die . . . . Johannes quondam[b] Nicolai promisit solvere camere apostolice pro provisione sibi facta de canonicatu et prebenda Vratislauiensi camere apostolice infra festum proximum pasche XX florenos de Florencia in Romana curia cum obligacione et clausulis quibus supra. Presentibus etc. Sixto Johannis Secouiensis dioc. et Cristano Jacobi Brixensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 160. — a) Suppletum ex pagina praecedente et ex folio 158'. b) ‚quendam' Coll. — De compositione praedicti Johannis quondam Nicolai de „Luthemusel" etiam in Coll. Alam. 4 fol. 79 et Coll. Alam. 5 fol. 86' mentio fit: „Composuit ad viginti flor, quos realiter solvit." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 184 nr. 9.) Similis nota in Coll. 290 fol. 33' reperitur, ubi legitur: „solvit tempore debito per manus Petri Hermanni clerici Luthomuslensis XX—XX flor." — Conf. nr. 735.

---

774. *Compositio Slavatae Sdinconis de „Pyest" super annatis de decanatu ecclesiae Opoliensis.*

1358 Aprilis 17.

Item eadem die [XVII mensis Aprilis a. MCCCLVIII][a] Slawata[b] Sdinconis de Pyest presbyter Olomucensis dioc. promisit solvere infra festum proximum pasche camere apostolice in Romana curia XXXV florenos auri de Florencia ponderis sentencie racione provisionis sibi facte de decanatu ecclesie collegiate Opoliensis Wratislauiensis dioc. sub penis et obligacionibus et clausulis quibus supra. Presentibus testibus supra proxime.[c]

Coll. Alam. 8. fol. 160. — a) Suppletum ex litteris in codice praecedentibus. b) ‚Slawate' Coll. c) Id est ut in nr. 773. — De provisione praedicti decanatus praefato Slavatae facta in Coll,

Alam. 4. fol 79 et Coll. Alam. 5 fol. 86' mentio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 184 nr. 11.) — Conf. nr. 752. — Sub eodem dato Avinione reperitur in Coll. Alam 8 fol. 159' et 160 testis Johannes quondam Nicolai canonicus Vratislaviensis. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 160 et 167.)

---

775. Compositio Reimboti[a]) *[Eberhardi] medici imperatoris, super annatis de parochiali ecclesia in Östringen*[b]) *Spirensis dioc., qui promisit solvere 75 flor. „Actum die XX mensis Aprilis [a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii VI a sexto, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione]"* [c]).

Avinione, 1358 Aprilis 20.

Coll. Alam. 8 fol. 161. — Reg. apud Kirsch, Annaten pag. 109 adnotatio 7. — a) ‚Remboti' Coll. b) ‚Osteringen' Coll. c) Suppletum ex litteris in codice praecedentibus. — De compositione praedicta etiam in Coll. Alam. 5 fol. 29' mentio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 109 nr. 11). — Conf. nr. 738. — Sub eodem dato reperitur in Coll. Alam. 8 fol. 160 testis Nicolaus Jacobi de Brux.

---

776. Compositio procuratoris Venceslai de Smilov super annatis de parochiali ecclesia in Zdanicz et obligatio Johannis de Horažďovicz.

Avinione, 1358 Aprilis 30.

Actum die ultima Aprilis a. domini MCCCLVIII [indiccione XI, pontificatus . . . Innocencii VI a. sexto] [a]), [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione], [b]) qua die . . . . magister Johannes de Haravicz, procurator domini archiepiscopi Pragensis in se honus debiti recipiens pro Venceslaus (!) de Smylow presbytero Pragensis dioc. promisit solvere camere apostolice XX flor. auri vel partem mediam fructuum unius anni ecclesie parrochialis in Zdanicz Pragensis dioc. ad eleccionem camere, de qua fuit provisum dicto Venceslaus (!), infra proximum festum pasche camere apostolice cum clausulis consuetis et sentenciis. Presentibus domino Kiliano de Mulhusen et fratre Petro penitenciario Bohemie. — Arnaldus Johannis.

Dicta die et loco dictus Johannes se obligavit, quod, cum dominus archiepiscopus Pragensis providerit duabus personis de duobus archidiaconatibus in ecclesia Pragensi, de quibus est sibi facta gracia, quod possit providere, cum vacaverint, quod ipse d. Johannes infra sex menses, postquam dicta provisio venerit ad noticiam suam, mittet obligacionem illorum, quibus erit provisum, in qua se obligabunt camere apostolice solvere mediam partem fructuum dictorum archidiaconatuum infra annum a provisione sibi facta, et hoc promisit sub penis et sentenciis consuetis; presentibus testibus quibus supra in proxima obligacione — Arn. Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 162. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 adnotatio 5. —) Suppletum ex fol. 160'. b) Suppletum ex fol. 159'. — De compositione praedicti Johannis

super annatis de ecclesia in Zdanicz etiam in Coll. Alam 4 fol. 7' mentio fit, ubi de prorogatione termini adnotatur: „Fuit sibi terminus prorogatus usque ad festum b. Michaelis a. MCCCLX" (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 nr. 12). — In Coll. Alam. 290 fol. 34' de compositione praedicti Venceslai sequens nota reperitur: „Venceslaus(!) de Smylow presbytero Pragensis dioc. fuit provisum VIII id. Aprilis a. VI de parrochiali ecclesia in Zdanicz Pragensis dioc., vacante aput sedem apostolicam per obitum Diuissii de Zdanicz, qui aput eandem sedem diem suum clausit extremum. Finavit ad XX flor. vel mediam partem fructuum unius anni ad eleccionem camere [solvendos] infra festum pache a. MCCCLIX; fuit absolutus et dominus Johannes procurator episcopi (!) Pragensis et promisit solvere ipse Johannes et Conradus Pragensis procurator in curia infra festum proximum omnium sanctorum. Actum die XXVIII mensis Maii a. d. MCCCLIX". — Conf. nr. 747.

---

777. Compositio procuratoris Sezemae praepositi Tynensis super annatis de praebenda ecclesiae Pragensis.

Avinione, 1358 Aprilis 30.

Actum die ultima mensis Aprilis a. [domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii VI a sexto] [a]), [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione] [b]), qua die frater Petrus penitenciarius domini pape de Bohemia de ordine predicatorum, in se honus debiti suscipiens, pro Sezema preposito ecclesie Tymensis [c]) dioc. Pragensis, cui fuit confirmata prebenda ecclesie Pragensis, promisit solvere camere apostolice pro annuali quindecim florenos auri vel partem mediam fructuum unius anni dicte prebende ad eleccionem camere, solvendos infra proximum festum pasche cum obligacioni[bu]s et clausulis ac sentenciis consuetis. Presentibus magistro Johanne Harawicz et magistro Kiliano de Mulhusen Pragensis et Maguntine dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 162'. — Reg apud Kirsch, Annaten I pag. 68 adnotatio 2. — a) Suppletum ex fol. 160'. b) Suppletum ex fol. 159'. c) Corrige: ‚Tynensis'. — De compositione praedicta etiam in Coll. Alam. 4 fol. 7' (ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 68 nr. 13) et de confirmatione praefata in Coll. Alam. 290 fol. 34' mentio fit. — Conf. nr. 752. — In Coll. 8 fol. 162' in duabus notis sequentibus de dato eodem reperiuntur testes: Johannes Harawicz et frater Petrus poenitentiarius Bohemiae in prima, Johannes Harawicz et magister Kilianus de „Mulhusen" in secunda.

---

778. Venceslaus Nicolai de Skalicz supplicat, quatenus sibi de decanatu et praebenda ecclesiae Cremsirensis provideatur.

Avinione, 1358 Maii 5.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus vester Wencesslaus Nicolay de Skalicz clericus Pragensis dioc., baccalarius in sacra theologia, quatenus sibi graciam facientes specialem, de decanatu, canonicatu et prebenda ecclesie collegiate in Cremzierz Olomucensis dioc., vacante per obitum domini Henrici quondam officii ipsius ultimi rectoris, dudum ante mortem ipsius sedi apostolice reservato, eidem dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.
D. Auinione III non. Maii a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 127'. — In marg. dext.: ‚Pro ca[mera]'.

---

779. Collatio archipresbyteratus Pragensis Guilelmo Jacobi de „Aghimonis".

1358 Maii 5.

De archipresbyteratu ecclesie Pragensis cum suis annexis, vacante per obitum Tumidotti de Oiroco(!), fuit provisum Guillelmo Jacobi de Aghimonis III non. Maii a. VI.

Coll. Alam. 4 fol. 7' — Ed. apud Kirsch, Annaten 1 pag. 68 nr. 14.

---

780. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Conrado de Znoima[a]) de canonicatu et praebenda ecclesiae Cremsirensis provideatur, non obstante ut in nr. 781. — „Fiat, si non fuerit alteri ius quesitum G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II non Mai a. sexto."

Avinione, 1358 Maii 6.

R. Suppl. 29 fol. 120 (per errorem post folium 169 positum). — a) ‚Snoima Suppl

---

781. Iudicibus mandatur, quatenus Conrado de Znoima canonicatum et praebendam ecclesiae Cremsirensis conferant.

V
. X .

Avinione, 1358 Maii 6.

Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Luthomuslensi ac . . . . decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque . . . . merita, super quibus . . . . Conradus de Snoyma presbyter Olomucensis dioc. fidedignorum commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Henricus de Brunna custos ecclesie Olomucensis tunc temporis obtinebat, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Henricus ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris, pontificatus nostri a. quinto,[1]) collacioni et disposicioni nostre, dummodo custodia ipsius ecclesie dignitas vel personatus seu officium aut administracio existeret, duximus ea vice specialiter reservanda . . . . Cum itaque postmodum, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Cremsirensis Olomucensis dioc., quos idem Henricus una cum custodia dicte ecclesie Olomucensis, que officium existit, dicte reservacionis tempore obtinebat, per ipsius Henrici obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vaca-

verint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes dictum Conradum . . . . consideracione . . . . Karoli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis illustris, nobis pro eodem Conrado, dilecto capellano suo, ... supplicantis, favore prosequi gracioso, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus . . . . canonicatum et prebendam predictos . . . . eidem Conrado auctoritate nostra conferre et assignare curetis, ... non obstantibus . . . ., quod idem Conradus super parrochiali ecclesia in Jermeritz dicte Olomucensis dioc. iu palacio apostolico noscitur litigare . . . . D. Auinione II non. Maii a. sexto.

R. Av. 138 fol. 446'. — [1]) 1357 Augusti 23.

---

782. *Johannes episcopus Luthomuslensis, imperialis aulae cancellarius, supplicat, quatenus Leoni Nicolai de Luthomusl*[a]) *de canonicatu et praebenda ecclesiae Olomucensis provideatur, non obstante ut in nr. 783. — „Fiat si non fuerit alteri ius quesitum G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II non. Maii a. sexto."*

Avinione, 1358 Maii 6.

R. Suppl. 29 fol. 120 (per errorem post folium 169 positum). — a) ‚Luthomusel' Suppl.

---

783. *Iudicibus mandatur, quatenus Leoni Nicolai de Luthomusl canonicatum et praebendam ecclesiae Olomucensis conferant.*

X̿
. X .

Avinione, 1358 Maii 6.

Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Pragensi et . . episcopo Luthomuslensi ac d. f. . . decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis salutem etc. Probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos d. f. Leo Nicolai de Luthomusel clericus Luthomuslensis . . . . commendatur, nos inducunt, ut eum favoribus . . . . prosequamur. Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Henricus de Brunna custos ecclesie Olomucensis tunc temporis obtinebat, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Henricus ageret in humanis, videlicet X kal. Septembris pontificatus nostri a. quinto,[1]) duntamen custodia dicte ecclesie dignitas, personatus, officium, seu administracio in eadem ecclesia reputaretur, collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservanda . . . . Cum itaque postea, sicut accepimus, canonicatus et prebenda predicte ecclesie, quos dictus Henricus cum dicta custodia, que in eadem ecclesia officium reputatur, predicte reservacionis tempore obtinebat, per ipsius Henrici obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes dictum Leonem . . . . prosequi favore gracie specialis, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus . . . . canonicatum et prebendam predictos . . . . eidem Leoni . . . . auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . ., nonobstantibus . . . ., quod idem Leo beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine

cura, ad . . . . abbatisse et conventus monasterii b. Marie in Antiqua Brunna, Cisterciensis ordinis Olomucensis dioc. collacionem . . . . pertinens, auctoritate nostra dicitur expectare . . . . D. Auinione II non. Maii a. sexto.

R. Av. 138 fol. 424'. — 1) 1357 Augusti 23.

---

784. Fridericus a) episcopus Ratisponensis quittatur de solutione partis sui communis servitii per manus Henrici de Egra notarii sui. „Auinione die XII mensis Maii a. [. . . . domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. sexto].b)

Avinione, 1358 Maii 12.

Obl. et Sol. 32 fol. 17, 33 fol. 23' — a) ‚Fredericus' Obl. b) Suppletum ex litteris in codice praecedentibus. — De eadem solutione sub eodem dato in Int. et Exit. (1358) 286 fol. 14' nota reperitur.

---

785. Obligatio magistri Johannis de Gelnhausen a) et Johannis Fresonis pro Henrico de „Sunsheim" 1) ratione confirmationis praebendae Neuhausensis b) extra muros Wormatienses. „Actum die XV mensis Maii [a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii VI a. sexto, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione].c)

Avinione, 1358 Maii 15.

Coll. Alam. 8 fol. 165. — a) ‚Geylenhusen' Coll. b) ‚Nuhusensis' Coll. c) Suppletum ex obligationibus praecedentibus. — 1) Sondheim?

---

786. Compositio Conradi de Znoima super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae Cremsirensis.

Avinione, 1358 Maii 15.

Actum die XV mensis Maii [a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii VI a. sexto]a), [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione],b) qua die Conradus [de] Snoima Olomucensis dioc. promisit solvere camere apostolice quinquaginta florenos auri de Florencia ponderis sentencie, solvendos infra proximum festum pache, sub obligacioni[bu]s, penis, submissione et sentenciis consuetis pro provisione sibi facta de canonicatu et prebenda ecclesie Cremsirensis dicte dioc. Presentibus dominis Johanne Parvi et Baldoino Ricardi Rothomagensis et Morinensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 164'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 71 adnotatio 4. — a) Suppletum ex fol. 160'. b) Suppletum ex fol. 159'. — De compositione praedicta etiam in Coll. Alam 4 fol. 9 mentio fit. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 71 nr. 10.) — In Coll. Alam 290.

fol. 34' de eadem compositione sequens nota reperitur: ‚Conrado de Snoima . . . . fuit provisum II non. Maii a. VI de canonicatu et prebenda ecclesie Cremsirensis . . . . Composuit ad L flor. solvendos infra festum penthecostes domini a. MCCCLIX (sic). Insuper composuit Wenceslaus Nicolai pro ista prebenda sibi collata (conf. nr. 788) III non. Maii a. VI.' — Conf. nr. 781.

---

787. Compositio Leonis Nicolai de Luthomusl super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae Olomucensis.

Avinione, 1358 Maii 15.

Actum die XV mensis Maii [a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii VI a. sexto][a]), [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione],[b]) qua die Leo condam Nicolai Luthomusel pro provisione sibi facta de canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis promisit solvere camere apostolice pro annuali XXX florenos auri de Florencia ponderis sentencie infra festum penthecostes a. MCCCLIX cum magisvalencia et modis, obligacionibus et sentenciis consuetis. Presentibus domino Baldeino Ricardi Morinensis dioc. et domino Henrico Biscop. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 165'. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 71 adnotatio 5. — a) Suppletum ex fol. 160'. b) Suppletum ex fol. 159'. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 9 mentio fit, ubi de prorogatione termini adnotatur: „Die VIII mensis Junii sibi fuit prorogatus terminus usque ad mensem." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 71 nr. 11.) Similis nota in Coll. Alam. 290 fol. 35 reperitur, ubi etiam de prorogatione adnotatur: „Die VIII mensis Junii a. MCCCLIX fuit sibi prorogatus terminus usque ad mensem." — Conf. nr. 783.

---

788. Compositio Venceslai Nicolai de Skalicz super annatis de decanatu et canonicatu cum praebenda ecclesiae Cremsirensis.

Avinione, 1358 Maii 17.

Actum [die XVII Maii][a]) [a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . Innocencii VI a. sexto][b]), [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione].[c]) qua die Wenceslaus Nicolai de Scalicz clericus Pragensis dioc., baquallarius in theologia, promisit solvere camere apostolice ad requestam dominorum camere vel alterius ipsorum pro annuali debito per ipsum racione provisionis sibi facte de decanatu cum canonicatu et prebenda [ecclesie] collegiate in Scremzierz[d]) Olomucensis dioc. IIII^C^XXV flor. auri de Florencia ponderis sentencie sub oblig[acionibus] et penis, sentenciis et magisvalencia predictorum beneficiorum. Presentibus Bernardo de Berne et (![e]) — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 166. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 71 adnotatio 7. — a) Suppletum ex nota praecedente. b) Suppletum ex fol. 160'. c) Suppletum ex folio 159'. d) Corrige: ‚Cremzierz'. e) Nomen alterius testis est ommissum. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 9 mentio fit, ubi adnotatur: „Supra composuit Conradus de Snoindo (Corrige: ‚Snoima')

pro ista praebenda sibi collata II non. Maii a. VI ad L flor. (Ed apud Kirsch, Annaten I pag. 71 nr. 12.) Conf. nr. 786. De compositione Venceslai Nicolai de Skalicz et Conradi de „Snoima“ etiam in Coll. Alam. 290 fol. 35' similis nota reperitur. — Conf. nr. 778.

---

789. *Petrus de Hornbach supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis provideatur, non obstante ut in nr. 790. „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villam novam XIII kal. Junii a. sexto.*

Apud Villamnouam, 1358 Maii 20.

R. Suppl. 29 fol. 142'. — In marg dext.: „Pro ca[mera].“

---

790. *Petro de Hornbach conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1358 Maii 20.*

D. f. Petro de Hornbach canonico ecclesie Pragensis salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos d. f. Willelmus de Hasemburg natus d. f. nobilis viri Sbinkonis de Hasemburg militis, olim dicte ecclesie canonicus, in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Willelmi, per eum de ipsis canonicatu et prebenda in manibus ven. fr. nostri Petri Ostiensis episcopi apud sedem apostolicam sponte factam et per ipsum episcopum apud eandem sedem de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo vive vocis admissam, apud sedem ipsam vacaverint et vacare noscantur ad presens, nullusque de ipsis preter nos hac vice disponere potuerit neque possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari, nos volentes tibi . . . . graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus, ... non obstantibus . . . . quod, ut asseris, nos de parrochiali ecclesia in Meudich Inferiori [1]) Treuerensis dioc. per resignacionem ex causa permutacionis factam vacante tibi duximus providendum, licet super provisione huiusmodi nondum litere apostolice sint confecte . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XIII kal. Junii a. sexto

In e. m. . . . . episcopo Luthomuslensi et . . . . preposito Cracoviensis ac . . decano Omnium Sanctorum in castro Pragensi ecclesiarum . . . .

R. Av. 139 fol. 121, R. Vat. 233 fol. 109'. — [1]) Meurich in Prussia distr. Trier?

---

791. *Johannes episcopus Olomucensis supplicat, quatenus provisiones et collationes factae Johanni de Boskovicz [a]) de decanatu ecclesiae Cremsirensis et Ni-*

colao de Mělník[b]) *de canonicatu et praebenda eiusdem ecclesiae confirmentur aut eis de novo provideatur de eisdem, non obstante ut in nr. 792 et 793. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii a. sexto.“*

Apud Villamnovam, 1358 Junii 1.

R. Suppl. 29 fol. 185. — a) ‚Boskowicz‘ Suppl. b) ‚Melnico‘ Suppl.

---

792. *Johanni de Boskovicz confirmatur collatio decanatus ecclesiae Cremsirensis.*

.X̄. *Apud Villamnovam, 1358 Junii 1.*

D. f. Johanni de Boskowicz canonico Olomucensi salutem etc. Exigentibus probitatis . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim decanatu ecclesie Cremsierensis Olomucensis dioc. per obitum quondam Henrici de Brunna ultimi eiusdem ecclesie decani, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, ven. fr. noster Johannes episcopus Olomucensis decanatum ipsum, qui, ut asseritur, dignitas curata in eadem ecclesia existit, sic vacantem et ad ipsius episcopi collacionem pertinentem . . . . tibi canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent, contulit et de eo eciam providit, et licet vigore collacionis et provisionis huiusmodi ipsius decanatus possessionem obtineas, dubitas tamen ipsum tempore collacionis et provisionis predictarum fuisse disposicioni apostolice reservatum, teque posse propterea super eo imposterum molestari. Nos igitur intendentes te, pro quo eciam idem episcopus . . . . supplicavit, ... favore prosequi gracioso, ... volumus et apostolica tibi, canonicatum et prebendam in ecclesia Olomucensi et parrochialem ecclesiam in Chunowicz dicte dioc. obtinenti, auctoritate concedimus, quod collacio et provisio predicte et alia inde secuta perinde a data presencium valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, dummodo tempore dicte date in eodem decanatu non fuerit alteri specialiter ius quesitum, ac si de ipso nulla per sedem apostolicam reservacio facta foret. Volumus autem, quod dictam parrochialem ecclesiam, quam extunc vacare decernimus, prout et ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii a. sexto.

R. Av. 139 fol. 634′, R. Vat. 233 fol. 436.

---

793. *Nicolao de Mělník confirmatur collatio canonicatus et praebendae ecclesiae Cremsirensis.*

.X̄. *Apud Villamnovam, 1358 Junii 1.*

D. f. Nicolao de Melnico preposito ecclesie s. Petri Brunnensis Olomucensis dioc. salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Exhibite siquidem nobis nuper

pro parte tua peticionis series continebat, quod dudum canonicatu et prebenda ecclesie Cremsiriensis Olomucensis dioc. per obitum quondam Henrici de Brunna eiusdem ecclesie canonici, qui extra curiam Romanam debitum nature persolvit, vacantibus, ... Johannes episcopus Olomucensis canonicatum et prebendam predictos sic vacantes et ad ipsius episcopi collacionem pertinentes . . . . tibi canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent, contulit et de illis eciam providit, et licet vigore collacionis et provisionis huiusmodi canonicatum et prebendam eosdem extunc possederis, prout possides, pacifice et quiete, dubitas tamen ipsos tempore collacionis et provisionis predictarum fuisse disposicioni apostolice reservatos, teque posse propterea super eis imposterum molestari. Nos igitur intendentes te, pro quo eciam idem episcopus . . . . supplicavit, ... favore prosequi gracioso, ... volumus et apostolica tibi, preposituram s. Petri Brunnensis dicte dioc. ac canonicatum et prebendam Olomucensis ecclesiarum obtinenti, auctoritate concedimus, quod collacio et provisio predicte et alia inde secuta perinde a data presencium valeant plenamque obtineant roboris firmitatem, dummodo tempore dicte date in canonicatu et prebenda predictis non fuerit [a]) alteri specialiter ius quesitum, si de ipsis nulla per sedem apostolicam reservacio facta foret . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii a. sexto.

R. Av. 139 fol. 629, R. Vat. 233 fol. 433. — a) ‚fueris' Av.

---

794. *Conradus Conradi baronis de Tannroda*[a]) *clericus Maguntinae dioc., studens Auinione, supplicat, quatenus cum ipso, in 22 aetatis suae anno constituto, dispensetur, ut ecclesiam in Luckau*[b]) *Misnensis dioc. retinere valeat. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Junii 1.

R. Suppl. 29 fol. 186. — a) ‚Tanrode' Suppl. b) ‚Luckow', ‚Luckewe' Suppl.

---

795. *Judicibus mandatur, quatenus Conrado nato Conradi de Tannroda parochialem ecclesiam in Luckau conferant et cum eo super aetatis defectu dispensent.*

V
. X .

Apud Villamnovam, 1358 Junii 1.

Dd. ff. preposito Magdeburgensis et . . b. Marie in Erfordia Maguntinensis dioc. ac . . s. Agricoli Avinionensis decanis ecclesiarum salutem etc. Nobilitas generis . . . . et alia . . . . merita, super quibus d. f. Conradus natus d. f. nobilis viri Conradi domini de Tanrode, canonicus Nuemburgensis, apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut ei reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis pro parte ipsius Conradi nati peticio continebat, quod olim parrochiali ecclesia in Luckow Misnensis dioc., per obitum quondam Johannis de Kalow ipsius ecclesie rectoris, vacante, d. f. nobilis vir Fredericus marchio Misnensis, ipsius ecclesie verus patronus, dictum Conradum natum, tunc

defectum etatis pacientem, prout patitur, cum in vicesimo secundo etatis sue anno vel circa constitutus existeret, prout existit, ad eandem ecclesiam quondam Henrico de Kothewicz archidiacono Lusicensi in ecclesia Misnensi infra tempus legittimum alias canonice presentavit, idemque Henricus archidiaconus, cum ad archidiaconum Lusicensem in eadem Misnensi ecclesia pro tempore existentem institucio rectoris dicte parrochialis ecclesie de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere noscatur, ipsum Conradum natum in rectorem parrochialis ecclesie instituit supradicte. Cum itaque secundum premissa presentacio et institucio predicte viribus non subsistant, ... nos volentes dictum Conradum natum, Auinione in iure canonico, ut asseritur, studentem, ... favore prosequi gracioso, discrecioni vestre . . . . mandamus, quatenus . . . . dictam parrochialem ecclesiam, si, ut premittitur, vacat . . . ., eidem Conrado nato . . . . conferre et assignare curetis . . . ., non obstantibus . . . ., quod idem Conradus natus Nuemburgensis cum prebenda et Merseburgensis ecclesiarum sub expectacione prebende, ut asseritur, canonicatus noscitur obtinere, et insuper cum dicto Conrado nato, ut huiusmodi etatis defectu ac Lateranensis et Lugdunensis conciliorum et qualibet alia constitucione contraria nequaquam obstantibus eandem parrochialem ecclesiam, si eam per nos sibi conferri contigerit, libere recipere et licite retinere valeat, predicta auctoritate dispensetis . . . . D. apud Villamnovam Auinionensis dioc. kal. Junii a. sexto

R. Av. 139 fol. 374, R. Vat. 233 fol. 276.

---

796. *Praeposito, decano ac officiali Misnensi mandatur, quatenus Ottoni nato Ottonis burgravii de Donin*[a]) *parochialem ecclesiam in Donin*[a]) *conferant, non obstantibus, quod dictus Otto canonicatum ecclesiae Misnensis obtinet et defectum in aetate patitur in 23 anno constitutus. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. kal. Junii pontificatus nostri a. sexto."*

V
. X . *Apud Villamnovam, 1358 Junii 1.*

R. Av. 139 fol. 397', R. Vat. 233 fol. 292. — a) ‚Donyn' Av. — In R. Av. 139 fol. 720' et R. Vat. 233 fol. 491 sub eodem dato inhabilitatis et infamiae nota per praefatum Ottonem occasione defectus aetatis contracta aboletur. Compositio super annatis apud Kirsch, Annaten I pag. 154.

---

797. *Dionisius natus Troiani*[a]) *militis de Doubravicz*[b]) *clericus Pragensis dioc., nullum ecclesiasticum assecutus beneficium, supplicat, quatenus sibi de aliquo ecclesiastico beneficio sine cura, ad collationem archiepiscopi Pragensis spectante, provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G." . . . . „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Junii a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Junii 2.

R. Suppl. 29 fol. 188'. — a) ‚Troyani' Suppl. b) ‚Dubrauicz' Suppl.

798. *Johannes Petri de Klení*[a]) *clericus Pragensis dioc., nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, studens in iure canonico, supplicat, quatenus sibi de aliquo beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis spectante, provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioe. IIII non. Junii a. sexto.“*

Apud Villamnovam, 1358 Junii 2.

R. Suppl. 29 fol. 188'. — a) ‚Klenye‘ Suppl

---

799. *Compositio Petri de Hornbach super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis.*

Avinione, 1358 Junii 5.

Die [V mensis Junii][a]) [a. d. MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus .... Innocencii VI a. sexto][b]), [in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice Auinione].[c]) qua die dominus Petrus de Horenbach promisit solvere camere apostolice pro annuali debito per ipsum racione provisionis sibi facte de canonicatu et prebenda Pragensibus XIII florenos infra festum omnium sanctorum proxime venturum cum clausulis consuetis. Presentibus Arnaldo Kale et Nicolao dicto Vlanderman — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol 169. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 adnot. 1. — a) Suppletum ex pagina praecedente. b) Suppletum ex fol. 160'. c) Suppletum ex folio 159'. — De compositione praedicta reperiuntur notae in Coll Alam. 4 fol. 7 (ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 67 nr. 7) et in Coll. Alam. 290 fol. 16', ubi adnotatur praefatum Petrum praedictos 13 flor. (apud Kirsch per errorem: ‚12‘) tempore debito solvisse. — Conf. nr. 790.

---

800. *Compositio Johannis de Bozkoviez et Nicolai de Mělník super annatis de decanatu et canonicatu cum praebenda ecclesiae Cremsirensis.*

1358 Junii 9.

Die IX mensis Junii a. [domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini Innocencii a. VI, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]) .... Johannes de Boscouecz et Conradus Henrici Pragensis procurator in Romana curia promiserunt solvere et satisfacere camere apostolice infra proximum festum penthecostes annualia eidem camere debita racione confirmacionum factarum de decanatu ecclesie Cremsirensis Olomucensis dioc. dicto Johanni et Nicolao de Medlico[b]) preposito Brunnensi de canonicatu et prebenda ecclesie Cremsirensis dicte Olomucensis dioc., de quibus annualibus secundum taxum decime vel partis medie fructuum unius anni fuit informacio commissa collectori Paduano in partibus illis; de qua informacione dictus Johannes promisit infra dictum terminum idonee certificare cameram sub obligacionibus et omnibus clausulis et sen-

tenciis consuetis. Presentibus Guidone de Valleta Caturcensis et Hermanno de Nova Domo Olomucensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Col. Alam. 8 fol. 169'. — Reg apud Kirsch, Annaten I pag. 71 adnot. 8. — a) Suppletum ex pagina praecedente b) Corrige: ‚Melnico'. — De compositione Johannis de Boskoviez in Coll. Alam. 4 fol. 9 sequens nota reperitur: „De decanatu ecclesie Cremsirensis Olomucensis dioc. fuit facta confirmacio Johanni de Boscouecz canonico ecclesie Olomucensis vel sibi de eo de novo provisum kal. Junii a. VI; composuit ipse et Conradus Pragensis procurator in Romana curia ad partem mediam fructuum vel taxum solvendum infra festum pentecostes a. MCCCLIX." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 71 nr. 13). De compositione procuratorum Nicolai de Mělnik in Coll. Alam. 4 fol 9 sequens nota reperitur: „Prebenda ecclesie Cremsirensis Olomucensis dioc. fuit confirmata Nicholao de Merlico (corrige: ‚Melnico') preposito Brunensi kal. Junii a. VI; composuit Johannes de Boscovercz (corrige: ‚Boskowecz') et Conradus Pragensis pro isto ad mediam partem fructuum vel taxum solvendum infra festum pentecost. a. MCCCLIX." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 72 nr. 14). De eadem compositione praedicti Nicolai etiam in Coll. Alam. 290 fol. 40 nota reperitur, ubi legitur: „Composuit Johannes de Boscouecz et Conradus N i c o l a i Pragensis" etc. — Conf. nr. 792 et 793.

---

801. *Obligatio Thimonis de Lungwitz et Henrici plebani in Glina occasione compositionis Guntheri de Kottwicz.*

1358 Junii 9.

Die IX mensis Junii a. [d. MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini Innocencii a. VI, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a] Tymo de Lonkewitz rector parrochialis ecclesie in Pvtzkow Misnensis dioc. et Henricus plebanus in Glina Halberstadensis dioc. promiserunt solvere, non receden[te]s a prima obligacione, triginta flor. auri camere apostolice, in quibus solvendis alias se obligaverunt solvere Gumptherus de Kochewitz archidiaconus Luzacie dioc. predicte et Conradus de Walhusen, Peregrinus de Fine et Kirtanus de Wiczeleiben Nuemburgensis dioc. eidem camere infra terminum iam elapsum,[1]) solvendos infra proximum festum omnium sanctorum a. LVIII. Presentibus Johanne Bouini (?) et Martino de Tvngau (!) Misnen. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 170. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 153 adnot. 3. a) Suppletum ex fol. 169'. — [1]) Conf. nr. 529. — In tribus obligationibus sequentibus in eodem codice Tymo de Lonckewicz Misnensis dioc. sub eodem dato testis reperitur.

---

802. *Eringus in abbatem monasterii Teplensis electus eidem monasterio praeficitur.*

V V V
. X X X .

Apud Villamnovam, 1358 Junii 27.

D. f. Eringo abbati monasterii Teplensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc. salutem etc. Summi disposicione rectoris . . . . Dudum siquidem quondam Beneda abbate monasterii Teplensis Premonstratensis ordinis Pragensis

dioc. regimini dicti monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice sedis providenciam ydoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero dicto monasterio per obitum dicti Benede abbatis, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante dilecti filii conventus dicti monasterii, huiusmodi reservacionis et decreti, ut asseritur, ignari, te canonicum dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professum, in presbyteratus ordine constitutum, in eorum et dicti monasterii abbatem per formam compromissi licet de facto concorditer elegerunt, tuque, reservacionis et decreti predictorum similiter inscius, eleccioni huiusmodi de te facte consenciens, eleccionem ipsam a d. f. Petro abbate monasterii Montis Syon alias Straheniensis [a]) prope Pragam dicti ordinis, patre abbate eiusdem Teplensis monasterii [b]), ad quem patrem abbatem confirmacio eleccionis abbatis dicti monasterii Teplensis, qui est pro tempore, tam ex institutis dicti ordinis per sedem apostolicam ex certa sciencia, ut asseritur, approbatis quam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere dinoscitur, reservacionem et decretum predicta similiter ignorante, obtinuisti confirmari et per . . . . Arnestum archiepiscopum Pragensem auctoritate ordinaria tibi munus benediccionis impendi eciam de facto teque administracioni bonorum dicti monasterii Teplensis per duos annos vel circa in spiritualibus et temporalibus ingessisti et demum, reservacione et decreto predictis ad tuam deductis noticiam, huiusmodi eleccionis, confirmacionis ac muneris impensionis negocium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur eleccionem et confirmacionem predictas, utpote post et contra reservacionem et decretum predicta de facto, ut premittitur, attemptatas, irritas, prout erant, et inanes reputantes, ac ad provisionem ipsius monasterii Teplensis celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice . . . . se intromittere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne dictum monasterium Teplense longe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio Teplensi personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, literarum sciencia, vite ac morum honestate et aliis virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus necnon dictorum conventus te eligencium unanimi voluntate debita meditacione pensatis, de persona tua eidem monasterio Teplensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii Teplensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo et nichilominus munus benediccionis tibi, ut prefertur, impensum et que per te circa administracionem bonorum ipsius monasterii Teplensis alias . . . . rite acta sunt, auctoritate predicta approbamus, in illo, qui dat gracias et largitur premia confidentes, quod dextra domini tibi assistente propicia prefatum monasterium Teplense per tue diligencie studium prospere dirigetur et salubria dante domino suscipiet incrementa. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino dicti monasterii Teplensis prompta devocione supportans, curam et administracionem predictas sic salubriter

geras et sollicite prosequaris, quod prefatum monasterium Teplense administratori fructuoso gaudeat se commissum, tuque preter eterne retribucionis premium nostre benivolencie graciam uberius consequi merearis. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Julii a. sexto.

In e. m dd. ff. conventui monasterii Teplensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc. . . . .

In e. m. . . . . abbati monasterii Montis Syon alias Strahouiensis prope Pragam, Premonstratensis ordinis . . . .

R. Av. 138 fol. 315'. — a) Corrige: „Strahouiensis". b) ‚monasteriorum' Av.

---

803. Nobili viro Guilelmo [a]) domino de Hasenburg Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII kal. Julii a. sexto."

Apud Villamnovam, 1358 Junii 28.

R. Av. 138 fol. 241, R. Vat. 233 fol. 511'. — a) ‚Wilhelmo' Av.

---

804. Reinboldus Bauri de Bopardia supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Bambergensis, vacantibus per liberam resignationem Guilelmi [a]) nati Zbinkonis [b]) de Hasenburg [c]) baronis regni Bohemiae, in manibus Stephani archiepiscopi Tholosani per procuratorem factam, provideatur. [d]) — „Fiat G." — Item supplicat Johannes Pauli thesaurarius camerae domini imperatoris, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Olomucensis provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Julii a sexto."

Apud Villamnovam, 1358 Junii 29.

R. Suppl. 29 fol. 202'. — a) ‚Wilhelmi' Suppl. b) ‚Spinconis' Suppl. c) ‚Hasenbergh' Suppl. d) In marg. dext.: ‚Pro ca[mera]'.

---

805. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Pauli canonicatum et praebendam ecclesiae Olomucensis conferat.

X
. X . *Apud Villamnovam, 1358 Junii 29.*

D. f. officiali Pragensi salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Olomucensis, quos d. f. Bohussius olim ipsius ecclesie canonicus tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Bohussii de illis, per d. f. Cunssonem [a]) Henrici, ipsius Bohussii in [b]) Romana curia procuratorem ad hoc ab eo specialiter constitutum, in manibus ven. fr. Stephani

archiepiscopi Tholosani camerarii nostri apud sedem apostolicam sponte factam et per eundem archiepiscopum apud sedem ipsam admissam, de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo vive vocis, apud sedem eandem vacaverint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes d. f. Johannem Pauli clericum Pragensis dioc., camere . . . . Caroli Romanorum imperatoris . . . ., ut asseritur, thesaurarium, ... favoribus prosequi graciosis, discrecioni tue . . . . mandamus, quatenus . . . . canonicatum et prebendam predictos sic vacantes . . . . eidem Johanni Pauli auctoritate nostra conferre et assignare procures . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dic. III kal. Julii a. sexto.

R. Av. 139 fol. 177, R. Vat. 233 fol. 150. — [a]) ‚Cinissonem' Av., ‚Cunssonem' Vat. [b]) ‚et in' Av.

---

806. *Vacae de Libochovicz* [a]) *laico Pragensis dioc. et Annae eius uxori indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam III kal. Julii a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Junii 29.

R. Av. 138 fol. 241, R. Vat. 233 fol. 512. — [a]) ‚Wace de Libochowicz' Av.

---

807. *Zbraslavio dicto Vodae de Chylicz* [a]) *laico Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. III kal. Julii a. sexto."*

.X. *Apud Villamnovam, 1358 Junii 29.*

R. Av. 138 fol. 241, R. Vat. 233 fol. 512. — [a]) ‚Sbraslauio d. Wode de Chilicz' Av.

---

808. *Guido episcopus Portuensis supplicat, quatenus Johanni Nicolai de Luthomusl de dignitate, personatu vel officio ecclesiae Vratislaviensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1358 Julii 15.

Supplicat S[ti] V[re] Guido Portuensis episcopus, quatenus procuratori suo dilecto in illis partibus Johanni quondam Nicolai de Luthomusel de dignitate, personatu vel officio ecclesie Wratislauiensis cum cura vel sine cura, ad collacionem . . . . episcopi et capituli Wratislauiensis in ecclesia vel extra communiter vel divisim spectante, si vacat ad presens vel cum vacaverit, dignemini providere cum reservacione, acceptacione, inhibicione, decreto etc.; non obstante, quod in ecclesia s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. canonicatum et prebendam obtinet et quod de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis predicte

per S. V[ram] sibi est provisum, quorum possessionem nondum est adeptus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Julii a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 219.

---

809. Johanni nato quondam Nicolai de Luthomusl[a]) *reservatur dignitas, personatus aut officium cum vel sine cura, spectans ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 808. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Julii a. sexto." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Luthomuslensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1358 Julii 15.*

R. Av. 138 fol. 211', R. Vat. 233 fol. 87'. — a) ‚Luthomusel' Av.

---

810. Johanni de „Lagreleycha" clerico Claromontensis dioc. reservatur archipresbyteratus in Roanne[a]) *sine cura Lugdunensis dioc. „Laudabile testimonium" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Julii a. sexto." — In e. m. archidiacono Pragensis et decano ac Petro de Croseto canonico Lugdunensis ecclesiarum.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1358 Julii 15.*

R. Av. 138 fol. 621. — a) ‚Roddanne' Av.

---

811. Johannes Pauli canonicus Pragensis, magister Stephanus canonicus regularis monasterii Rudnicensis[a]), *Andreas de Řečicz*[b]), *Kunšo de Veselí*[c]) *et Nicolaus dictus Pekkel ac coniunx eius de Argentina supplicant, quatenus ipsis licentia eligendi confessores, qui eis in mortis articulo plenam remissionem peccatorum concedere valeant, concedatur. — Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Augusti a. sexto".*

Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.

R. Suppl. 29. — a) Per errorem: ‚Buduicensis' Suppl. b) ‚Reczicz' Suppl. c) ‚Cunsso de Vessel' Suppl.

---

812. Guilelmus de Lestkov supplicat, quatenus Johanni Alberti de Vojkov et Ulrico Brunonis de Řeka de beneficiis ecclesiasticis provideatur.

Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.

Supplicat S[ti] V[re] devotus ac humilis orator vester Wilhelmus de Lescau canonicus Pragensis ac . . . . Karoli Romanorum imperatoris nuncius specialis, quatenus sibi in personam dilecti sui consanguinei Johannis Alberti de Woycow diaconi Pragensis specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel proximo vacaturo, spectante ad collacionem . . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim, eidem Johanni dignemini providere cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus pro Vlrico Brunonis de Rzyeka clerico Pragensis dioc., nepote suo ex sorore, beneficium ecclesiasticum sine cura, vacans vel vacaturum, spectans ad collacionem . . . . archiepiscopi Pragensis, conferendum eidem Vlrico donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione etc. ut supra. et cum commissione examinis ad partes.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Augusti a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 218.

---

813. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Alberti de Vojkov [a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis pertinens, reservet. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Augusti a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.

R. Av. 167 fol. 71. — a) ‚Woycow' Av.

---

814. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Ulrico Brunonis de Řeka [a]) *beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Pragensis spectans, reservet. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Augusta a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.

R. Av. 167 fol. 71'. — a) ‚Vlric. Brumonis de Rzyeka' Av.

---

815. Praepositus et conventus canonicorum ordinis s. Augustini in Jaroměř supplicant, quatenus erectio parochialis ecclesiae ibidem in conventualem eiusdem monasterii confirmetur.

Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.

Supplicant S^u V^re devoti vestri prepositus et conventus canonicorum regularium in Jermyer ordinis s. Augustini Pragensis dioc., quod cum venerabilis in Christo pater Arnestus archiepiscopus Pragensis parochialem ecclesiam ibidem in Jermyer olim prepositure ecclesie Omnium Sanctorum in castro Pragensi annexam ab huiusmodi annexione de consensu prepositi et capituli ipsius ecclesie Omnium Sanctorum ac eciam capituli ecclesie Pragensis diviserit et in ecclesiam seu monasterium dictorum canonicorum regularium conventualem erexerit, facta recompensacione dicte prepositure, et nonnulla alia circa premissa ordinaverit, dictaque conventualis ecclesia post huiusmodi divisionem et erectionem per nonnullos Christi fideles pluribus annuis perpetuis redditibus sit ampliata, quatenus premissa et eciam, si que eidem ecclesie seu monasterio per Christi fideles donata fuerint legitime in futurum, dignemini cum insercione tenoris litterarum et supplecione defectuum ex certa sciencia confirmare.

Exhibeatur in vicecancellaria et, si racionabilis fuerit, confirmetur G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam XVI kal. Augusti a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 220'. — Conf. Tadra, Cancellaria Arnesti (Archiv für oesterr. Gesch. LXI Bd. II. Hälfte) pag. 434.

---

816. *Petrus Nicolai de Lomnicz supplicat, quatenus secum super defectu natalium dispensetur.*

Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.

Supplicat S^ti V^re devotus vester Petrus natus Nicolai de Lomnicz presbyteri Pragensis dioc., quod cum ipse olim defectum natalium paciens, de presbytero genitus et soluta, predictum impedimentum non ignorans et eo penitus tacito minores ordines recepit et in eis ministraverit, quatenus cum eo, ut dictis ordinibus uti et eciam ad omnes ordines sacros promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam habeat animarum, obtinere possit, dignemini misericorditer dispensare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Augusti a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 224.

---

817. *Theoderico Milde clerico Ratisponensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, ad collationem episcopi Ratisponensis pertinens, reservatur. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Augusti a. sexto." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Bambergensi ac sacristae ecclesiae Avinionensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1358 Julii 17.*

R. Av. 139 fol. 475.

---

818. Quitatio universalis Reginaldi episcopi Narbonensis, thesaurarii papae, qui a die 30 Decembris anni quarti (1355) usque ad diem 30 Decembris anni quinti (1356) ab Angliae, Portugaliae etc., Bohemiae et aliorum regnorum et provinciarum nuntiis 63169 florenos et aliam pecuniam receperat. „Ne rerum gestarum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XIIII kal. Augusti a. sexto."

Apud Villamnovam, 1358 Julii 19.

R. Vat. 243 fol. 217', R. Vat. 244 K nr. 230.

---

819. Nicolao Eberhardi[a]) de Budissin, in Misnensi et Budissinensi ecclesiis canonicatus et maiores praebendas ac parochialem ecclesiam in Dresden obtinenti, conceditur, ut collatio et provisio ei de capella b. Mariae Magdalenae sita in castro Misnensi factae valeant. „Literarum sciencia" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XIII kal. Augusti a. sexto."

. X̿ . *Apud Villamnovam, 1358 Julii 20.*

R. Av. 139 fol. 635', R. Vat. 233 fol. 437. — a) ‚Ebirhardi' Av. — De confirmatione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 59 et 59' notae reperiuntur, (ed. apud Kirsch, Annaten I. pag. 154, 155), ubi de solutione annatarum adnotatur: „Iste solvit, facta informacione per testes super valore. Solvit sine alia obligacione — XL flor." De eadem solutione in Coll. Alam. fol 61 mentio fit: „solvit die III mensis Augusti pro annuali primo . . . . XL flor.'

---

820. Johanni Zufraz terminus promotionis in presbyterum prorogatur.

. X . *Apud Villamnovam, 1358 Julii 20.*

D. f. Johanni dicto Czufras rectori parrochialis ecclesie b. Marie Bambergensis salutem etc. Multiplicia probitatis . . . . Sane peticio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod tu parrochialem ecclesiam b. Marie Bambergensis canonice tibi collatam possidens pacifice et quiete, propter assidua servicia, quibus te asseris circa imperialem celsitudinem institisse, aliaque impedimenta nondum infra annum a tempore assecucionis pacifice possessionis huiusmodi, in instanti festo b. Marie Magdalene finiendum, in presbyterum es promotus, licet infra ipsum annum ad subdiaconatus et diaconatus ordines te feceris statutis temporibus promoveri. Nos itaque volentes te, canonicatum et prebendam Eystetensis obtinentem, cui eciam de canonicatu et prebenda Bambergensis ecclesiarum cum reservacione prebende duximus, ut asseris, providendum, [1]) premissorum meritorum tuorum intuitu nec non consideracione . . . . Anne Romanorum imperatricis . . . ., pro te, ut asseritur, imperialis aule notario, nobis in hac parte humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, ipsius imperatricis tuisque supplicacionibus inclinati, tempus, infra quod [secundum] statuta canonum teneris racione dicte parrochialis ecclesie in presbiterum promoveri, usque ad unum alium annum, a fine dicti primi anni nondum, ut prefertur, elapsi computandum

auctoritate apostolica de speciali gracia prorogamus . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XIII kal. Augusti a. sexto.

R. Av. 139 fol. 707, R. Vat. 233 fol. 481'. — [1]) Conf. nr. 576.

---

821. Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori scribit, se nequivisse concedere, quod Guilelmus de Lestkov imperatoris nomine de praepositura Pragensi deposcebat, sed in futurum affini eius de eadem praepositura, quam Guido episcopus Portuensis obtinet, provisurum esse.

Apud Villamnovam, 1358 Julii 20.

Innocencius VI. Carissimo in Ch. f. Carolo Romanorum imperatori semper augusto [a]). Votis tuis, carissime fili, annuere, quantum cum deo possumus [b]), cupientes, nonnulla nuper a nobis per d. f. Willelmum de Leskaw canonicum Pragensem ex parte tue celsitudinis postulata, quamvis quedam ex eis insolita forent [c]), duximus liberaliter concedenda, prout per litteras nostras inde confectas tibi plenius apparebit. Verumtamen illud, quod de prepositura Pragensi idem Willelmus ex eadem parte cum instancia deposcebat, nequivimus [d]) cum deo et bona consciencia concedere nec per aliquos Romanos pontifices nostros predecessores [e]) comperimus simile sic concessum. [f]) Sed ut tuis, fili, in ea parte possit desideriis satisfieri in futurum, quamprimum aliquod ad hoc decens beneficium occurerit, de illo ven. fr. nostro Guidoni episcopo Portuensi, eandem preposituram ex dispensacione apostolica obtinenti, intendimus providere et postea [g]) de dicta prepositura affini tuo, pro quo supplicas, provisuri vel alias ipsum debite intueri [h]) firmam [i]) semper, fili [j]) carissime, fiduciam obtenturi, quod, sicut serenitatem tuam tota cordis affeccione diligimus, sic tuas possibiles et decentes prosequi cupimus affectu operum salubres voluntates. D. [k]) apud Villamnouam Auinionensis dyoc. XIII kal. Augusti a. sexto.

R. Vat. 244 K (Archet.) nr. 232. — a) Sequitur: ‚ac Boemie regi salutem etc.', sed cancellatum est in Archet. b) Sequitur: ‚assidue' cancellatum, quod in linea superiori in ‚prout' alio atramento correctum fuit, sed utrumque cancellatum est in Archet. c) Supra lin.: ‚fieri dumtaxat exceptis', sed cancellatum est in Archet. d) ‚nequivimus' supra lin. alio atramento adscriptum pro: ‚non vidimus' genuine posito, sed cancellato in Archet. e) Correctum ex: ‚ab aliquibus Romanis pontificibus nostris predecessoribus' in Archet. f) ‚concedere nec — simile sic concessum' supra lin. alio atramento adscriptum pro: ‚posse fieri nec audivimus per aliquem predceessorem nostrum simile negocium fore factum' genuine posito sed cancellato in Archet. g) Praecedit: ‚et tunc' cancellatum; ‚intendimus — postea' supra lin. alio atramento adscriptum pro: ‚ut' cancellato in Archet. h) ‚provisuri — intueri' supra lin. adscriptum pro: ‚provideamus vel de ipso beneficio eidem affini proponimus providere' genuine scripto, sed cancellato in Archet. i) Correctum ex: ‚firmamque' in Archet. j) Sequitur: ‚tenere te volumus de intencione nostra,' sed cancellatum est in Archet. k) ‚Datum' etc. alia manu suppletum in Archet. — In tergo minutae adnotatur: ‚R[escribe] B. de Car[pineto] I de camera A.' et inferius ad partem rectam: ‚R'.

822. Johannes marchio Moraviae supplicat, quatenus sibi infrascriptae gratiae concedantur

Apud Villamnovam, 1358 Julii 26.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Johannes marchio Moravie, quatenus sibi graciam specialem facientes etc. (!)

Item dignemini dicto marchioni et Margarete eius consorti plenam remissionem in mortis articulo indulgere ut in forma.

Fiat G.

Item cum Johanne filio ipsius marchionis de soluto genito et soluta, ut non obstante defectu possit ad omnes ordines promoveri et beneficia ecclesiastica unum, duo vel tria obtinere, eciam si canonicatus et prebende in ecclesiis cathedralibus existant, et eciam si unum eorum curatum aut dignitas, personatus vel officium, eciam si in ecclesia cathedrali existat, illaque semel ex causa permutacionis vel alias dimittere et alia recipere et insimul retinere licite possit, dignemini misericorditer dispensare, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat G.

Item dignemini pro duodecim personis pro parte sua in cancellaria nominandis plenam remissionem in mortis articulo indulgere ut in forma.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Augusti a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 232.

823. Johanni marchioni Moraviae et Margaretae eius uxori indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Augusti a. sexto."

Apud Villamnovam, 1358 Julii 26.

R. Av. 138 fol. 247, R. Vat. 233 fol. 515.

824. Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Johanne nato Johannis marchionis Moraviae, scholari suae dioc., qui militiae clericali ascribi desiderat, super defectu natalium dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et unum, duo aut tria beneficia ecclesiastica, eciam si uni eorum cura immineat animarum, recipere et retinere possit. „Illegitime natos" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc VII kal. Augusti a. sexto."

X
X
X. *Apud Villamnovam, 1358 Julii 26.*

R. Av. 139 fol. 642, R. Vat. 233 fol. 441.

825. *Johanni de Nečemicz*[a]) *laico Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Augusti a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Julii 26.

R. Av. 138 fol. 247, R. Vat. 233 fol. 515. — a) ‚Neczyemicz' Av.

---

826. *Nicolaus quondam Gerlaci de Novo Foro clericus Vratislaviensis dioc. supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Clarae in Vratislavia*[a]) *pertinente, provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Augusti a. sexto."*

Apud Villamnovam, 1358 Augusti 6.

R. Suppl. 29 fol. 239. — a) ‚Wratissauia' Suppl.

---

827. *Nicolao nato quondam Gerlaci de Novo Foro reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Clarae Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Augusti a. sexto." — In e. m. praeposito Lubucensis et cantori Glogoviensis ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum.*

. XX̿ . *Apud Villamnovam, 1358 Augusti 6.*

R. Av. 139 fol. 430, R. Vat. 233 fol. 309'.

---

828. *Petro de Boleslavia monacho monasterii b. Mariae de Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Septembris a. sexto."*

Avinione, 1358 Augusti 21.

R. Av. 138 fol. 247, R. Vat. 233 fol. 515.

---

829. *Conrado Codicis monacho monasterii s. Mariae de Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Septembris a. sexto."*

Avinione, 1358 Augusti 21.

R. Av. 138 fol. 247, R. Vat. 233 fol. 515.

830 Johanni de Pyriez[a]) *monacho monasterii s. Mariae de Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Septembris a. sexto."*

Avinione, 1358 Augusti 21.

R. Av. 138 fol. 247, R. Vat. 233 fol. 515. — a) ‚Pyrycz' Av.

---

831. Tilloni[a]) *abbati monasterii s. Mariae de Lubens Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Septembris a. sexto."*

. X . *Avinione, 1358 Augusti 21.*

R. Av. 138 fol. 247, R. Vat. 233 fol. 515. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 302. a) ‚Tyloni' Av.

---

832. Elisabeth[a]) *relictae quondam Johannis de „Nebula", viduae Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Septembris a. sexto."*

Avinione, 1358 Augusti 21.

R. Av. 138 fol. 249, R. Vat. 233 fol. 516. — a) ‚Elizabeth' Av.

---

833. Johanni marchioni et Margaretae[a]) *marchionissae Moraviae indulgetur, ut missam ante diem celebrari facere possint. „Sincere Devocionis" „Auinione II kal. Septembris a sexto."*

. X . *Avinione, 1358 Augusti 31.*

R. Av. 139 fol. 750, R. Vat. 233 fol. 503'. — a) ‚Margarite' Av.

---

834. Danieli Nicolai clerico Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione kal. Septembris a sexto."

Avinione, 1358 Septembris 1.

R. Av. 138 fol. 248', R. Vat. 233 fol. 516.

---

835. Nicolao dicto Pfutyr laico et Elisabeth[a]) *eius uxori Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione kal. Septembris a. sexto".*

Avinione, 1358 Septembris 1.

R. Av. 138 fol. 218', R. Vat. 233 fol. 516. — a) ,Elizabeth' Av.

---

836. Johanni Hodierni confertur parochialis ecclesia de Vinzelles[a]) *Claromontensis dioc., quam ipse pro alio beneficio permutavit. „Apostolice sedis" „Auinione IIII non. Septembris a. sexto." — In e. m. abbati monasterii s. Elidii extra muros Claromontenses et archidiacono ecclesiae Pragensis ac officiali Claromontensi.*

. X X . *Avinione, 1358 Septembris 2.*

R. Av. 138 fol. 571. — a) ,Vinzellis' Av.

837. Johannes de Luthomusl supplicat, quatenus Petro Jenlini de Lauterbach de parochiali ecclesia in Neusiedel Olomucensis dioc. provideatur.

Avinione, 1358 Septembris 4.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Johannes de Luchomusel notarius imperatoris, nuncius ad sedem apostolicam destinatus, quatenus sibi in personam dilecti sui consanguinei Petri Jenlini de Luchirbach clerici Luchomuslensis dioc. specialem graciam facientes, de parrochiali ecclesia in Neusidel Olomucensis dioc. vacante per liberam resignacionem dicti Johannis in manibus . . . . Stephani archiepiscopi Tholosanani, camerarii vestri, factam et admissam, dignemini [eidem Petro providere] cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

. . . .

Fiat G.

[D. Auinione II non. Septembris a. sexto].[a])

R. Suppl. 29 fol. 260'. — a) Suppletum ex nr. 838.

---

838. Petro Jenlini de Lauterbach confertur parochialis ecclesia in Neusiedel.

X X . *Avinione, 1358 Septembris 4.*

D. f. Petro Jenlini de Luchirbach rectori parrochialis ecclesie in Neusidel Olomucensis dioc. salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Cum itaque parrochialis ecclesia in Neusidel Olomucensis dioc., quam . . . . Johannes de Luthomusel

olim ipsius ecclesie rector tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Johannis, per eum de ipsa ecclesia in manibus ven. fr. Stephani archiepiscopi Tholosani, camerarii nostri, apud sedem apostolicam sponte factam et per eundem archiepiscopum de speciali mandato nostro facto sibi super hoc oraculo vive vocis apud eandem sedem admissam, apud sedem ipsam vacaverit et vacet ad presens, nullusque preter nos hac vice de dicta ecclesia disponere potuerit neque possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem ipsam omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica apud dictam sedem vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus . . . . contingeret attemptari, nos volentes tibi . . . . graciam facere specialem, predictam ecclesiam sic vacantem . . . . apostolica [tibi] auctoritate conferimus et de illa[a]) eciam providemus . . . . D. Aninione II non. Septembris a. sexto.

In e. m. . . . . Olomucensi et . . s. Agricoli Aninionensis ecclesiarum decanis ac . . officiali Luthomuslensi.

R. Av. 138 fol. 634. — a) ,illo' Av.

---

839. Conradus de Kirchberg alias Waldhausen supplicat, quatenus collatio archidiaconatus Lusatiae sibi facta confirmetur vel sibi de eodem de novo provideatur, non obstante ut in nr. 840. — „Fiat G. Et sine leccione. Fiat G. D. Auinione II non. Septembris a. sexto.“

Avinione, 1358 Septembris 4.

R. Suppl. 29 fol. 263.

---

840. Conrado de Kirchberg alias de Waldhausen conceditur, ut collatio et provisio de archidiaconatu Lusatiae ei factae valeant.

. X̄ . *Auinione, 1358 Septembris 4.*

D. f. Conrado de Kirchberg alias de Walhusen canonico Misnensi salutem etc. Laudabilia tue probitatis . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod olim ven. fr. noster Johannes episcopus Misnensis archidiaconatum Lusacie[a]) in ecclesia Misnensi, qui dignitas existit, per obitum quondam Guntheri de Kothewicz archidiaconi Lusacie in eadem ecclesia, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, tunc vacantem, nulli de iure debitum, auctoritate ordinaria tibi contulit et providit eciam de eodem, tuque vigore collacionis et provisionis huiusmodi archidiaconatum ipsum pacifice assecutus, illum ex tunc possedisti, prout possides, pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu timeas predictum archidiaconatum tempore collacionis et provisionis predictarum fuisse disposicioni sedis apostolice reser-

vatum, teque posse ob hoc super eo imposterum molestari, nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et tibi, in dicta Misnensi cum prebenda maiori et in Merseburgensi sub maioris et minoris ac in Nuemburgensi ecclesiis sub maioris eciam prebendarum expectacione canonicatus et in castro Wartperg Maguntine dioc. quandam capellam, quorum omnium beneficiorum fructus, redditus et proventus ad octuaginta novem florenos auri in absencia se extendunt, obtinenti, apostolica auctoritate concedimus, quod collacio et provisio supradicte et quecunque inde secuta perinde a data presencium valeant ... D. Auinione II non. Septembris a. sexto.

R. Av. 139 fol. 693, R. Vat. 233 fol. 473. — [a]) ,Lusatie' Vat.

---

841. *Collectori Bohemiae mandatur, quatenus praelatos, capitula, collegia, conventus et alias ecclesiasticas personas saeculares et regulares omnes, qui Romanae ecclesiae nomine procurationum, censuum, reddituum vel proventuum vel alio quoquo modo in diversis pecuniarum et rerum quantitatibus tenentur, ad solvendum compellat, faciens redigi et rescribi in formam authenticam omnes clausulas privilegiorum et litterarum apostolicarum census et procurationes continentes nec non libros decimarum omnium beneficiorum valorem annuum integraliter continentes. „Nuper ad nostri audienciam" „Auiniore non. Septembris, pontificatus nostri a. sexto."*

Avinione, 1358 Septembris 5.

R. Vat. 243 fol. 154'—155'. — Prima huiusmodi littera, Raymundo Abrinati canonico Ebredunensi destinata, in fol. 154' huius codicis in extenso descripta est. De littera ad collectorem Bohemiae missa sequens solum adnotatio in R. Vat. fol. 155' reperitur: „Item similis litera fuit missa collectori Boemie alias Pragensi et hoc per Gaufridum domini papae cursorem."

---

842. *Anna Romanorum imperatrix et Bohemiae regina inter alia supplicat, quatenus Rudolfo*[a]) *nato Johannis dicti Rulen de Friedberg*[b]) *notario domini imperatoris de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae s. Victoris extra muros Maguntinos provideatur, „non obstante quod preposituram Wetslariensem, canonicatus et prebendas sanctorum Florini et Castoris in Confluencia Treuerensis dioc. ac canonicatum sub expectacione prebende Wormaciensis obtinet, ac de canonicatu et prebenda s. Petri extra muros Maguntinos ecclesiarum noscitur litigare .... Et est paratus, dimittere alterum de predictis beneficiis." — „Fiat et dimittat G."*

Item supplicat, quatenus Paulo Petri de Semmelwitz[c]) *clerico Vratislaviensis dioc., sui cancellarii fratri, de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae*

Vratislaviensis provideatur. — „Fiat G. . . . . Et quod transeant sine alia leccione. Et quod examen committatur ad partes. Fiat G. D. Auinione II id. Septembris a. sexto.“

Avinione, 1358 Septembris 12.

R Suppl. 29 fol. 274. — a) ‚Rodolpho‘ Suppl. b) ‚Fridebergk‘ Suppl. c) ‚Somelewitz‘ Suppl.

---

843. *Johannes Gotfridi de Praga presbyter supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae s. Petri Vissegradensis prope Pragam sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, quod plebaniam ecclesiae b. Mariae in Dymokury*[a]) *Pragensis dioc. obtinet. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Octobris a. sexto.“*

Avinione, 1358 Septembris 27.

R. Suppl. 29 fol. 294. — a) ‚Dymokur‘ Suppl.

---

844. *Vojslaus*[a]) *Johannis de Sadská*[b]) *iuris peritus, clericus ac nuncius Caroli Romanorum imperatoris supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, quod altare s. Salvatoris in ecclesia Vissegradensi Pragensis dioc. obtinet; vel quatenus sibi similis gratia in ecclesia s. Apollinaris in Sadská*[b]) *Pragensis dioc. fiat. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Octobris a. sexto.“*

Avinione, 1358 Septembris 27.

R. Suppl. 29 fol. 294. — a) ‚Woyslaus‘ Suppl. b) ‚Saczka‘ Suppl.

---

845. *Vojslao*[a]) *Johannis de Sadská*[b]) *de canonicatu ecclesiae s. Apollinaris in Sadská*[b]) *Pragensis dioc. sub expectatione praebendae providetur, non obstantibus ut in nr. 844. „Probitatis et virtutum“ „Auinione V kal. Octobris a. sexto.“ — In e. m. praeposito Avinionensis et decano Pragensis ecclesiarum ac officiali Pragensi.*

X X. *Avinione, 1358 Septembris 27.*

R. Av. 139 fol. 222', R. Vat. 233 fol. 178'. — a) ‚Woyslao‘ Av. b) ‚Saczka‘ Av.

846. *Innocentius VI Carolum Romanorum imperatorem rogat, ut iubeat restitui bona relicta Nicolai patriarchae Aquilegensis, quae erant sedi apostolicae reservata et quae a capitaneo Bellunensi et a nonnullis Theutonicis ac Bohemis distrahuntur.*

Avinione, 1358 Septembris 27.

Innocencius VI. Carissimo in Christo filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto Gratis dona sua . . . Quamvis itaque bone memorie Nicolaus [1]) patriarcha Aquilegensis, [de] cuius obitu condolemus, in non modicis pecuniarum quantitatibus ex certis causis tue celsitudini, ut credimus, plene notis nobis et ven. fr. nostrorum s. Romane ecclesie cardinalium collegio [a]), dum viveret, teneretur, huiusmodi bona mobilia debita et credita diu ante infirmitatem, qua decesserat, nobis et apostolice [b]) camere duximus reservanda; nichilominus tamen dd. ff. capitaneus et commune civitatis Bellunensis, ubi patriarcha predictus diem extremum, sicut domino placuit, clausit suum, et nonnulli Theothonici et Boemi, plurimum familiares sui, de facto nituntur dicti defuncti bona omnia inter se dividere, rapere, distrahére et habere in anime dicti vita functi dispendium et sedis prefate contemptum ac eorum, quibus tenebatur [c]), preiudicium et gravamen, quod credimus admodum tue celsitudini displicere. Quocirca imperialem serenitatem tuam rogamus attencius et hortamur, quatenus tuos imperiales intuitus ad hoc ducens [d]), ob dei [e]) et apostolice sedis prefate reverenciam ac nostrarum intercessionum atque condingne iusticie interventum dare velis illis capitaneo et communi et ceteris, quibus noveris expedire, tuis efficacibus litteris in mandatis, ut d. f. Geraldo abbati monasterii s. Nicolai in Littore Veneciarum, apostolice sedis nuncio, seu eius certo mandato sic bona memorati defuncti indilate tradant, liberent et assignent, quod preter divine retribucionis premium nostreque benedictionis augmentum perpetuam inde laudem et gloriam apud deum et homines consequaris. Datum [f]) Auinione V kal. Octobris [g]) a. sexto.

R. Vat. 244 K. (Archet.) nr. 246. — [a]) ,venerabilium — collegio' supra lin. correctum pro: ,camere apostolice' genuine posito sed cancellato in Archet. [b]) ,apostolice' supra lin. correctum pro: ,eidem' cancellato in Archet. [c]) ,eorum quib. tenebatur' supra lin. correctum pro: ,memorate camere' gennine posito, sed cancellato in Archet. [d]) ,tuos imp. — ducens, supra lin. correctum pro: ,illis capitaneo, communi et familiaribus nemoratis' genuine posito, sed cancellato in Archet. [e]) ,dei' supra lin. correctum pro: ,nostri' cancellato in Archet. [f]) Sequitur: ,apud Villamnouam', sed cancellatum est in Archet. [g]) ,V kal. octobris' alio atramento supra lin. correctum pro: ,dioc. XIII kal. Septembris' (!) genuine posito, sed cancellato in Archet. — [1]) Nicolaus de Luxemburg, obiit 1358 Julii 29. — In tergo minutae: ,V kal. Octobris a. VI' legitur, sub quo adscriptum est: ,R^{I}.'

---

847. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori dolorem suum ob eius infirmitatem inflato scribendi genere declarat, describens sibi gaudium, quod sibi et collegio cardinalium attulerunt relatus de indubitata eius reconvalescentia, pro qua deo gratias agit. „Amaricaciones herbarum" „Auinione IIII non. Octobris a. sexto."*

Avinione, 1358 Octobris 4.

R. Vat. 244 K. (Archet.) nr. 307. — In tergo: ,R^{XXXV}'.

848. *Obligatio procuratoris Conradi de Tannroda rectoris parochialis ecclesiae in Luckau et compositio super annatis de eadem ecclesia.*

1358 Octobris 10.

Die X mensis Octobris [a. d. MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii a. VI][a]) Bannoldus de Poleneczki, procurator Conradi quondam [Conradi] de Tanrode, tam nomine procuratorio quam suo proprio promisit solvere camere apostolice vel collectori in partibus et certificare cameram mediam partem fructuum ecclesie parrochialis in Luckow Misnensis dioc., que fuit dicto Conrado confirmata, testibus Raymundo priore de Sayrinhaco et Guillelmo Frenant clerico Caturcensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 177'. — Ed. apud Kirsch, Annaten pag. 154 adnot. 1. — a) Suppletum ex obligatione praecedente. — De compositione super annatis de praedicta ecclesia in Coll. Alam 4 fol. 59 sequens nota reperitur: „Parrochialis ecclesia sita in Luckow Misnensis dioc. fuit confirmata Conrado Conradi baronis de Tonrede. Composuit ad mediam partem fructuum unius anni solvendam infra festum b. Luce a. MCCCLIX Iste est inferius sub ista data eodem anno.“ (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 154 nr. 6.) — Conf. nr. 795.

---

849. *Zdislaus Jaroslai de Mitrovicz supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad ecclesiam s. Petri in Brunna spectante, provideatur.*

Avinione, 1358 Octobris 14.

Supplicat S[ti] V[re] Sdislaus quondam Jaroslay de Nitrowytz[a]) clericus Pragensis dioc., quatenus sibi . . . . de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi et capituli ecclesie s. Petri in Brunna Olomucensis dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II id. Octobris a sexto.

R. Suppl. 29 fol. 307. — a) Corrige: ‚Mitrowytz‘.

---

850. *Guilelmus de Lestkov nuncius apostolicae sedis in regno Bohemiae deputatur.*

Avinione, 1358 Octobris 17.

D. f. Willelmo de Lestaw canonico Pragensi, apostolice sedis nuncio, salutem. Nonnullorum tuis commoditatibus zelancium instanciis[a]) iteratis et circumspeccione tua in magnis et arduis experimento laudabili comprobata ac aliis tuis meritis, quibus iuvari[b]) diceris, inclinamur, ut tibi nonnulla nostra et ecclesie nostre negocia sub quadam non modica speciali confidencia comittamus. Hinc est, quod nos te nostrum et apostolice sedis nuncium in partibus, ubi quondam

Johannes Paduanus decanus ecclesie Wissegradensis Pragensis [dioc.], dum viveret, fuerat constitutus, auctoritate apostolica usque ad apostolice sedis beneplacitum, deputamus[c]) . . . D. Auinione XVI kal. novembris a. sexto.

R. Vat. 244 K (Archet.) nr. 321. — [a]) ,instantum' Vat. [b]) ,iuvaris' Vat. [c]) Sequitur: ,tibi per te etc. ut supra in precedenti mense' Vat.

---

851. Arnesto archiepiscopo Pragensi committitur susceptio iuramenti a Guilelmo de Lestkov collectore Pragensi noviter instituto.

Auivione, 1358 Octobris 17.

Innocentius etc. Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi salutem etc. Cum d. f. Willelmum de Lescaw canonicum Pragensem, apostolice sedis nuncium in partibus, ubi quondam Johannes Paduanus decanus ecclesie Wissegradensis Pragensis [dioc.], dum viveret, fuerat constitutus, usque ad dicte sedis beneplacitum deputamus, prestacione iuramenti, cuius forma subicitur, in tuis manibus prius facta, fraternitati tue committimus dictam iuramenti suscepcionem et cetera premissis necessaria, si qua essent, cuiusmodi prestacionis, ut premittitur, iuramenti post recepcionem per tuas patentes literas tuo sigillo munitas harum seriem continentes festines gentes[a]) nostre camere reddere cerciores. Forma vero iuramenti sequitur, que est talis:

Ego Willelmus de Lescaw apostolice sedis nuncius ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro sancteque Romane ecclesie et domino meo domino Innocentio pape VI eiusque successoribus canonice intrantibus, non ero in facto, consilio vel consensu, quod vitam perdant aut membrum vel capcione qualibet capiantur. Consilium, quod per se vel nuncium suum seu literas mihi credituri sunt, signo, verbo vel nutu me sciente ad eorum dampnum nulli pandam et simpliciter sic sua, que novero, secrete servabo, quod nulli persone, de qua credam, sibi displicere, si ei revelarem, illa manifestabo scienter; sed si dampnum eorum scivero pertractari, pro posse meo impediam, ne id fiat; quod si per me impedire nequirem, eis per nuncium vel literas significare curabo, vel illi, per quem cicius ad eorum noticiam deducetur, significare curabo. Papatum Romanum et regalia b. Petri et omnia iura Romane ecclesie, que habet ubique, manutenebo totis viribus et deffendam, negocia et officia mihi a domino papa vel eius camerario commissa vel committenda fideliter geram et solicite exercebo et specialiter officium predictum collectorem vulgariter nuncupatum in petendo, exigendo et camere apostolice assignando; a donis, muneribus et exenniis eciam abstinebo et meos subcollectores et nuncios ac familiares abstinere omni diligencia, qua potero, [faciam], osculentis et poculentis non fraudulentis dumtaxat exceptis; a notariis, qui sunt vel erunt pro tempore ad conscribendum processus et raciones predicti officii, nichil nec osculenta nec poculenta recipiam; raciones et reliqua de administratis, post quam requisitus fuero seu missus, quamprimum potuero, plene reddam; supradicta omnia et singula promitto et iuro attendere et complere ac servare sine omni dolo et fraude, sic deus me adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Auinione XVI kal. Novembris pontificatus nostri a. sexto.

Item fuit missa una litera clausa Arnesto archiepiscopo Pragensi et intus commissio officii collectorie Boemie, quamquidem commissionem idem archiepiscopus debet tradere Willelmo de Lescaw canonico Pragensi, collectori noviter facto, dum ipse Willelmus prestiterit iuramentum in manibus dicti archiepiscopi, prout in bulla proxime precedenti continetur.

Item fuit missa bulla eidem collectori, quod remittat taxas beneficiorum sue collectorie et censualium et Romane ecclesie debitorum, que quidem bulla est tenoris alterius proxime subsequentis. [1]

R. Vat. 243 fol. 172'. — a) ,gestes' Vat. — 1) Conf. nr. 860.

852. *Arnesto archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Guilelmo de Lestkov litteras interclusas acceptationem officii sibi dati tangentes tradat.*

Avinione, 1358 Octobris 18.

Innocentius VI. Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi salutem. Quoniam nostras litteras iam bullatas presentibus interclusas d. f. magistro Willelmo de Lestaw canonico Pragensi, apostolice sedis nuncio, circa [a]) decentem acceptacionem officii sibi dati et iuramenti in eis [b]) interclusi formam prestitam volumus expediri, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, postquam idem magister [c]) officium acceptaverit in tui presencia memoratum, et iuramentum prestiterit in prefatis litteris expressatum, sibi nostri nomine dictas tribuas in plenitudine memorati officii litteras, et non alias, ac assignes, de hiis, que ab inde per te vel eum fieri continget, redditurus sub forma publica nostram cameram e vestigio cerciorem. D. Auinione XV kal. Novembris a. sexto.

R. Vat. 244 K (Archet) nr. 322 b. — a) ,citra' Archet. b) Sequitur: ,etc. ut supra. Datum aut supra.' in Archet. Quae sequuntur, ab editore suppleta sunt ex epistola sub eadem dat rchiepiscopo Toletano Blasio missa, quae istam in Archetypis praecedit sub nr. 326a, ubia autem c) ,capellanus noster' legitur, quod hic in ,magister' mutandum erat.

853. *Archiepiscopo Pragensi et Olomucensi ac Herbipolensi episcopis mandatur quatenus Guilelmo de Lestkov nuncio apostolico vel procuratori eius fructus et redditus beneficiorum ad ipsos spectantium integre ministrari faciant.*

Avinione, 1358 Octobris 18.

Innocentius VI. Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Pragensi et . . Olomucensi ac Herbipolensi episcopis salutem [a]). Cum magister Willelmus de Lescaw canonicus Pragensis [b]), apostolice sedis nuncius, circa collectionem proventuum camere apostolice pertinencium in partibus, ubi est nuncius apostolicus deputatus, nostris obsequiis institerit et insistat, et propterea dignum reputemus et congruum, ut ipse in perceptandis fructibus beneficiorum suorum ecclesiasticorum non minori debeat prerogativa gaudere quam illi canonici et persone re-

sidentes personaliter in ecclesiis et locis, in quibus ipse magister Willelmus[c] beneficiatus existit; nos ipsius Willelmi supplicacionibus inclinati, vestre [fraternitati] per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eidem Willelmo huiusmodi nostris obsequiis insistenti vel procuratori suo eius nomine fructus, redditus et proventus canonicatuum et prebendarum et aliorum quorumcumque beneficiorum suorum ecclesiasticorum, que in quibusvis ecclesiis sive locis obtinet vel in posterum obtinebit, et si dignitates, personatus vel officia existant et curam habeant animarum, dummodo in cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis principales dignitates huiusmodi non existant, cum ea integritate cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis, quamdiu nostris obsequiis institerit, faciatis integre ministrari, cum qua illos perciperet, si in eisdem ecclesiis sive locis personaliter resideret, non permittentes ipsum ad faciendam personalem residenciam in eisdem ecclesiis a quoquam compelli invitum, contradictores autem nostra appellacione postposita compescendo[d]), nonobstantibus, si in eisdem ecclesiis vel earum aliqua idem Willelmus primum non fecerit personalem residenciam consuetam et quibuslibet constitucionibus apostolicis . . . ., proviso, quod huiusmodi beneficia debitis interim non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus necligatur, sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum ipsorum proventibus neccessaria congrue ministrentur[e]), diligenter exerceatur et deserviatur inhibi laudabiliter in divinis. D. Auinione XV kal. Novembris a. sexto.

R. Vat. 244 K (Archet) nr. 324. — Haec littera reconstructa est ex littera archiepiscopo Toletano et Barchinonensi ac „Connenarum“ pro collectore Toletano destinata et in registris plene descripta. Littera pro collectore Pragensi sequentibus tantum verbis ad litteram praecedentem pertinentibus adnotata est: „Ven. fratribus . . Pragensi et . . Olomucensi ac Herbipolensi episcopis in e. m. pro d. f. magistro Willelmo de Lescaw canonico Pragensi apostolice sedis nuncio.“ — a) ‚Toletano et . . Barchinonensi ac Connenarum episcopis sal.‘ in Archet. ubi ‚Ven. — salutem‘ alio atramento scriptum est. Genuine inscriptio huius tenoris fuit: ‚Ven fratribus . . Pragensi et . . Olomucensi ac . . Herbipolensi episcopis salutem‘, sed ista cancellata eadem manus alio atramento adnotavit: ‚ponantur isti pro ultimo‘. b) ‚magister Huguo Lamanhauia archidecanus de Maiorico in ecclesia Tholetana, legum doctor, capellanus noster‘ in Archet., ‚Wil. de Lescaw can. Prag.‘ ab editore suppletum. c) ‚Huguo‘ Archet., ‚Willelmus‘ ab editore hic et sequenter mutatis mutandis pro nomine ‚Hugonis‘ suppletum. d) ‚compessendo‘ Archet. e) ‚mistrentur‘ Archet. — In recto Archetypi supra alia manus adnotavit: ‚facte sunt‘, in tergo altera manu scriptoris nomen adscriptum: ‚B. de Carpineto‘ et ad partem rectam registraturae signum: ‚R‘ additum est.

---

854. Arnesto archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus pecunias et bona quondam Johannis Paduani decani ecclesiae Vissegradensis, apostolicae sedis nuntii recipiat et custodiat, donec rationes legitimae de pecuniis per ipsum recollectis et cameram apostolicam spectantibus praestitae fuerint.

Avinione, 1358 Octobris 20.

Innocentius etc. Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi salutem et apostolicam benediccionem. Percepto noviter, quod condam Johannes Paduanus, de-

canus ecclesie Wissegradensis Pragensis in partibus, ubi fuerat, dum viveret, apostolice sedis nuncius destinatus, hiis diebus preteritis vita functus, de multis et diversis pecuniarum summis et bonis aliis ad cameram nostram spectantibus per ipsum in partibus illis collectis nomine dicte camere et receptis nondum integraliter responderat eidem camere nec reddiderat raciones; et propterea volentes super hec ipsius camere indempnitatibus precavere, fraternitati [a]) tue, de qua in domino fiduciam gerimus pleniorem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus pecunias et bona huiusmodi ac eciam prefati decani [b]) propria, quecunque sint et in quibuscunque rebus consistant et per quascunque detineantur vel debeantur personas, super quibus simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii te informes, nomine camere predicte sub manu nostra ponere, exigere, recipere ac fideliter custodire seu facere custodiri cum integritate, quousque raciones legitime de predictis dicte camere reddite et reliqua prestita fuerint, et aliud tibi mandatum per nos super hec extiterit, non postponas, contradictores quoque et rebelles, cuiuscunque status ordinis, dignitatis, preeminencie vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus tam . . . . Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, qua cavetur, ne aliquis nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, quam . . . . aliis constitucionibus contrariis quibuscunque . . . . Volumus autem, quod de pecuniis et bonis huiusmodi per te conscriptis primitus integraliter et fideliter prefatam cameram efficere particulariter et distincte studeas cerciorem, quodque illos, a quibus pecunias et bona ipsa receperis, absolvere valeas plenius et quittare de hiis, que inde ab eis recipere te continget, faciendo super hec duo confici consimilia publica instrumenta, quorum uno penes assignatores vel solventes pecunias et bona predicta dimisso reliquum ad prefatam cameram destinare fideliter non omittas. D. Auinione XIII kal. Novembris pontificatus nostri [c]) a. sexto [d]).

R. Vat. 243 fol. 172' R. Vat. 244 K (Archet nr. 328. a) ,discrecioni' Archet. b) ,archid.' Archet. c) ,pontif. nostri' deest in Archet. d) ,XIII kal. — sexto' alio attramento sed manu eadem adscriptum in Archet. — In tergo minutae: ,XIII kal. Nov. a. VI' et inferius: ,R^X.'

---

855. Guilelmo de Lestkov confertur motu proprio canonicatus et praebenda ac decanatus ecclesiae Vissegradensis.

. X X .   *Arinione, 1358 Octobris 28.*

D. f. Wilhelmo de Lescaw canonico et decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Dudum siquidem omnes canonicatus quorumcunque collectorum et subcollectorum fructuum beneficiorum ecclesiasticorum camere apostolice debitorum tunc vacancia et imposterum vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ac decanatus ecclesie Wissegradensis prope Pragam, quos quondam Johannes Paduani ipsius ecclesie canonicus et decanus ac

fructuum beneficiorum ecclesiasticorum camere predicte in regno Bohemie debitorum collector existens, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice de ipsis canonicatu et prebenda ac decanatu disponere potuerit neque possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes tibi canonico Pragensi, qui eciam in dicto regno predictorum fructuum collector existis, premissorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam ac decanatum predictos sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate peticionis instanciam, sed de mera nostra liberalitate apostolica tibi auctoritate conferimus ac de illis eciam providemus . . . . D. Auinione V kal. Novembris a. sexto.

In e. m. venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Pragensi et . . Olomucensi ac . . Luthomuslensi[a]) episcopis.

R. Av. 138 fol. 188., R. Vat. 233 fol. 75'. — [a]) ,Luthomusiensi' Vat. — In R. Suppl 29 fol. 311 de praedicta provisione motu proprio facta hoc adnotatur: „Motu proprio providemus Wilhelmo de Lescaw canonico Pragensi et collectori nostro in regno Boemie de canonicatu, prebenda et decanatu ecclesie Wissegradensis prope Pragam per mortem Johannis Paduani vacantibus, donacioni sedis apostolice et nostre reservatis, cum clausulis oportunis et executoribus. — Fiat motu proprio G. Et transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Aninione V kal. Novembris a. sexto."

---

856. Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1358 Octobris 28.

Supplicat devota creatura vestra Arnestus archiepiscopus ecclesie Pragensis, quatenus sibi in personam dilecti sibi Disconi[s][a]) filii Raczconis militis, clerici Pragensis dioc., specialem graciam facientes, eidem Discono[b]) de canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis, per mortem bone memorie Johannis Paduani quondam decani ecclesie Wissegradensis prope Pragam, collectoris sedis apostolice fructuum per Boemiam deputati, vacantibus, donacioni sedis apostolice et vestre reservatis, dignemini providere, non obstante, quod dicta S[tas] eidem Discono[b]) de canonicatu sub expectacione prebende predicte ecclesie Olomucensis mandavit provideri,[1]) cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Dignetur S[tas] V[ra] providere devoto oratori vestro Alberto quondam Buslaii de Lutitz de canonicatu et prebenda ecclesie Saccensis Pragensis dioc., vacante per obitum dicti Johannis Paduani quondam apostolici collectoris, non obstante, quod in Pragensi ac Wissegradensi prope Pragam ecclesiis canonicatus et prebendas cum prestimoniis, alias obedienciis, ac decanatum ecclesie s. Egidii Pragensis cum obediencia obtinet, et quod super quadam perpetua vicaria in predicta Pragensi ecclesia in palacio apostolico litigat, cui quidem liti paratus est

renunciare, cum possessionem canonicatus et prebende predictorum fuerit assecutus et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G. Et cum remissione examinis. Fiat G.

Dignetur Stas Vra providere devoto vestro Petro de Guissalis clerico Lem[ovicensi] nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assequuto, qui in camera thesaurarie apostolice diu servivit fideliter et multipliciter laboravit, de canonicatu et prebenda ac prestimonio alias obediencia vulgariter nuncupato ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc., vacante per obitum prefati Johannis Paduani collectoris quondam apostolici. Cum non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Novembris a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 312. — a) Corrige: ‚Drsconis'. b) Corrige: ‚Drsconi' — 1) Conf. nr. 761.

---

857. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Držkoni[a]) nato Rackonis[b]) de Duba militis canonicatum et praebendam ecclesiae Olomucensis vacantes conferat, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 856. Post assecutionem canonicatus et praebendae praedictorum litterae sub nr. 761 cassae et irritae declarantur. „Dignum arbitramur" „Auinione V kal.[c]) Novembris a. sexto."

X
. X . *Avinione, 1358 Octobris 28.*

R. Av. 138 fol. 628. — a) ‚Dirsconi' Av. b) ‚Ratzkonis' Av. c) ‚non.' per errorem Av.

---

858. Alberto nato quondam Bohuslai de Liticz[a]) conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Sacensis[b]) tunc vacantes, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 856. Post assecutionem canonicatus et praebendae praedictorum omni iuri in perpetua vicaria in ecclesia Pragensi cedere tenetur. „Probitatis et virtutum" „Auinione V kal. Novembris a. VI." — In e. m. abbati monasterii Teplensis Pragensis dioc. et decano s. Agricoli Avinionensis ac archidiacono Curimensi Pragensis ecclesiarum.

. XX . *Avinione, 1358 Octobris 28.*

R. Av. 139 fol. 161', R. Vat. 233 fol. 138'. — a) ‚Bohuslay de Luticz' Av. b) ‚Saccensis' Av.

---

859. Magistro Petro de Guissalis conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Boleslaviensis.

Gratis pro gross. *Avinione, 1358 Octobris 28.*

D. f. magistro Petro de Guissalis canonico ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc. salutem etc. Grata tue devocionis obsequia . . . . Dudum siquidem

omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica quorumcunque collectorum fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum ecclesiasticorum vacancium, camere apostolice debitorum, ubicunque decedencium, tunc vacancia et imposterum vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc. ac prestimonium, obediencia vulgariter nuncupatum, in eadem ecclesia, que quondam Johannes Paduani ipsius ecclesie canonicus ac dictorum fructuum in partibus Boemie collector apostolice sedis in ipsa ecclesia, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes tibi, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, qui, prout asseritur, in camera thesaurarie nostre diu servivisti, et multipliciter laborasti, ... graciam facere specialem, canonicatum et prebendam ac prestimonium predicta sic vacancia . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . . D. Auinione V kal. Novembris a. sexto.

In e. m. . . . . Connenarum[a]) et Eduensi episcopis ac oficiali . . . . Pragensi . . . .

R. Av. 139 fol. 156'. R. Vat. 233 fol. 134'. — a) Corrige: ‚Comenarum'.

860. Archiepiscopo Pragensi et Guilelmo de Lestkov decano Vissegradensi mandatur, quatenus omnes pecunias per eos receptas et recipiendas, ad cameram apostolicam pertinentes, eidem camerae vel societati Antonii Malabayla assignent.

Avinione, 1358 Novembris 2.

Innocentius etc. Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi et d. f. Willelmo de Lestaw[a]) decano ecclesie[b]) Wicegradensis prope Pragam,[c]) sedis apostolice nuncio, salutem etc. Discrecioni vestre, ut omnes et singulas pecuniarum summas, quas de proventibus et iuribus ad cameram apostolicam in partibus, ubi tu, fili decane, es nuncius apostolicus destinatus, et alibi pertinentibus quoquo modo, quas[d]) per vos vel alios collegistis et inantea colligetis, dd. ff. Refello[1]) Damiani et Obertino de Plana, civibus et[e]) mercatoribus Astensibus[f]), sociis societatis d. f. Antonii Malabayla[g]) civis Astensis[h]), vel eorum alteri aut[i]) cuilibet[k]) ipsorum certo mandato vos et quilibet vestrum integraliter assignetis, tenore presencium precipimus et mandamus, facientes de huiusmodi receptis[l]) duo confici instrumenta, quorum alterum memorate camere destinetis. Nos enim eisdem mercatoribus et cuilibet eorum de hiis, que assignaveritis, vos quitandi per alias litteras concedimus facultatem. D. Auinion IIII non. Novembris pontificatus nostri a. sexto.

R. Vat. 243 fol. 175, R. Vat. 244 K (Archet.) nr. 346. — a) ‚Willermo de Lestaw' Archet. b) ‚ecclesie' deest in Archet. c) ‚prope Pragensis' Vat., ‚Pragensis dioc.' Archet. d) ‚que' supra lin. adscriptum in Archet. e) ‚civibus et' deest in Archet. f) ‚Esten'. Archet. g) ‚Anthonii de Malabaila' Archet. h) ‚Esten.' Archet. i) Sequitur: ‚eorum seu', sed cancellatum est in Archet. k) ‚cuiuslibet' Vat. et Archet. l) ‚assignandis' Archet. — 1) Id est Raphael Damiani. — In tergo Archetypi adnotatur: ‚R. J. de . . . . cum B. socio II de cam. A'. et inferius: ‚R XXV'.

861. *Raphaeli Damiani et Oberto de Plana pecuniarum summas ad cameram apostolicam pertinentes ab Arnesto archiepiscopo Pragensi et Guilelmo de Lestkov recipiendi illosque de hiis quitandi facultas conceditur.*

Avinione, 1358 Novembris 2.

Innocentius etc. Dd. ff. Reffello Damiani et Obertino de Plana, civibus ac[a]) mercatoribus Astensibus,[b]) sociis societatis de Malabayla[c]), salutem etc. Ven. fr. nostro Arnesto archiepiscopo Pragensi et d. f. Willelmo de Lestaw[d]) decano ecclesie Wicegradensis prope Pragam,[e]) apostolice sedis nuncio, damus nostris litteris in mandatis, ut omnes et singulas pecuniarum summas, quas de proventibus et iuribus ad cameram apostolicam pertinentibus collegerunt et colligent in futurum, vobis et vestrum cuilibet aut vestrorum certo mandato habeant assignare. Quocirca discrecioni vestre huiusmodi pecuniarum summas a dictis archiepiscopo et decano vel eorum certo mandato petendi[f]) et recipiendi illosque de hiis solummodo, que receperitis, quittandi et liberandi per vos vel alium seu alios tenore presencium concedimus facultatem. Volumus autem, quod de receptis huiusmodi et quittatis [duo] confici faciatis publica instrumenta, quorum alterum eidem camere destinetis. D.[g]) Auinione IIII non. Novembris pontificatus nostri a. sexto.

R. Vat. 243 fol 175, R. Vat. 244 K (Archet.) nr. 346. — a) ‚civibus ac‘ deest in Archet. b) ‚Estensibus‘ Archet. c) ‚Malabaila‘ Archet. d) ‚Willermo de Lestaw‘ Archet. e) ‚prope Pragensis‘ Vat., ‚decano Wicegradensi‘ Archet. f) Sequitur: ‚exigendi‘, sed cancellatum est in Archet. g) ‚Datum ut supra‘ Archet.

---

862. *Compositio Petri de Guissalis super annatis de canonicatu et praebenda ac praestimonio ecclesiae Boleslaviensis.*

1358 Novembris 3.

Die III mensis Novembris a. domini MCCCLVIII [indiccione XI, pontificatus domini nostri Innocencii a. VI][a]) Petrus de Guissalis Lemovicensis dioc. promisit solvere camere apostolice infra annum a die presentis instrumenti mediam partem fructuum et hemolumentorum canonicatus et prebende ac prestimonii[e]) vel hobediencie ecclesie Boleslaviensis Pragensis dioc., de quibus sibi fuit provisum presente clerico Chilen. (?) de regestro et Guillelmo Sac in gradario pallacii, per quod ascenditur ad capellam novam domini pape. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 179'. — Reg. apud Kirsch. Annaten I pag. 68 adnot 4. a) Suppletum ex folio 177'. Hic legitur: „indiccione, pontificatus, quibus supra". b) ‚prestimonio‘ Coll. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 7' sequens nota reperitur: „De canonicatu et prebenda ac prestimoniis seu obediencia vulgariter nuncupata ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc., vacantibus per mortem Johannis Paduani, fuit provisum V kal. Nouembris a. VI Petro de Gumisalhis (!); composuit ad mediam partem fructuum unius anni solvendam infra III dies mensis Novembris a. MCCCLIX." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 68 nr. 16.) Similis nota in Coll. Alam. 290 fol. 49 reperitur. — Conf. nr. 859.

863. Compositio Alberti Bohuslai [de Liticz] super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae Sacensis.

1358 Novembris 3.

Die [III mensis Novembris a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini nostri Innocencii a. VI, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]) Albertus condam Bochulay[b]) pro canonicatu et prebenda ecclesie Saccoensis[c]) Pragensis dioc., de quibus ei fuit provisum, solvere promisit camere apostolice taxum vel mediam partem fructuum unius anni infra festum omnium sanctorum a. MCCCLIX sub obligacionibus et sentenciis et aliis clausulis consuetis; presentibus St. Reginaldi dicto Sauibro (?) et Guillelmo Frenant clericis Caturcensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8. fol. 179. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 68 adnot. 3. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. b) Corrige: ‚Bochuslay'. c) Corrige: ‚Saccensis, — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 7' (ed. apud Kirsch, Annaten I pag 68 nr. 15) et in Coll. Alam. 290 fol. 49 similes notae reperiuntur. — Conf. nr. 858.

---

864. Notae de litteris salvi conductus pro Gaufrido Truci et Alberto de Liticz a sede apostolica ad regna Bohemiae et Poloniae ac Ungariae missis.

Avinione, 1358 Novembris 4.

Item fuit facta una littera salvi conductus in forma consueta pro Gaufrido Truci cursore domini pape et fuit sibi tradita, quando ivit in Boemia[m], Polonia[m] et Vngaria[m] sub data Auinione II non. Novembris pontificatus dicti domini nostri pape a. VI.

Item fuit alia similis littera salvi conductus pro Alberto de Lucitz decano ecclesie[a]) s. Egidii Pragensis, qui ibat pro negociis apostolicis ad regna Boemie et Polonie. Sub eadem data.

R. Vat. 243 fol. 175. — a) ‚ecclesie' bis in Vat.

---

865. Compositio Thimonis de Lungwitz pro Conrado de Kirchberg super annatis de archidiaconatu Lusatiae.

1358 Novembris 5.

Die V [mensis Novembris a. domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini nostri Innocencii a. VI, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]) Timo de Lwkewitz Misnensis dioc. promisit solvere in Romana curia camere apostolice XXV florenos pro annuali archidiaconatus Lusacie in ecclesia Misnensi, qui fuit confirmatus Conrado de Karchberg,[b]) in se honus debiti suscipiendo pro dicto Conrado et nomine procuratoris ipsius, solvendos in Romana curia a festo nativitatis ad annum cum clausulis et sentenciis consuetis.

Presentibus Conrado Pragensi procuratore et fratre Petro penitenciario Boemie. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 180. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 155 adnot. 1. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. b) Corrige: ‚Kirchberg'. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 59' sequens nota reperitur: „Archidiaconatus Lusacie in ecclesia Misnensi fuit confirmatus II non. Septembris a. VI Conrado de Kirchberg. Composuit ad XXV florenos solvendos per Tyndonem (!) de Lwkevicz infra festum nativitatis domini MCCCLX, quos solvit — XXV flor. sentencie" (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 154 nr. 12). De eadem compositione in Coll. Alam. 5 fol. 61' similis nota reperitur, ubi legitur: „solvit per manus domini Nicolai Eberhardi doctoris decretorum canonici ecclesie Misnensis". — Conf. nr. 840.

---

866. Compositio Petri poenitentiarii Bohemiae et Johannis de Horažďovicz pro Guilelmo de Lestkov et Držkone Rackonis super annatis de praebenda ac de canatu Vissegradensis et canonicatu ac praebenda Olomucensis ecclesiarum.

1358 Novembris 5.

Die V mensis Novembris a. [domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini nostri Innocencii a. VI, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a]) frater Petrus penitenciarius Boemie de ordine predicatorum et Johannes de Arwicz[1]) procurator episcopi Pragensis promiserunt solvere camere apostolice in Romana curia de festo nativitatis domini ad annum taxum vel mediam partem fructuum unius anni prebende et decanatus ecclesie Wisegradensis prope Pragam nomine domini Willelmi de Lescov canonici Pragensis, de quibus fuit sibi provisum motu proprio. — Arnaldus Johannis.

Item promiserunt predicti frater Petrus et Johannes solvere eidem camere nomine Disconis[b]) filii Baczonis[c]) militis pro canonicatu et prebenda Olomucensi, de qua fuit provisum dicto Drsconi, taxum vel partem mediam fructuum unius anni dicte prebende infra annum a festo nativitatis domini proxime venturum pro annuali debito per dictum Disconem[d]) racione dicte provisionis eidem camere cum obligacionibus et sentenciis consuetis. Presentibus Conrado Pragensi procuratore in Romana curia et Timone clerico Misnensi. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 8 fol. 180. — Reg. apud Kirsch, Annaten I pag. 69 adnot. 1 et pag. 72 adnot. 1. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. b) Corrige: ‚Drsconis' c) ‚Corrige: ‚Raczconis'. d) Corrige: ‚Drsconem'. — 1) Recte: ‚Haravicz' (Horažďovicz). — De compositione Guilelmi de Lestkov in Coll. Alam. 4 fol. 8 sequens nota reperitur: „De canonicatu et prebenda et decanatu ecclesie Wsigradensis (!) prope Pragam vacantibus per mortem Johannis Paduani, fuit provisum motu proprio V kal. Novembris a. VI. Wilhelmo de Lescow; composuit ad mediam partem fructuum unius anni, et quia factus fuit collector per cameram, fuerunt sibi date inducie ad solvendum usque ad festum nativitatis domini MCCCLXII." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 68 nr. 18.) Similis nota de compositione eiusdem Guilelmi reperitur in Coll. Alam. 290 fol. 49', ubi de prorogatione termini adnotatur: „sibi fuit die II Maii a. MCCCLIX prorogatus terminus de mandato domini thesaurarii, quia fuit factus collector in illis partibus usque ad festum nativitatis domini MCCC LXII".

De compositione praedicti Držkonis in Coll. Alam 4 fol. 9' sequens nota reperitur: „De canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis . . . . fuit provisum V kal. Nouembris a. VI

Disconi (corrige: Drsconi) filio Baczconis (corrige: Raczconis) militis; composuit die V mensis Novembris fr. Petrus penitenciarius Bohemie et Johannes Arwicz procurator episcopi Pragensis ad mediam partem fructuum vel ad taxum solvendum a festo nativitatis domini ad annum in Romana curia, quo anno computabitur MCCCLX." (Ed. apud Kirsch, Annaten pag. 72 nr. 15.) De compositione praedicta similis nota in Coll. Alam. 290 fol. 49 reperitur. — Conf. nr. 855 et 857

---

867. Compositio Theoderici Bauri de Bopardia pro Reinboldo fratre suo et pro Johanne Pauli super annatis de praebendis ecclesiae Bambergensis et Olomucensis.

1358 Novembris 8.

Die VIII mensis Novembris a. [domini MCCCLVIII, indiccione XI, pontificatus domini nostri Innocencii a. VI, in domo domini Eblonis de Mederio clerici camere apostolice][a] . . . . Thodoricus Bauri de Bopardia cantor Maguntinus, in se suscipiens honus debiti pro Reinboldo Bauri fratre suo, canonico prebendato ecclesie Bambergensis, et Johanne Pauli canonico prebendato ecclesie Olomucensis, promisit solvere camere apostolice in Romana curia vel collectori camere in dictis diocesibus, si placeat domino thesaurario domini nostri pape, mediam partem fructuum unius anni dictarum prebendarum infra festum omnium sanctorum a. MCCCLIX sub penis et sentenciis et clausulis consuetis pro annualibus eidem camere debitis per dictos beneficiatos racione provisionum eis factarum de dictis prebendis per dominum Innocencium papam VI. Presentibus domino Raymundo priore de Seyrinhaco et Rigaldo Betelha clerico Caturcensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam 8 fol. 180'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 72 adnot. 2. — [a]) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. — De compositione Johannis Pauli in Coll. Alam 4 fol. 9' sequens nota reperitur: „De canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis vacantibus per resignacionem Bohusii prepositi ecclesie Lithamericensis Pragensis dioc. fuit provisum Johanni Pauli III kal. Julii a. VI, compositum fuit ad mediam partem fructuum unius anni per dominum Thidericum Bauri de Pobardia cantorem ecclesie Maguntine solvendam camere in Romana curia infra festum omnium sanctorum a. MCCCLIX vel collectori in partibus, si hoc placebit domino thesaurario domini nostri pape." (Ed. cum falso dato apud Kirsch, Annaten I pag. 72 nr. 16.) De compositione praedicta in Coll. Alam. 290 fol. 50 similis nota reperitur. — Conf. nr. 804 et 805.

---

868. Nota de solutione stipendii cursori misso ad imperatorem et archiepiscopum Pragensem.

1358 Novembris 8.

Die VIII dicti mensis [Novembris a. . . . . domini millesimo CCC quinquagesimo octavo, indiccione undecima, pontificatus . . . Innocencii . . . . pape VI a. sexto][a]) soluti fuerunt de predicto mandato [domini nostri pape][a]) Gaufrido Trussi cursori suo, misso per ipsum dominum nostrum et cameram apostolicam ad imperatorem et archiepiscopum Pragensem et ad plures alios cum

pluribus bullis apertis et clausis et litteris camere, pro expensis faciendis, ipso Gaufrido manualiter recipiente — XV flor.

Int. et Exit. (1358) 286 fol. 188. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. — Conf nr. 864.

---

869. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Budivoj nato quondam Zavissii de Újezdec[a]) clerico Pragensis dioc. de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione VI id. Decembris pontificatus nostri a. sexto."

X
. X . *Avinione, 1358 Decembris 8.*

R. Av. 139 fol. 259. — a) ‚Budywogium n. qu. Zauissii de Vgezdecz' Av.

---

870. Nota de solutione pecuniarum a Johanne Paduano, decano ecclesiae Vissegradensis, collectore in regno Bohemiae, recollectarum.

1358 Decembris 10.

Die X Decembris [a. . . . . domini millesimo CCC quinquagesimo octavo, indiccione XI, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. sexto] a) cum Raphael Damiani et Martinus Catayrani et Obertus de Plano mercatores Brugis commorantes habuissent et recepissent a Nicolao dicto Goedis (?) de Aquis, solvente nomine Petri de Colonia burgensis de Praga et Johannis de Colonia fratris dicti Petri de pecuniis, per ipsos fratres receptis a domino Johanne dicto Paduano decano Vicegradensi, collectore in regno Boemie, ad cameram pertinentibus, MVII^C LXXXIII florenos auri, prout constat per instrumentum publicum, manu et signo Bartholomei de Arcato notarii publici recepto et signato, prefati Raphael, Martinus et Albertus per manus Anthonii Malabayla mercatoris Estensis curiam Romanam sequentis [assignare fecerunt] dictos — MVII^C LXXXIII flor. fortes.

Int. et Exit. (1358) 286 fol. 73. — Ed. apud Kirsch, Kollektorien pag. 385. — a) Suppletum ex nota praecedente.

---

871. Paulo Hake reservatur in ecclesia Pragensi dignitas, personatus seu officium.

. X X . *Avinione, 1358 Decembris 11.*

D. f. Paulo dicto Hake canonico Pragensi salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Volentes itaque tibi . . . . graciam facere specialem teque in ecclesia Pragensi, in qua canonicus prebendatus existis, amplius honorare, dignitatem, personatum seu officium cum cura vel sine cura, si qua vel si quis aut si quod in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, ... conferendum vel

conferendam tibi . . . . donacioni apostolice reservamus . . . ., non obstantibus . . . ., quod in Bremensi cum obediencia et in Lubicensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere . . . . D Auinione III id. Decembris a. sexto.

In e. m. . . . . archiepiscopo Rigensi et . . . . decano s. Agricoli ac . . sacriste Maioris Auinionensium ecclesiarum.

R. Av. 138 fol. 218', R. Vat 233 fol. 92.

---

872. Guidoni Fortis conferuntur canonicatus ac praebenda et sacristia ecclesiae Nivernensis, quos pro aliis beneficiis permutavit. „Apostolice sedis" „Auinione XI kal. Januarii a. sexto. — In e. m. abbati monasterii s. Martini Nivernensis et archidiacono Pragensi ac officiali Nivernensi.

. X X .

Avinione, 1358 Decembris 22.

R. Av. 138 fol. 597.

---

873. Albertus Bohuslai de Liticz supplicat, quatenus provisio de praebenda ecclesiae Pragensis sibi facta valeat aut sibi de eadem de novo provideatur.

Avinione, 1358 Decembris 28.

Item cum Albertus condam Bohuslay de Bacuz [a]) vigore litterarum vestrarum, per quas canonicatum ecclesie Pragensis obtinens, prebendam inibi exspectabat [1]), prebendam vero ibidem per obitum quondam Nicolay de Patauia ipsius ecclesie canonici, qui extra Romanam curiam decessit, vacantem legitime acceptavit et de illa sibi provideri fecit ipsamque huiusmodi acceptacionis et provisionis vigore tenet et possidet pacifice et quiete et dictus Albertus dubitet alicuius reservacionis pretextu super ipsa prebenda imposterum posse molestari, supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus acceptacionem et provisionem predictas et alia inde secuta dignemini non obstante reservacione quacunque decernere perinde valere, vel sibi de illa, si sit quomodolibet reservata, de novo providere, non obstante, quod decanatum in s. Egidii Pragensis ac canonicatum et prebendam cum prestimonio alias obediencia nuncupato in Wissegradensi prope Pragam ecclesiis obtinet et super quadam vicaria in ecclesia Pragensi in palacio S[tis] V[re] litiget, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Sanctissime pater, dignemini omnes et singulas predictas supplicaciones non cancellatas signare et, prout petitur, mandare expediri, nisi in beneficiis petitis fuerit alteri ius quesitum.

Fiat G. D. Auinione V kal. Januarii a. sexto.

R. Suppl. 29 fol. 348', — a) Corrige: ‚Luticz'. — 1) Conf. nr. 410.

---

874. *Leoni dicto Dresnicer conceditur, ut provisio de parochiali ecclesia in Tepla ei facta et collatio eiusdem ecclesiae valeant.*

. X . *Avinione, 1358 Decembris 29.*

D. f. Leoni dicto Dresnicer canonico monasterii Teplensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc. salutem etc. Religionis zelus .... Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod dudum parrochiali ecclesia in Tepla Pragensis dioc. ex eo vacante, quod d. f. Johannes prepositus monasterii Chotissouicensis per prepositum soliti gubernari Premonstratensis ordinis dicte dioc. tunc dictam ecclesiam obtinens, per dilectas in Christo filias canonicas et conventum ipsius monasterii in earum et eiusdem monasterii prepositum concorditer electus, administracionem bonorum ipsius monasterii extitit canonice et pacifice assecutus, d. f. Eyringo abbas monasterii Teplensis ordinis et dioc. predictorum parrochialem ecclesiam predictam, per canonicas ipsius monasterii Teplensis, cuius existis canonicus professus, gubernari consuetam et ad collacionem abbatisse dicti monasterii Teplensis, que est pro tempore, pertinentem, sic vacantem .... canonice, nisi nostra obstaret reservacio, tibi contulit et providit eciam de illa, tuque vigore collacionis et provisionis huiusmodi prefatam ecclesiam extunc per quatuor annos vel circa tenuisti et possedisti, prout adhuc tenes et possides pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubitas, quod ecclesia ipsa tempore collacionis et provisionis predictarum fuerit disposicioni apostolice reservata, teque posse propterea super ipsa imposterum molestari, nos volentes te .... favore prosequi gracioso, ... volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod collacio et provisio predicte de ecclesia ipsa per eundem abbatem, ut premittitur, tibi facte et alia inde secuta perinde a data presencium .... valeant .... D. Auinione IIII kal. Januarii pontificatus nostri a. sexto.

R. Av. 139 fol. 723'.

---

875. *Archiepiscopo Pragensi conceditur facultas faciendi pacem inter Kazimirum regem Poloniae et magistrum ac fratres hospitalis b. Mariae Theutonicorum ordinis Jerosolimitani. „Inter cetera desiderabilia" „Auinione VI kal. Februarii a. septimo."*

V
. X . *Avinione, 1359 Januarii 27.*

R. Av. 141 fol. 629. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 588 nr. 789.

---

876. *Martinus in abbatem monasterii Strahoviensis electus eidem monasterio praeficitur.*

V V V
. X X X *Avinione, 1359 Februarii 11.*

D. f. Martino abbati monasterii Strahowiensis alias Montis Syon prope Pragam Premonstratensis ordinis salutem etc. Inter solicitudines ... Dudum

siquidem quondam Petro abbate monasterii Strahowiensis alias Montis Sion prope Pragam Premonstratensis ordinis regimini ipsius monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice sedis providenciam utilem et idoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero eodem monasterio per ipsius Petri abbatis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, dd. ff. conventus ipsius monasterii, reservacionis et decreti predictorum, ut asseritur, ignari, te canonicum ipsius monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum, in eorum et dicti monasterii abbatem licet de facto concorditer elegerunt, tuque, reservacionis et decreti predictorum, ut asseritur, similiter inscius, eleccioni huiusmodi illius tibi presentato decreto consenciens, eam per d. f. Wynricum abbatem Steinueldensis dicti ordinis Coloniensis dioc., patrem abbatem dicti Strahowiensis monasteriorum, ad quem confirmacio abbatis dicti monasterii Strahowiensis tam ex institutis dicti ordinis, per sedem apostolicam ex certa sciencia, ut asseritur, confirmatis, quam eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere dicitur, licet de facto obtinuisti eciam confirmari, et deinde dubitans de reservacione et decreto predictis, huiusmodi negocium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur attendentes eleccionem et confirmacionem predictas utpote post et contra reservacionem et decretum predicta attemptatas fuisse, eas, prout erant, reputantes irritas et inanes, ad provisionem ipsius monasterii Strahowiensis, de qua nullus preter nos hac vice disponere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsum monasterium Strahowiense longe vacacionis subiaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam super hoc cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite ac morum honestate, spiritualium et temporalium circumspeccione et aliis multiplicatis virtutum meritis apud nos laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus necnon dictorum conventus te eligencium unanimi voluntate attenta meditacione pensatis, de persona tua prefato monasterio Strahowiensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii Strahowiensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo . . . . D. Auinione III id. Februarii a. septimo.

In. e. m. . . . . conventui monasterii Strahowiensis.

In e. m. . . . . Vynrico abbati monasterii Steynueldensis.

R. Av. 141 fol. 45.

---

877. Petrus de Rosenberg supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1359 Februarii 12.

Supplicat S[ti] V[re] humilis servitor vester Petrus de Rosemberg canonicus Pragensis de baronibus regni Boemie, quatenus sibi in personas infrascripto-

rum familiarium et servitorum suorum specialem graciam facientes dignemini providere:

Diuisio nato Turciani de Dubcowicz[a]) militis, clerico Pragensis dioc. de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature; cum acceptacione etc. et cum aliis clausulis et non obstantibus oportunis ac executoribus.

Wenceslao de Licuania[b]) cum dicto Petro apud sedem apostolicam constituto de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wicegradensis, non obstante, quod parrochialem ecclesiam de Malsicz Pragensis dioc. obtinere noscatur; et cum aliis clausulis et non obstantibus ut supra.

Wenceslao de Milisyn[c]) de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante ad collacionem etc. archiepiscopi Pragensis, non obstante, quod parrochialem ecclesiam de Bozulecz Pragensis dioc. obtinere noscatur,[1]) cum aliis clausulis et non obstantibus ut supra.

Hynconi Przibicouis de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante ad collacionem etc. . . episcopi Wratislauiensis, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Obedieniez Pragensis dioc. noscitur obtinere, et cum aliis clausulis et non obstantibus ut supra.

Johanni de Porrisyn[d]) de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Patauiensis, non obstante quod parrochialem ecclesiam de . . . .[e]) Pataviensis dioc. obtinet; cum aliis non obstantibus ut supra.

Fiat de omnibus G.

Item dignemini committere ad partes examen predictorum Diuisii et Wenceslai de Licuania[b]) et Wenceslai de Milisyn[f]).

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II[g]) id. Februarii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 29'. — a) Corrige: ‚Troiani de Dubrawicz' b) Corrige: ‚Lituania'. c) Correctum ex: ‚Milisim' Suppl. d) Correctum ex: ‚Porrisun' Suppl. e) Spatium vacuum relictum ad quod in marg. dext. sequens adnotatio pertinet: ‚nota, quod simile spacium erat in originali'. f) Correctum ex: ‚Milisun' Suppl g) Correctum ex: ‚IIIIto'. — 1) Conf. Tingl, Lib. confirmatiounm I pag. 87.

---

878. Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Venceslao de Litvania[a]) de canonicatu ecclesiae Vissegradensis prope Pragam sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstante ut in supplicatione sub nr. 877. „Dignum arbitramur" „Auinione II id. Februarii a. septimo."

X
.X. *Avinione, 1359 Februarii 12.*

R. Av. 140 fol. 311'. — a) ‚Lituania' Av.

---

879. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Venceslao de Miličín[a]) rectori parochialis ecclesiae in Bošilce[b]) beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18

marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem archiepiscopi Pragensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 877. „Dignum reputamus" „Auinione II id. Februarii a. septimo."

. X . *Avinione, 1359 Februarii 12.*

R. Av. 140 fol. 501, R. Vat. 234 fol. 187'. — a) ‚Milisii' Av., ‚Millisii' Vat. b) ‚Bozutlecz' Av., ‚Bozuclecz' Vat.

---

880. Petrus natus Petri de Rosenberg supplicat, quatenus sibi et ecclesiis ac personis infrascriptis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1359 Februarii 12.

Supplicat S[ti] V[re] devotus orator vester Petrus natus quondam nobilis viri domini Petri de Rosemberch baronis regni Boemie, prepositus ecclesie Omnium Sanctorum in castro Pragensi, quatenus monasterium monialium ordinis s. Clare per ipsum Petrum in loco Crumlaw Pragensis dioc., qui locus de suo et fratrum suorum dominio temporali existit, in honorem et sub vocabulo sanctissimi corporis domini nostri Jesu Christi ac gloriose virginis Marie genitricis eius de novo canonice fundatum, constructum atque dotatum, ad quod presertim in ipsius corporis festo et per octabas maxima confluit populi multitudo, devote visitantibus annuatim in singulis ipsius domini nostri Jesu Christi et sui sacratissimi corporis ac b. Marie virginis, pentecostes et omnium sanctorum, Johannis evangeliste ac dedicacionis dicti monasterii festivitatibus amplam indulgenciam dignemini misericorditer elargiri.

Fiat de uno anno et XL diebus G.

Item supplicat, quatenus sibi ac dilectis germanis suis ac nobilibus viris domino Johanni comiti de Leutemberch, Henrico de Lipa baroni regni Boemie, Wilhemo de Straz, Wliczconi de Dobronitz, Troiano de Dubrauicz, Johanni de Dyerni militibus et uxoribus eorum, Tzaychano de Wliksicz, Cunsoni de Obedenicz, Wenceslao de Militzin canonico Wratislauiensi et Wenteslo[a]) rectori ecclesie in Bosuletz Pragensis dioc. plenam peccatorum remissionem in mortis articulo concedere dignemini ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus ecclesias parrochiales dicte dioc. in Militzin sub vocabulo et in honore s. Johannis Baptiste, in Bosuletz capellam sacratissimi corporis Christi et in Malsicz beati Martini fundatas, constructas atque dotatas, ad quas presertim in ipsorum patronorum festivitatibus magna confluit populi multitudo, devote visitantibus annuatim in singulis ipsius domini nostri Jesu Christi et sui sacratissimi corporis ac b. Marie virginis, omnium sanctorum, Johannis Baptiste, beatorum apostolorum, s. Martini confessoris ac dedicacionis dictarum ecclesiarum festivitatibus amplam indulgenciam dignemini misericorditer elargiri.

Fiat de uno anno et XL diebus. G.

Item supplicat, quatenus sibi [concedere dignemini], ut possit habere altare portatile, in quo valeat coram se et familia sua per proprium vel alium idoneum sacerdotem missarum sollempnia et alia divina officia facere celebrari eciam antequam illucescat dies.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus fratri Theodrico de Nouadomo ordinis fratrum minorum concedere dignemini et indulgere, quod cum aliis sex personis religiosis aut secularibus causa peregrinacionis sepulcrum dominicum et alia loca ultramarina visitare valeat; ut in forma.

Fiat in forma G.

Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II id. Februarii [a. septimo][b].

R. Suppl. 30 fol. 33. — [a]) Corrige: ‚Wenceslao‘. [b]) Suppletum ex litteris gratiarum sub numeris sequentibus editis. In marg. dext. adnotatur: ‚Nota, quod in dato erat defectum.‘

---

881. Omnibus vere poenitentibus, qui ecclesiam monasterii monialium ordinis s. Clarae in Krumlov (Krummau)[a]) *in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, resurectionis, ascensionis domini, pentecostes ac eiusdem corporis Christi et quatuor principalibus b. Marie virginis et s. Johannis Evangelistae festivitatibus et in omnium sanctorum celebritate ac in dedicationis ipsius ecclesiae die devote visitaverint annuatim, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie“ „Auinione II id. Februarii a. septimo.“*

Avinione, 1359 Februari 12.

. X̄ .

R. Av. 141 fol 617'. — Ed. apud Klimesch, Urkunden- und Regestenbuch des ehemaligen Klarissinenklosters in Krummau pag. 42 ex copia „Libri magistralis conventus Boemo-Crumloviensis fratrum Minorum“. — [a]) ‚Crumlaw‘ Av.

---

882. Petro nato quondam Petri de Rosenberg[a]) *praeposito ecclesiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione II id. Februarii a. septimo.“*

Avinione, 1359 Februarii 12.

R. Av. 141 fol. 544. — [a]) ‚Rosemberg‘ Av.

---

883. Ulrico nato quondam Petri de Rosenberg[a]) *militi et Elisabeth*[b]) *eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione II id. Februarii a. septimo.“*

Avinione, 1359 Februarii 12.

R. Av. 141 fol. 544. — [a]) ‚Rosemberg‘ Av. [b]) ‚Elizabet‘ Av.

884. *Jodoco [a]) nato quondam Petri de Rosenberg [b]) militi et Agnetae [c]) eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione II. id. Februarii a. septimo.*

Avinione, 1359 Februarii 12.

R. Av. 141 fol. 544. — a) ‚Judoco‘ Av. b) ‚Rosemberg‘ Av. c) ‚Agnete‘ Av.

---

885. *Johanni nato quondam Petri de Rosenberg [a]) militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione II id. Februarii a. septimo.“*

Avinione, 1359 Februarii 12.

R. Av. 141 fol. 544. — a) ‚Rosemberg‘ Av.

---

886. *Nobili viro Henrico de Lipa militi et Annae eius uxori Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccaorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione II id. Februarii a. septimo.“*

Avinione, 1359 Februarii 12.

R. Av. 141 fol. 544.

---

887. *Omnibus vere poenitentibus, qui parochialem ecclesiam s. Johannis Baptistae in Miličín [a]) Pragensis dioc. in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, resurrectionis, ascensionis domini et quatuor principalibus b. Marie virginis, dicti s. Johannis et dictorum apostolorum festivitatibus ac in omnium sanctorum celebritate ac in dedicationis ipsius ecclesiae die devote visitaverint annuatim, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie“ „Auinione II id. Februarii a. septimo.“*

.X̿. *Avinione, 1359 Februarii 12.*

R. Av. 141 fol. 617. — a) ‚Miliczin‘ Av.

---

888. *Omnibus vere poenitentibus, qui capellam corporis Christi in Bošilec [a]) Pragensis dioc. in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, resurrectionis, ascensionis domini ac eiusdem corporis Christi et quatuor principalibus b. Marie virginis et dictorum apostolorum festivitatibus et in omnium sanctorum celebritate ac in*

dedicacionis ipsius capelle die devote visitaverint annuatim, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie" „Auinione II id. Februarii a. septimo."

. $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1359 Februarii 12.*

R. Av. 141 f. 617. — a) ‚Bosuletz' Av.

889. *Omnibus vere poenitentibus, qui parochialem ecclesiam b. Martini in Malšicz[a]) Pragensis dioc. in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, resurrectionis ascensionis domini et quatuor principalibus b. Mariae virginis, dictorum apostolorum, dicti s. Martini festivitatibus et in omnium sanctorum celebritate ac in dedicationis ipsius ecclesiae die devote visitaverint annuatim, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie" „Auinione II id. Februarii a. septimo."*

. $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1359 Februarii 12.*

R. Av. 141 f. 617. — a) ‚Malsitz' Av.

890. *Catherinae[a]) relictae quondam Petri Werkmeister[b]) viduae de Nissa[c]) Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione II id. Marcii a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 14.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Katherine' Av. b) ‚Werkmeystir' Av. c) ‚Nysa' Av.

891. *Petro Werkmeister canonico ecclesiae Opoliensis Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione II id. Marcii a. septimo."*

Gratis pro deo. *Avinione, 1359 Martii 14.*

R. Av. 140 fol. 366'.

892. *Theoderico de Nova Domo ordinis fratrum Minorum professori indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366.

893. *Nobili viro Chvalo*[a]) *dicto Makovec*[b]) *domicello Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Chualo' Av. b) ‚Makouecz' Av.

---

894. *Nobili viro Petro dicto Višně*[a]) *domicello Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Wysnye' Av.

---

895. *Nobili viro Jaroslao de „Neduichouicz" domicello Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366.

---

896. *Nobili viro Benesio de Kravař*[a]) *militi Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Crauarz' Av.

---

897. *Nobili viro Petro de Michalovicz*[a]) *militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."*

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Michalsperch' Av.

---

898. *Nobili viro Přibík*[a]) *nato quondam Johannis de Broumovicz*[b]) *domicello Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium pec-*

catorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Przibeco' Av. b) ‚Bramonicz' Av.

---

899. Nobili viro Marquardo nato quondam Přibíkonis[a]) de Pořešín[b]) domicello Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366.. — a) ‚Przibiconis' Av. b) ‚Porziesin' Av.

---

900. Nobili viro Blahae[a]) de Černčicz[b]) militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."

Avinione, 1359 Martii 21.

R. Av. 140 fol. 366. — a) ‚Blahe' Av. b) ‚Cinrancicz' Av.

---

901. Nobili viro Přibík[a]) de Oběděnicz[b]) domicello Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Aprilis a. septimo."

. X . *Avinione, 1359 Martii 21.*

R. Av. 140 fol. 366'. — a) ‚Przibico' Av. b) ‚Obedenicz' Av.

---

902. Olomucensi et Lubicensi episcopis ac archidiacono Pragensi mandatur, quatenus contra occupatores ecclesiae Zwerinensis, qui certa castra, bona et res alias ad mensam Alberti episcopi Zwerinensis spectantia detinent, procedant, Henricum archidiaconum et Wickonem de Bülow[a]) canonicum omnibus ecclesiasticis beneficiis et Reymarum dictum Bülow[a]) militem et armigeros dictos Bülow[a]) eiusdem dioc. omnibus feudis saecularibus, quae ab ecclesia Zwerinensi tenent, privare curantes. „Significavit nobis" „Auinione kal. Aprilis a. septimo."

X
. X . *Avinione, 1359 Aprilis 1.*

R. Av. 141 fol. 633. — a) ‚Bulowe' Av.

903. Innecentius VI Carolum Romanorum imperatorem certiorem facit, se petitione super impetranda quadam dispensatione non admissa, Guilelmum decanum Vissegradensem, ei etiam super contentis in quadam schedula propria manu scripta responsurum, remisisse.

Avinione, 1359 Aprilis 2.

Carissimo in Christo filio Carolo regi Romanorum illustri salutem etc. D. f. Guillelmum decanum Wisscegradensem, celsitudinis tue nuncium, ad nostram ex parte tua presenciam accedentem contemplacione mittentis et sue probitatis intuitu paterno recipientes affectu, magnitudinis tue peticionem super impetranda ab apostolice sedis indulgencia dispensacione quadam tam eiusdem nuncii quam litterarum tuarum ministerio presentatam intelleximus diligenter. Si quidem, carissime fili, dum te tanquam fortitudinis nostre brachium et nobilem ecclesie milita[n]tis athletam semper gerimus in visceribus caritatis, considerare nos convenit, ut, que in ipsa rei superficie tibi grata se prebeant, inspecta interius eciam tibi commoda et utilia videantur. Licet itaque nostre semper intencionis existat, quantum cum deo possumus, annuere votis tuis, nichilominus attendentes, predictam dispensacionem pro instanti tempore serenitati tue minime necessariam fore vel utilem, illam pro modo non duximus concedendam, sperantes insuper in domino teque eciam in eodem sperare paternis affectibus suadentes, ipsum de sue munificencie plenitudine velle ita tecum agere, quod neque in futurum necessaria erit, tuque iudicare poteris non indigne, apostolice sedis diligenciam non annuendo quam annuendo predictis commodius providisse. Quare serenitatem tuam precamur et hortamur attente, quatenus moleste non feras, si peticionem prefatam racionabilibus suadentibus causis pro presenti paterna caritas non admisit, cum scias, quod sepe rerum omnium conditor deus et graciarum suarum munificus distributor votis non respondendo petencium maioris signa dileccionis ostendit; verum quia predicta omnia prefatus nuncius tuus, lator presencium, per nos super eisdem et de paterne dileccionis affectu, quem ad te gerimus, lacius informatus, cui dare in premissis credencie fidem eadem serenitas tua velit, explicare poterit oraculo vive vocis, propter ea non vidimus longioribus per nos fore scripcionibus insistendum. Volumus autem, ut brevi adiuncto litterarum nostrarum seriem concludamus, magnitudinem tuam spem indubiam gerere certamque fiduciam obtinere, quod in hiis, que tui culminis respiciant honores et commoda, pro tuorum excellencia meritorum, que famosis cothidie preconiis extolluntur, apostolice sedis favorem et graciam, quantum nobis fuerit ex alto permissum, adesse sibi semper abundancius inveniret regia celsitudo, insuper eciam super contentis in quadam cedula predictis tuis litteris interclusa et tue manus proprie scripcione notata per eiusdem nuncii tui ministerium melius verbo quam calamo una cum predictis omnibus tibi duximus respondendum D. Auinione IIII non. Aprilis a. septimo.

R. Vat. 240, fol. 25. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 482 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 791 nr. 358.

904. *Omnibus, qui reliquias in capella in castro Karlstein collocatas visitaverint, indulgentiae conceduntur.*

. X̄ *Avinione, 1359 Aprilis 4.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Splendor paterne glorie. . . . Cum itaque, sicut exhibita nobis pro parte . . . . Caroli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis illustris peticio continebat, ipse in quadam solenni cruce aurea, gemmis et lapidibus preciosissimis decorata et reposita in capella quadam, per eum in castro suo Karlstein Pragensis dioc. canonice fundata, certas partes de ligno vivifice crucis et unum[a]) ex clavis ac de spongia nec non duas ex [s]pinis corone spinee salvatoris nostri domini Jesu Christi in quibus pro salute humani generis sacratissimam sustinuit passionem, nec non de s. Johannis Baptiste et aliis pluribus sacris reliquiis honorifice collocavit, nos cupientes, quod predicte reliquie congruis honoribus venerentur, ... omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad videndum prefatas reliquias, dum eas ubicunque semel dumtaxat in anno, in memoriam ipsius sacratissime passionis ostendi contigerit, devote porrexerint, septem annos et septem quadragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus. D. Auinione II non. Aprilis a. septimo.

R. Av. 141 fol. 557, R Vat. 240 fol. 14. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 484 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 791 nr. 359. — a) ‚uno' Av. — Conf. nr. 617.

---

905. *Magistro fratrum ordinis praedicatorum promovendi facultas ad honorem magisterii in sacra pagina in generali capitulo in civitate Pragensi celebrando unum virum sacrarum lectionum studio deditum, a Carolo Romanorum imperatore et Bohemiae rege nominandum, conceditur.*

. X. *Avinione, 1359 Aprilis 4.*

D. f. . . magistro fratrum ordinis predicatorum salutem etc. Exigit . . . . Caroli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis illustris sincera devocio . . . ., ut peticionibus suis et presertim illis, que in ipsa dei ecclesia fructum affere valeant, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos ipsius imperatoris supplicacionibus inclinati, tibi, ut, quamprimum in civitate Pragensi, que in ipsius Caroli Boemie regno consistit et generali gaudet studio literarum, generale capitulum fratrum tui ordinis contigerit celebrari, unum virum ydoneum, religiosum vel secularem, sacrarum leccionum studio deditum et in lege domini eruditum, quem tibi prefatus imperator duxerit nominandum, si eum per sufficientem examinacionem tuam et aliorum in sacra pagina magistrorum ordinis, qui in dicto capitulo intererunt, et studii predictorum ad suscipiendum in eadem sacra pagina magistratus honorem sufficientem et alias laudabilis vite ac bone fame esse repereris, ... ad honorem ipsius prefati magisterii, quibuscunque constitucionibus nec non statutis et consuetudinibus ac privilegiis predicti et aliorum quorumlibet studiorum contrariis nequaquam obstantibus, constitucione tamen concilii Viennensis et aliis in hoc debitis et consuetis solennitatibus observatis, promo-

vere sibique eandem sacram paginam ubicunque docendi licenciam elargiri licite valeas, auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem. D. Auinione II non. Aprilis a. septimo.

R. Av. 141 fol. 557'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 483.

---

906. *Nicolao Fridlini providetur motu proprio de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus vel officii.*

. X X . *Avinione, 1359 Aprilis 7.*

D. f. Nicolao Fridlini canonico Pragensi salutem etc. Suffragancia tibi probitatis .... Volentes itaque tibi, qui .... Caroli Romanorum imperatoris .... familiaris existis, ... graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Pragensis .... motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate, apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ipsius ecclesie nec non dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, eciam si dignitas ipsa in eadem Pragensi ecclesia maior post pontificalem fuerit, et ad eam quis consueverit per eleccionem assumi, et eciam si sit disposicioni apostolice reservata, si .... in dicta Pragensi ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, ... conferenda tibi .... donacioni apostolice reservamus ....

D. Auinione VII id. Aprilis a. septimo.

In e. m. .... Luthomuslensi ac .. Mindensi episcopis ac .... decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis.

R. Av. 140 fol. 182, R. Vat. 234 fol. 76'. — In R. Suppl. 30 fol. 45 de provisione praedicta nota cum resolutione papae: ‚Fiat motu proprio G' reperitur.

---

907. *Alberto Alberti terminus annatarum solvendarum de praepositura ecclesiae s. Petri in Brunna prorogatur.*

1359 Aprilis 13.

Item presentacio per abbatissam et conventum monasterii Porteceli de persona Alberti Alberti ad preposituram ecclesie collegiate s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. et institucio[a]) per episcopum Olomucensem facta[b]) de persona dicti Alberti ad dictam preposituram fuerunt per dominum papam Innocencium VI confirmate vel eidem de novo provisum de dicta prepositura tanquam de reservatis VIII kal. Novembris a. V[1]); finavit ad CXVII flor cum dimidio de florenis ponderis sentencie solvendos a festo pasche ad annum, quo decet; MCCCLIX die XIII mensis Aprilis solvit per manus domini Czakani canonici predicte ecclesie s. Petri .. . CX' flor. Prorogatus fuit sibi terminus die

predicta XIII. sub eisdem penis et senteneiis de VII flor. cum dimidio usque ad festum nativitatis domini proxime venturum — VII flor. cum dimidio.

Coll. 290 fol. 9'. — a) ‚institucionem' Coll. b) ‚factam' Coll. — ¹) Nr. 652. — Conf. nr. 657

---

908. *Carolus primogenitus regis Franciae supplicat, quatenus Cristano Sebastiani de Mladějov de canonicatu ecclesiae Olomucensis provideatur.*

Avinione, 1359 Aprilis 17.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus primogenitus regis Francie, regnum regens, dux Normannie et dalphinus Viennensis, quatenus sibi in personam dilecti clerici et familiaris sui Cristani nati condam Sebastiani de Mladierow[a]) Pragensis dioc. specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Olomucensis providere dignemini et prebendam, si qua vacat, vel proxime vacaturam in dicta ecclesia donacioni sedis apostolice dicto Cristano conferendam reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto, et clausula anteferri; et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et cum commissione examinis ad partes. Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XV kal. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 48. — a) Corrige: ‚Mladieiow'.

---

909. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Cristano Sebastiani de Mladějov[a]) de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione prebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Maii a. septimo."*

X
. X .

Avinione, 1359 Aprilis 17.

R. Av. 140 fol. 305'. — a) ‚Mladieaow' Av.

---

910. *Innocentius VI Carolum Romanorum imperatorem et Bohemiae regem, qui quarundam personarum ecclesiasticarum in partibus Alamanniae errores coercere intendit, rogat, quatenus a comminationibus sequestrationis ecclesiasticorum proventuum abstineat, et Guilelmum decanum Wissegradensem imperatorem de intentione papae in hac re certiorem facturum remittit. „Habet fidedigna" „Auinione XII kal. Maii a. septimo."*

Avinione, 1359 Aprilis 20.

R. Vat. 240 fol. 31'. — Ed. apud Balbin, Miscellanea dec. I, lib. VI. pag. 85 et Raynald, Annales eccles. tom. XVI pag. 401, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII. pag. 510 nr. 65.

911. Guilelmus de Lestkor decanus ecclesiae Vissegradensis nuntius apostolicae sedis et collector in provincia Pragensi constituitur.

Avinione, 1359 Aprilis 27.

Innocentius VI. D. f. Wilhelmo de Lescav decano ecclesie Wissegradensis apostolice sedis nuncio salutem. Gerentes de tue circumspeccionis et probitatis ac sollicitudinis industria, super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendaris, fiduciam in domino specialem et sperantes, quod ea, que tibi per sedem apostolicam vel auctoritate ipsius fuerint committenda, per te fideliter et iugiter exequentur, te in tota provincia[a]) [Pragensi] apostolice sedis nuncium et fructuum, reddituum, proventuum, censuum, annalium, deveriorum, iurium, pertinencium et rerum quarumlibet aliarum ad nos et cameram apostolicam pertinencium collectorem et unicum exactorem usque ad ipsius sedis beneplacitum auctoritate apostolica constituimus et facimus ac eciam deputamus. Unde tibi per te vel alium seu alios petendi, exigendi et recipiendi nostro et ecclesie Romane ac camere prelibate nomine a quibuscumque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis ordinum quorumcunque, capitulis, conventibus, universitatibus, communitatibus et aliis clericis et laicis quibuscunque omnia et singula fructus, redditus, proventus, census, annalia, deveria, iura et quecunque alia nobis seu eidem ecclesie vel camere prelibate quacunque racione, causa vel ocasione quomodolibet debita et debenda infra fines nunciacionis prelibate seu extra, ubilibet transportentur[b]) seu obnoxii huiusmodi transferantur, et utendi omnibus et singulis litteris seu commissionibus apostolicis aut mandatis per nos vel predecessores nostros Romanos pontifices vel legatos sedis predicte aut gentes[c]) camere memorate directis nunciis vel collectoribus apostolicis quibuscunque infra nunciacionem previam hactenus deputatis, utilitatem prefate camere concernentibus[d]) vel profectum,[e]) et eorum statum, prout fuerit resumendum, ac in eis contenta debite audiendi et fine legitimo[f]) terminandi ac audiendi et examinandi raciones et computa quorumcunque collectorum seu succollectorum infra nunciacionem prefatam deputatorum hactenus per quoscunque et per te[g]) in antea deputandorum nec non et inibi deputatos, prout expedire noveris, confirmandi, revocandi et alios subrogandi aut de novo deputandi, quociens videris expedire, liberandi quoque plenius et quitandi omnes tibi et singulos persolventes iura et deveria prelibata de hiis solummodo, que ab ipsis recipere te continget, nec non et reliqua exercendi, que premissis nunciacioni et collectorie et cuilibet earundem necess[ar]ia fuerint seu alias oportuna, quecunque fuerint seu quanta, eciamsi alias de ipsorum natura mandatum exigerent speciale, compescendi quoque contradictores quoscunque et iniuriatores ubilibet tibi seu nunciis aut succollectoribus vel familiaribus in hiis tuis auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita cum effectu, invocandi nichilominus ad hec, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus constitucionibus apostolicis premissis contrariis quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede previa sit [indultum], quod excommunicari vel interdici nequeant aut suspendi per litteras apostolicas [non] facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto h[uiusmodi], eorum nominibus aut cognominibus propriis vel ordinibus mencionem, plenam et liberam tenore presencium conce-

dimus potestatem. Igitur sic te geras, prout plene confidimus, in premissis, quod abinde titulum digne laudis et nostram ac dicte sedis graciam, ut speramus, valeas uberius promereri. D. Auinione V. kal. Maii a. septimo.

R. Vat. 241 M (Archet.) nr. 150. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 489 et Huber Reg. Imp. VIII pag. 791 nr. 362. — a) Sequitur lacuna pro nomine supplendo in Archet. b) ‚transporterentur' Archet. c) ‚gerentes' Archet. d) ‚conserventibus' Archet. e) ‚profectuum, Archet. f) Sequitur: ‚termino', sed cancellatum est in Archet g) ‚per te' correctum pro ‚in, genuine posito in Archet. — In tergo minutae adnotatur: ‚R[escribe] B de Carpin[eto] I de camera A'; subtus ad partem rectam: ‚R VI'.

---

912. Philippo episcopo Cavallicensi mandatur, quatenus Carolum imperatorem Romanorum, etiam a Guilelmo de Lestkov alloquendum, personaliter exhortetur, ut sedem apostolicam de excessibus quorundam praelatorum et personarum ecclesiasticarum in partibus Alamanniae, quos ad correctionem excitavit, certiorem reddat.

Avinione, 1359 Maii 1.

Ven. fr. Philippo episcopo Cauallicensi, apostolice sedis nuncio, salutem. Pervenit ad audienciam nostram, quod carissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex illustris attendens quosdam prelatos et clericos aliasque ecclesiasticas personas tam seculares quam regulares in partibus Alamanie constitutos minime vitam eorum ducere iuxta decenciam clericalem et effreni quadam vivendi licencia laxare frena lasciviis ac sese contra sacrorum canonum prohibiciones quibusdam secularibus actibus immiscendo, in ludis, hastiludiis, torneamentis et aliis a iure prohibitis dilapidare substancias pauperum et patrimonium Jesu Christi, zelo[a]) domus domini et fervore devocionis accensus, nonnullos prelatos earundem parcium per suas litteras, quarum quedam originales pridem nostro fuerunt conspectui presentate, cominaciones sequestracionis ecclesiasticorum proventuum continentes, ad correccionem huiusmodi delinquencium excitavit. Nos autem, licet huiusmodi comminaciones ex radice caritatis provenisse nullatenus dubitemus, nichilominus tamen, ne forte per id, quod ortum ex puritate devocionis accidit,[b]) debitos transeundo terminos honori nostro et libertati ecclesiastice posset in aliquo derogari aut ullum eidem libertati in posterum preiudicium generari, serenitati sue in paterne caritatis affectu, quem ad ipsum gerimus, scribendum duximus iuxta formam cedule, quam tibi mittimus presentibus interclusam, ac serenitatem eandem plenius vive vocis oraculo per d. f. Guillelmum decanum Vissegradensem, ambassiatorem suum, paternis exhortacionibus alloquendam, et nichilominus tam abusive temeritatis excessibus ipsorum prelatorum et clericorum oportunius obviare remediis intendentes, venerabilibus fratribus nostris Treverensi, Coloniensi, Maguntinensi, Bremensi, Salzeburgensi et Magdeburgensi archiepiscopis per apostolica scripta mandamus, quatinus ad huiusmodi mores et actus illicitos penitus abolendos circa subiectos sibi clericos ecclesiasticasque personas vigilem curam adhibeant et in pervicaces et negligentes debitum officii pastoralis extendant, prout similiter interclusa presentibus cedula reserabit. Volumus igitur et frater-

nitatem tuam, de qua plenariam in domino fiduciam obtinemus, rogamus et hortamur attente, eidem per apostolica scripta mandantes, quatinus iuxta datam tibi a domino prudencie habundanciam ad dictum imperatorem, si expediens fore videris, te personaliter conferens, excellenciam suam pre sue devocionis affectu [c]) plurimum commendando presencialiter alloquaris iuxta predicte cedule sentenciam et tenorem, excellenciam ipsam, prout tibi convenire videbitur, verbis tuis exhortans, ut pro nostra et apostolice sedis reverencia de predictis excessibus aut aliis, quociens sibi de illis fidedigna informacione constiterit, velit nos, ad quorum spectat officium iusticia mediante corrigere taliter delinquentes, sua sublimitas reddere per suas litteras cerciores. Insuper eciam prefatis archiepiscopis et eorum suffraganeis, quicquid tibi ad refrenandos ac corripiendos predicte temeritatis abusus expediens fore videbitur, diligenter exponere non postponas, taliter in premissis tue devocionis studium impensurus, quod, que scribendo non potuimus explicare, suppleat tue prudencie plenitudo. Ceterum super hiis, que fraternitati tue pro parte nostra referet d. f. Conradus prepositus ecclesie s. Mauritii Maguntine, lator presencium, cui credencie fidem dabis, cum prelatis Alamanie sermonem habere poteris, cum adesse tempus idoneum tua prudencia iudicabit, prout eidem fraternitati tue videbitur expedire. Insuper eciam prefato imperatori super danda tibi fide credencie in predictis per alias nostras litteras simul cum presentibus scribimus, quas, si ad eundem te conferre contigerit, serenitati sue tua fraternitas presentabit. D. Auinione kal. Maii a. septimo.

R. Vat. 240 fol. 37. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 490 et Huber Reg. Imp. VIII pag. 791 nr. 363. — [a]) ‚zelus' Vat. [b]) ‚accepit' Vat. [c]) ‚affectum' Vat.

---

913. *Guilelmus praepositus et capitulum ecclesiae Vissegradensis supplicant, quatenus omnibus, qui ad opus ecclesiae Vissegradensis manus porrexerint adiutrices, indulgentiae concedantur, et quatenus omnia privilegia eiusdem ecclesiae confirmentur.*

Avinione, 1359 Maii 7.

Supplicant S[ti] V[re] devoti oratores vestri Wilhelmus prepositus, Wilhelmus decanus, Johannes custos totumque capitulum ecclesie vestre Wissegradensis prope Pragam, quatenus, cum dicta Wissegradensis ecclesia chorum pro ipsius prelatis, canonicis, vicariis ac ministris et clero ipsius habeat nimis strictum, sitque ibidem novum opus ad chorum huiusmodi dilatandum inchoatum, nec pro illius consummacione sint aliqui redditus deputati, dignemini omnibus in statu salutis existentibus, qui manus ad opus et fabricam ipsius chori porrexerint adiutrices, aliquam competentem indulgenciam, prout V[re] videbitur S[ti], misericorditer impartiri.

Fiat de uno anno et quadraginta diebus G.

Item, quod omnia, que ipsi ecclesie Wissegradensi per imperatores, reges et principes ac alios fideles donata sunt, et omnia privilegia ipsius ecclesie per

imperatores, reges et principes concessa etc. dignetur ex certa sciencia confirmare cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Exhibeantur in cancellaria, et si racionabilia fuerint, confirmentur G.

Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione non. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 52'.

---

914. *Omnibus, qui ad opus ecclesiae Vissegradensis manus porrexerint adiutrices, indulgentiae conceduntur.*

. X . *Avinione, 1359 Maii 7.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Ecclesiarum fabricis . . . . Cum itaque, sicut accepimus, ad ampliandam partem ecclesie Wissegradensis prope Pragam, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, in qua parte sunt caput et chorus ipsius ecclesie, et que pro prelatis, canonicis, vicariis ac ministris et aliis clericis eiusdem ecclesie nimirum arta erat, novum opus inchoatum fuerit non modicum sumptuosum, nec pro ipsius consummacione sint aliqui certi redditus deputati, et propterea opus ipsum fidelium suffragiis indigere noscatur, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis pias ad opus predictum elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim . . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui manus ad premissa porrexerint adiutrices, unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentibus post decennium minime valituris, quas mitti per questuarios districcius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. D. Auinione non. Maii pontificatus nostri a. septimo.

R. Av. 140 fol. 670, R. Vat. 234 fol. 270'.

---

915. *Petrus de Bohemia supplicat, quatenus Slavatae Sdinconis de Útěchovicz beneficium ecclesiasticum, ad collationem ecclesiae Pragensis pertinens, reservetur.*

Avinione, 1359 Maii 7.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus orator et penitenciarius vester Petrus de Boemia ordinis fratrum predicatorum, quatenus sibi in personam dilecti nepotis sui Slawate presbyteri Sdinconis de Vtyechowicz Olomucensis dioc. specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad collacionem, provisionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis pertinens communiter vel divisim, eciam si sit in cathedrali ecclesia, vacans vel proximo vacaturum,

conferendum eidem Slawate donacioni apostolice dignemini reservare; cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri ac omnibus non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione non. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 56.

---

916. *Slavate Sdinconis*[a]) *de Utěchovicz*[b]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Auinione non. Maii a. septimo. — In e. m. archiepiscopo Pragensi et praeposito Avinionensis et decano Vissegradensis prope Pragam ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1359 Maii 7.*

R. Av. 140 fol. 476', R. Vat. 234 fol. 119'. — a) ‚Slawate Sdynconis' Av. b) ‚Wtechowitz' Av., ‚Wthechowicz' Vat.

---

917. *Albertus episcopus Zwerinensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1359 Maii 7.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota vestra creatura Albertus episcopus Zwerinensis

. . . .

Item quatenus Victori filio Onsonis militis, clerico Olomucensis dioc., de canonicatu sub exspectacione prebende in ecclesia s. Mauricii in Cremsir Olomucensis dioc. misericorditer dignemini providere etc. ut supra.

Fiat G.

Item quatenus Johanni de Wucow Gneznensis dioc., ipsius episcopi capellano et commensali continuo in Romana curia degenti de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis misericorditer dignemini providere, non obstantibus, quod idem Johannes perpetuam vicariam in ecclesia Zwerinensi et ecclesiam parrochialem eiusdem dioc. dinoscitur obtinere, que tamen per quosdam tyrannos de facto occupantur, quas paratus est [dimittere], cum vigore presentis gracie etc. et aliis non obstantibus etc.; vel similem graciam in ecclesia Wratislauiensi facientes.

Fiat G.

Item quatenus Siffridi filii Cyrimonis de Luboswar clerici Olomucensis dioc., cui alias per S^tem^ V^ram^ de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. extitit provisum, examen in partibus committere dignemini, cum clausulis oportunis.

Fiat G.

Item quatenus Nicolao quondam Ludovici de Nona civitate presbytero Olomucensis dioc., ipsius episcopi capellano, de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. ut supra dignemini providere etc.

Fiat G.

Item quatenus Pardussio quondam Andree de Ochaslauicz[a]) diacono Olomucensis dioc., ipsius episcopi continuo commensali, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Trebicz ordinis s. Benedicti Olomucensis dioc., dignemini providere etc.

Fiat G.

Item quatenus Johanni filio Jesconis de Sussicz militis, clerico Olomucensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Olomucensis, dignemini providere cum clausulis oportunis.

Fiat G.

Sine alia leccione.

Et quod, pater sanctissime, cum propter discrimina viarum et locorum distanciam commode venire non possint, absencium examen in partibus committatur.

Fiat G.

Datum Auinione non. Maii anno septimo.

R. Supl. 30 fol. 56. — a) Corrige: ‚Othaslauicz'.

918. Johanni de „Wacow"[a]) perpetuo vicario in ecclesia Zverinensi reservatur beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis pertinens, si vacat, vel cum vacaverit, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 917. „Laudabilia probitatis" „Auinione non. Maii a. septimo." — In e. m. Zwerinensi et Olomucensi episcopis et decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

. X X. *Avinione, 1359 Maii 7.*

R. Av. 141 fol. 427'. — a) ‚Wueow' Av.

919. Episcopo Zverinensi mandatur, quatenus Pardussio Andreae de Otaslavicz[a]) beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatis et conventus mona-

sterii Trebecensis[b]) *ordinis s. Benedicti dictae dioc. pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione non. Maii a. septimo."*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 7.*

R. Av. 141 fol. 428'. — a) ‚Andree de Othaslauicz' Av. b) ‚in Trebiz' Av.

---

920. *Johanni Ješkonis de Sušicz*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi Olomucensis, si vacat vel cum vacaverit. „Nobilitas generis" „Auinione non. Maii a. septimo." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et Vissegradensis ac s. Agricoli Avinionensis decanis ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1359 Maii 7.*

R. Av. 141 fol. 433'. — a) ‚Jesconis de Sussits' Av.

---

921. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus omnibus, qui missis de beata virgine in ecclesiis parochialibus in Glacz et in Pardubicz interfuerint, indulgentiae concedantur.*

Avinione, 1359 Maii 7.

Significat S[ti] V[re] devotus vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quod pse dudum ad divini cultus et devocionis fidelium augmentum ordinavit, ut in ecclesia parrochiali in Glatz sue dioc. missa de beata virgine singulis diebus in aurora diei debeat celebrari. Et quia ad predictam missam multitudo populi o let singulis diebus devote convenire, supplicat eidem S[ti] dictus archiepiscopus, ut omnibus in statu salutis constitutis, quociens celebracioni dicte misse interfuerint, aliquam competentem indulgenciam concedere misericorditer dignemini de gracia speciali, cum clausulis oportunis.

Item supplicat, quatenus interessentibus similiter misse b. virginis de novo per ipsum archiepiscopum et fratres suos germanos, ut celebraretur, institute in ecclesia parochiali in Pardubicz, fundata in bonis patrimonialibus ipsorum Luthomislensis dioc., similem indulgenciam singulis diebus concedere dignemini ut supra.

Fiat pro ambobus de centum diebus G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione non. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 57.

---

922. *Omnibus, qui celebrationi missae de beata virgine, quam Arnestus archiepiscopus Pragensis in parochiali ecclesia in Glacz Pragensis dioc. singulis diebus*

in aurora celebrari ordinavit, interfuerint, centum dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Dum precelsa" „Auinione non. Maii a. septimo."

. $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1359 Maii 7.*

R. Av. 141 fol. 571'.

923. *Omnibus, qui celebrationi missae de beata virgine, quam Arnestus archiepiscopus Pragensis et eius germani in parochiali ecclesia in Pardubicz, de bonis eorum fundata, singulis diebus in aurora celebrari ordinaverunt, interfuerint, centum dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Dum precelsa" „Auinione non. Maii a. septimo."*

. $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1359 Maii 7.*

R. Av. 141 fol. 571.

924. *Nota de provisione motu proprio facienda Nicolao Fridlini de canonicatu ecclesiae Olomucensis cum reservatione praebendae nec non dignitatis, personatus vel officii.*

Avinione, 1359 Maii 7.

Motu proprio providemus Nicholao Fridlini clerico Pragensi, ... Caroli Romanorum imperatoris familiari commensali, de canonicatu ecclesie Olomucensis ac prebendam ipsius ecclesie nec non dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, eciam si dignitas ipsa in prefata maior post episcopalem existat, spectantem vel spectans communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, eleccionem vel presentacionem aut aliam quamcunque disposicionem episcopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Olomucensis in dicta ecclesia vel extra,[a]) si vacant ad presens vel cum simul aut successive vacabunt, conferenda dicto Nicolao donacioni apostolice reservamus, non obstantibus quibuscunque reservacionibus specialibus nec non statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie et presertim illis, per que antiquiores canonici possunt prebendas optare vacantes, cum acceptacione, decreto et aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat motu proprio G. Auinione non. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 58. — [a]) ,vel extra' supra lin. obscuriori atramento alia manu suppletum, ad quod sequens adnotatio in margine dextro eadem manu facta pertinet: ,Attende, quod ,vel extra' fuit additum in originali de mandato domini nostri per d. Aux. et hic per me. St. de Fonte.'

925. *Nicolao Fridlini de Praga providetur motu proprio de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae nec non dignitatis, personatus vel of-*

ficii. „Suffragancia tibi" „Auinione non. Maii a. septimo." — In e. m. Mindensi et Luthomuslensi episcopis ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

Avinione, 1359 Maii 7.

. X X .

R. Av. 140 fol. 180', R. Vat. 234 fol. 75.

---

926. *Nicolaus de Praga supplicat, quatenus electio sua in praepositum monasterii Zderasiensis confirmetur aut sibi de eadem praepositura de novo provideatur.*

Avinione, 1359 Maii 12.

Pater sanctissime. Nuper prepositura monasterii Sderasiensis Pragensis sepulcri dominici Jerosolimitani, patriarche et ecclesie Jerosolimit[anis] immediate subiecti, ordinis s. Augustini, per obitum quondam Henrici ultimi prepositi dicti monasterii extra Romanam curiam defuncti, qui dicebatur sedis apostolice capellanus, vacante, frater Nicholaus de Praga canonicus dicti monasterii, decretorum doctor, ordinem ipsum expresse professus et in sacerdocio constitutus, per conventum dicti monasterii concorditer electus fuit in prepositum dicti monasterii. Quare cum timeatur, quod dicta prepositura sit disposicioni apostolice eciam specialiter reservata, humiliter supplicatur S[ti] V[re], quatenus eleccionem predictam dignemini confirmare vel de dicta prepositura eidem Nicolao de novo providere cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G. Auinione IIII id. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 51.

---

927. *Nicolao de Praga conceditur, ut electio eius in praepositum monasterii Zderasiensis valeat, „ac si de provisione dicti monasterii nulla per sedem ipsam (i. e. apostolicam) reservatio facta foret". „Iuxta pastoralis officii" „Auinione IIII id. Maii a. septimo."*

X̄
X .

Avinione, 1359 Maii 12.

R. Av. 140 fol. 652', R. Vat. 234 fol. 259. — In R. Suppl. 28 fol. 185 de confirmatione praedicta brevis nota reperitur.

---

928. *Martinus abbas monasterii Strahoviensis supplicat, quatenus Petro dicto Prus*[a]) *de parochiali ecclesia in Stankovicz*[b]) *provideatur. — „Fiat G." — Item supplicat, quatenus praedicto monasterio conservatoria ad quinquennium concedatur. — „Fiat ad triennium G." — Item, quatenus sibi et duabus aliis personis per eum nominandis „indulgencia a pena etc." concedatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII id. Maii a. septimo."*

Avinione, 1359 Maii 12.

R. Suppl. 30 fol. 55'. — a) ‚Pruss' Suppl. b) ‚Stankowitz' Suppl.

929. *Petro dicto Pruss canonico monasterii Strahoviensis reservatur parochialis ecclesia in Stankoviez.*

XX. *Avinione, 1359 Maii 12.*

D. f. Petro dicto Pruss canonico monasterii Strahowiensis alias dicti Montis Sion iuxta Pragam ordinis Premonstratensis salutem etc. Religionis zelus . . . . Cum itaque parochialis ecclesia [in] Stinkowitz[a]) plebanatus vulgariter nuncupata Pragensis dioc., per canonicos monasterii Strahowiensis alias dicti Montis Sion iuxta Pragam ordinis Premonstratensis, cuius existis canonicus, solita gubernari, quam d. f. Martinus abbas dicti monasterii tempore promocionis per nos facte de ipso ad ipsum monasterium tunc vacans obtinebat, prout adhuc obtinet, quamprimum idem abbas possessionem pacificam administracionis bonorum ipsius monasterii fuerit assecutus, vacare speretur, nos volentes tibi, pro quo eciam dictus abbas, asserens te dilectum suum, nobis . . . . supplicavit, ... graciam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam, cum ipsam premisso vel alio quovis modo preterquam per ipsius abbatis obitum vacare contingerit, conferendam tibi . . . . donacioni apostolice reservamus . . . . D. Auinione IIII id. Maii a. septimo.

In e. m. . . . . episcopo Mindensi et . . . . s. Agricoli Auinionensis ac . . Wissegradensis Pragensis dioc. ecclesiarum decanis.

R. Av. 141 fol. 283'. — a) Corrige: ‚Stankowitz'. — Conf. Tingl. Confirmationum lib. I. pag. 94, ubi in rectorem eiusdem parochialis ecclesiae vacantis „ex eo, quod frater Martinus . . . . abbaciam monasterii Strahouiensis . . . . est adeptus", frater *Nicolaus* professus monasterii Strahoviensis est institutus.

---

930. *Martino abbati monasterii Strahoviensis alias Montis Sion iuxta Pragam ordinis Praemonstratensis indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII id. Maii a. septimo."*

. X. *Avinione, 1359 Maii 12.*

R. Av. 141 fol. 543'.

---

931. *Andreae Copuldi de Brunna presbytero Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Avinione II id. Maii a. septimo."*

Avinione, 1359 Maii 14.

R. Av. 140 fol. 369.

---

932. *Anna Romanorum imperatrix supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1359 Maii 15.

Supplicat S[ti] V[re] devota filia vestra Anna Romanorum imperatrix, quatenus sibi in personam dilecti sui Petri nati nobilis viri Petri de Genowicz magistri curie ipsius imperatricis, specialem graciam facientes, cum eodem Petro, ut non obstante etatis defectu, quem patitur, in decimo octavo etatis sue anno constitutus [a]), dignitatem vel personatum, eciam si curam habeat animarum, ad collacionem vel presentacionem imperatoris seu imperatricis Romanorum aut regis vel regine Boemie, si sibi alias canonice conferatur, libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare, non obstante, quod canonicatum et prebendam in ecclesia Wratislauiensi noscitur obtinere et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item quatenus dilecto suo Wlrico nato Vlrici de Sulczpach presbytero Ratisponensis dioc., notario curie ipsius imperatricis, de canonicatu ecclesie Ratisponensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione, decreto, clausula anteferri et aliis clausulis oportunis et executoribus dignemini providere, non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Vglauia [b]) Pragensis dioc. noscitur obtinere.

Fiat G.

Item quatenus Johanni quondam Frenczlini dicti Kompuehel [c]) specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Wisigradensis prope Pragam cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis oportunis et executoribus dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat V[re] S[ti] Erasmus Vlrici Rokczanerii clericus Pragensis, quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante etc. ad collacionem etc. archiepiscopi Pragensis, cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis oportunis et executoribus dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat eidem S[ti] Petrus Laurencii rector ecclesie parrochialis in Braslawio Olomucensis dioc., quod, cum ipse pluribus annis in Olomucensi ecclesia canonicus auctoritate ordinaria existat et nondum sit in ea prebendam aliquam assecutus, predicta S[tas] sibi dignetur ibidem de prebenda, si qua nunc vacat vel quam primum vacaverit, providere, non obstante, quod idem Petrus scolastriam Olomucensem, que est simplex officium, et in ecclesia s. Petri in Brunna dicte dioc. auctoritate ordinaria canonicatum sive prebendam obtinet; et cum executoribus et aliis clausulis oportunis.

Fiat G.

Item dignemini examen predictorum ad partes committere propter eorum absenciam.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione id. Maii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 57'. — a) ‚constituto' Suppl. b) Corrige: ‚Eylauia'. c) Corrige: ‚Kornpuehel'.

933. *Cum Petro nato Petri de Janovicz*[a]) *canonico Vratislaviensi, qui in ecclesia Olomucensi (!) canonicatum obtinet et praebendam, dispensatur, ut defectu aetatis non obstante dignitatem vel personatum, ad imperatricis vel imperatoris Romanorum seu regis vel reginae Bohemiae collationem pertinentem, recipere valeat. „Nobilitas generis“ „Auinione id. Maii a. septimo.“*

. X̿ . *Avinione, 1359 Maii 15.*

R. Av. 141 fol. 568. — a) ‚Genowicz‘ Av.

---

934. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Ulrico Ulrici de Sulzbach*[a]) *rectori parochialis ecclesiae in Jílový (Eule)*[b]), *in sacerdotio constituto, de canonicatu ecclesiae Ratisponensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstanet ut in supplicatione sub nr. 932. „Dignum arbitramur“ „Auinione id. Maii a. septimo.“*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 15.*

R. Av. 141 fol. 324. — a) ‚Vlric. Vlrici de Sulczpach‘ Av. b) ‚Vglauia‘ Av.

---

935. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Frenczlini dicti Kornpuehel*[a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Vissegradensis prope Pragam collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione id. Maii a. septimo.“*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 15.*

R. Av. 141 fol. 393'. — a) ‚Kompuehel‘ Av.

---

936. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Erasmo Ulrici*[a]) *Rokczanerii beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad archiepiscopi Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione id. Maii a. septimo.“*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 15.*

R. Av. 141 fol. 394. — a) ‚Vlrici‘ Av.

---

937. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Petro Laurentii canonico ecclesiae Olomucensis praebendam, si qua in eadem ecclesia vacat ad praesens vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 932. „Dignum arbitramur“ „Auinione id. Maii a. septimo.“*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 15.*

R. Av. 141 fol. 323'.

938. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis personis et locis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1359 Maii 18.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, quatenus cum Johanne nato Kasmiri ducis Teschinensis clerico Wratislauiensis dioc. in vigesimo etatis sue anno constituto, ut dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, spectantes ad collacionem vel presentacionem ipsius imperatoris vel imperatricis Romanorum, ubicunque consista[n]t, si sibi alias canonice confera[n]tur libere recipere et licite retinere valeat, non obstante defectu etatis predicto et aliis non obstantibus et clausulis oportunis dignemini misericorditer dispensare.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus, cum ipse in villa Ingellnheim Maguntine dioc. in honorem ss. Wenceslai martiris et Karoli Magni confessoris fundaverit et construi [a]) fecerit quoddam oratorium seu capellam illudque pro quatuor presbyteris sufficienter dotaverit et nonnullas ordinaciones circa illius regimen fecerit, in omnibus hiis archiepiscopi et capituli Maguntini accedente consensu, dignetur S[tas] V[ra] fundacionem, constructionem, dotacionem et ordinaciones huiusmodi auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmare omnemque supplere deffectum, si quis intervenerit in predictis, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Exhibeatur in cancellaria et, si racionabilis fuerit, confirmetur G.

Item supplicat, quatenus omnibus visitantibus collegium b. virginis Marie Mirambergensis [b]) Bambergensis dioc. per dictum imperatorem erectum et fundatum seu eius ecclesiam in domini nostri Jesu Christi et in concepcionis et aliis quatuor b. Marie ac epiphanie, penthecostes, omnium sanctorum et b. Laurencii festivitatibus dignemini aliquam amplam indulgenciam elargiri.

Fiat de uno anno et quadraginta diebus G.

Item supplicat, quatenus Johanni nato Johanuis de Antiqua Bruna Olomucensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura usque ad summam centum marcharum argenti, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii de Aula s. Marie ordinis Cisterciensis Olomucensis dioc., si vacat vel cum vacabit, cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis oportunis et executoribus dignemini providere.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus Johanni Elblini clerico Pragensi de beneficio sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Wisigradensis prope Pragam cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis ut supra dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes canonicatum et prebendam ecclesie Malnicensis [c]) noscitur obtinere.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus Theodrico Johannis de Glatouia dispensatoris curie sue imperialis, presbytero Pragensis dioc., de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, spectante etc. ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis ut supra dignemini provi-

dere, non obstante, quod canonicatum et prebendam in capella s. Egidii Wratislauiensi et ecclesiam parrochialem in Colonia Nona super Albea Pragensis dioc noscitur obtinere.

Fiat G.

Item supplicat S[ti] V[re] Andreas Henrici presbyter Pragensis dioc., quatenus sibi similem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani, prepositi et capituli ecclesie Pragensis, cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis ut supra dignemini providere, non obstante, quod idem Andreas quoddam altare in parrochiali ecclesia b. Marie in Leta curia Pragensi, cuius fructus etc. ad XXX flor. auri annuatim se extendunt, noscitur obtinere.

Fiat G.

Item supplicat S[ti] V[re] Jacobus Weigandi de Noua civitate clericus cancellarie Olomucensis dioc., quatenus sibi similem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi Olomucensis, cum reservacione, acceptacione etc. et aliis clausulis ut supra dignemini providere.

Fiat G.

Item dignemini examen predictorum ad partes committere propter eorum absenciam.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XV kal. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 70. — a) ,constitui' Suppl. b) Corrige: ,Nurembergensis', ut in littera in R. Av. 140 fol. 652' de concessione praedictarum indulgentiarum plene descripta reperitur. c) Corrige: ,Melnicensis'.

---

939. *Cum Johanne nato Kazimiri* a) *ducis Tessinensis* b) *dispensatur, ut dignitatem, personatum vel officium ad collationem imperatoris seu imperatricis Romanorum pertinentia recipere valeat. „Nobilitas generis" „Auinione XV kal. Junii a septimo."*

. X̿ . *Avinione, 1359 Maii 18.*

R. Av. 141 fol. 568. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. pag. 589 nr. 791. — a) ,Kasimiri' Av. b) ,Theschinensis' Av.

---

940. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Johannis de Antiqua Brunna beneficium ecclesiasticum cum cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad abbatissae et conventus monasterii b. Mariae de Aula Cisterciensis ordinis dictae dioc. collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Junii a. septimo."*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 18.*

R. Av. 141 fol. 393'.

941. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Elblini canonico ecclesiae Melnicensis [a]) beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Vissegradensis prope Pragam collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 938. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Junii a. septimo.*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 18.*

R. Av. 141 fol. 393. — a) ,Malnicensis' Av.

---

942. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Theoderico Johannis de Glatovia [a]) canonico ecclesiae capellae nuncupatae s. Egidii Vratislaviensis, personatum vel officium cum vel sine cura, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 938, sub conditione, quod parochialem ecclesiam in Colonia Nova dimittere tenetur. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Junii a. septimo."*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 18.*

R. Av. 141 fol 298'. — a) ,Glutouia' Av.

---

943. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Andreae Henrici rectori altaris siti in ecclesia parochiali b. Mariae in Laeta [a]) curia Pragensi beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 938. „Dignum arbitramur" „Auinione XV kal. Junii a. septimo."*

X
. X . *Avinione, 1359 Maii 18.*

R. Av. 141 fol. 393'. — a) ,Leta' Av.

---

944. *Jacobo Vigandi [a]) de Nova Civitate reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad episcopi Olomucensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabile testimonium" „Auinione XV kal. Junii a. septimo." — In e. m. episcopo Luthomuslensi et Olomucensis ac s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

I I
. X X . *Avinione, 1359 Maii 18.*

R. Av. 141 fol. 388. — a) ,Wygandi' Av.

945. *Caminensis et Vratislaviensis episcopi ac decanus ecclesiae Olomucensis conservatores episcopi Lubucensis adversus praedicatores et minorum ordinum fratres instituuntur. „Frequentes ymo innumerose" „Auinione XIII kal. Junii a. septimo."*

V̄
X
X
. X .

Avinione, 1359 Maii 20.

R. Av. 141 fol. 495. — Reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 322.

---

946. *Obligatio Nicolai de Praga praepositi monasterii Zderasiensis.*

1359 Maii 21.

Nicolao de Praga decretorum doctori fuit confirmata eleccio de ipso facta in prepositum monasterii Sderasiensis Pragensis vel de ipsa prepositura sibi de novo provisum IIII id. Maii a. VII, iste fuit remissus collectori in partibus de mandato domini thesaurarii domini pape. Item promisit componere cum collectore in partibus infra festum pasche a. MCCCLX et certificare cameram apostolicam de dicta composicione infra dictum festum per literas collectoris vel hic solvere annuale in Romana curia, et fuit facta obligacio sub penis et sentenciis consuetis die XXI mensis Maii a. MCCCLIX; presentibus R. de Rebunbigis et Guillelmo Frenandi. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 290 fol. 57. — Haec nota cancellata est, ad quam cancellaturam sequens adnotatio in margine dextro inferiori pertinet: „infra alia melior ista, ideo ista cassata." Conf. compositionem sub dato 1359 Julii 22 de fol. 59' eiusdem codicis. — Conf. etiam nr. 926 et 927.

---

947. *Nicolaus Fridlini familiaris Romanorum imperatoris supplicat, quatenus Andreae Johannis Pauli de canonicatu ac praebenda Wormatiensis et s. Egidii Pragensis ecclesiarum provideatur. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G." — Nota de provisione motu proprio Nicolao Fridlini de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis facta. — „Fiat motu proprio G." — „Auinione VII kal. Junii a. septimo."*

Avinione, 1359 Maii 26.

R. Suppl. 30 fol. 62'.

---

948. *Andreae Johannis Pauli conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Wormatiensis, non obstantibus, quod de canonicatu et praebenda ecclesiae s. Egidii Pragensis tunc vacantibus sibi provisum fuit. „Laudabile testimonium" „Aui-*

nione VII kal. Junii a. septimo." — In e. m. episcopo Argentinensi et decano s. Agricoli Avinionensis ac archidiacono Beneventanae ecclesiarum.

$\frac{|}{.X}$ $\frac{|^{a)}}{X.}$ *Avinione, 1359 Maii 26.*

R. Av. 141 fol. 134'. — a) Praecedit: $_{,}X\ \overline{\overline{X}}$, sed cancellatum est.

---

949. *Andreae Johannis Pauli conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae s. Egidii Pragensis.*

$\frac{|}{.X}$ $\frac{|^{a)}}{\overline{\overline{X}}.}$ *Avinione, 1359 Maii 26.*

D. f. Andree Johannis Pauli, canonico ecclesie s. Egidii Pragensis salutem etc. Laudabile testimonium .... Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie s. Egidii Pragensis, quos d. f. Nicolaus Fridlini olim canonicus ipsius ecclesie in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Nicolai in manibus ven. fr. Stephani archiepiscopi Tholosani, camerarii nostri, apud sedem apostolicam sponte factam et per eundem archiepiscopum de mandato nostro super hoc vive vocis oraculo sibi facto apud eandem sedem admissam, apud sedem ipsam vacaverint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes tibi .... graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes .... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus ...., non obstantibus ...., quod hodie de canonicatu et prebenda ecclesie Wormaciensis tunc vacantibus per alias nostras literas tibi duximus providendum .... D. Auinione VII kal. Junii a. septimo.

In e. m. ven. fr. episcopo Mindensi et decano s. Agricoli Auinionensis ac .. archidiacono Beneuentane ecclesiarum.

R. Av. 141 fol. 134. — a) Praecedit: $_{,}\overline{\overline{X}}\ \overline{\overline{X}}$, quod cancellare ut in nr. praecedente scriptor omisit.

---

950. *Nicolao Fridlini conferuntur motu proprio canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis.*

$\frac{|}{.X}$ $\frac{|}{\overline{\overline{X}}.}$ *Avinione, 1359 Maii 26.*

D. f. Nicolao Fridlini canonico Pragensi salutem etc. Attributa tibi .... Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos d. f. Guillelmus Johannis Pauli olim canonicus ecclesie predicte in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Guillelmi in manibus ven. fr. Stephani archiepiscopi Tholosani, camerarii nostri, apud sedem apostolicam sponte factam et per eundem camerarium de mandato nostro super hoc vive vocis oraculo sibi facto apud eandem sedem admissam, apud sedem ipsam vacaverint et vacare noscantur ad presens, ... nos volentes tibi, qui curie .... Caroli Romanorum imperatoris ...., Boemie regis illustris, notarius existis ...., graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic

vacantes . . . . motu proprio . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . . D. Auinione VII kal. Junii a. septimo.

In e. m. . . . . Mindensi et . . Luthomuslensi episcopis ac . . . . decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis.

R. Av. 141 fol. 133'.

---

951. *Theodericus Dluhomili de Blatna supplicat, quatenus sibi de perpetuo beneficio altaris s. Mariae in ecclesia Pragensi provideatur.*

Avinione, 1359 Maii 26.

Supplicat S[ti] V[re] Theodricus Dluhomili de Plathna presbyter Pragensis dioc., quatenus sibi graciam facientes specialem, de perpetuo beneficio ministerium misse in aurora nuncupato altaris s. Marie in ecclesia Pragensi, vacante per liberam resignacionem in manus camerarii vestri factam per Johannem dictum Prunsuik canonicum Wratislaviensem, ultimum dicti ministerii ministrum, dignemini providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie s. Egidii Pragensis et quandam perpetuam vicariam decani in ecclesia Pragensi obtinet et super plebania eiusdem ecclesie Pragensis in palacio apostolico noscitur litigare, quamquidem vicariam, que cum dicto ministerio potest licite retineri, si eum dictam plebaniam obtinere contingat, paratus est dimittere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. Avinione VII kal. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 66. — In marg. dext.: „Pro camera".

---

952. *Compositio patris Andreae Johannis Pauli super annatis de canonicatibus ac praebendis Wormatiensis ac s. Egidii Pragensis ecclesiarum.*

1359 Maii 31.

Andree Johannis Pauli fuit provisum de canonicatibus et prebendis ecclesiarum Wormaciensis et s. Egidii Pragensis vacantibus per liberam resignacionem de Wormaciensi per Theodericum electum Wormaciensem et de s. Egidio per Nicolaum Fridlini apud sedem apostolicam factas VII kal. Junii a. VII. Pro isto composuit magister Johannes Pauli abreviator Auinione commorans die ultima mensis Maii a. MCCCLIX et in se honus debiti recipiens pro dicto Andrea filio suo promisit solvere camere apostolice mediam partem fructuum unius anni dictarum prebendarum a festo nativitatis domini MCCCLX ad tres annos continuos et immediate sequentes sub obligacionibus et sentenciis consuetis; presentibus magistro Henrico de Bulten [a]) et domino Arnaldo de Calsinia [b]) collectore Pollonie. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 290 fol. 58. — [a]) ‚Corrige: ‚Bulleren‘. [b]) Corrige: ‚Causina‘. — De compositione super annatis de praebenda s. Egidii praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 8 sequens nota reperitur: „De canonicatu et prebenda ecclesie s. Egidii Pragensis, vacantibus per liberam resignacionem factam per Nicolaum Fridelini, fuit provisum Andree Johannis Pauli VII kal. Junii a. VII; composuit pro isto magister Johannes Pauli Auinione commorans (‚commorante‘ Coll.) ad mediam partem fructuum unius anni solvendos (!) infra festum b. Miquaelis a. MCCCLXIII.“. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 69 nr. 20.) — Conf. nr. 948 et 949.

---

953. Compositio Nicolai Fridlini super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis.

1359 Maii 31.

Nicolao Fridlini notario curie imperialis fuit provisum motu proprio de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, vacante per liberam resignacionem Guillelmi Johannis Pauli apud apostolicam sedem factam VII kal. Junii a. VII, die ultima mensis Maii a. MCCCLIX composuit ad mediam partem fructuum unius anni solvendam infra annum a die predicta ultima computandum camere apostolice; presentibus Henrico de Bullen [a]) et magistro Johanne Pauli. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 290 fol. 58. — [a]) Corrige: ‚Bulleren‘, conf. Kirsch, Annaten I pag. 74 et 75. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 8 sequens nota reperitur: „De canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis vacantibus per liberam resignacionem Guillelmi Johannis Pauli fuit provisum motu proprio VII kal. Junii a. VII Nicholao Fridelini, composuit ad mediam partem fructuum unius anni solvendam infra ultimam diem mensis Maii a. MCCCLX.“ (Ed. apud Kirsch, Annaten I. pag. 69 nr. 19.) — Conf. nr. 950.

---

954. Elae [a]) relictae quondam Menlini Rokczanerii [b]) laici Pragensis viduae indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Junii a. septimo.“

Apud Villamnovam 1359 Junii 6.

R. Av. 140 fol. 373. — [a]) ‚Ele‘ Av. [b] ‚Rokczenerii‘ Av.

---

955. Archiepiscopus Pragensis et episcopus Vratislaviensis ac praepositus ecclesiae Olomucensis conservatores Nicolai praepositi monasterii Zderasiensis [a]) Pragensis ordinis s. Augustini ad triennium instituuntur. „Militanti ecclesie“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII id. Junii a. septimo.“

X
X
.X.

Apud Villamnovam, 1359 Junii 7.

R. Av. 141 fol. 494'. — Reg. sub falso dato in ZVGA Schlesiens XXV pag. 300. — [a]) ‚Sderasiensis‘ Av.

956. Wernherus Thimonis supplicat, quatenus in omne ius Henrici Leporis quondam rectoris parochialis ecclesiae Malinensis surrogetur. — Rudolphus de Homburg commendator hospitalis s. Mariae Theutonicorum supplicat, quatenus cum Leonardo Wernheri de Erdmannsdorf super defectu natalium dispensetur.

Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.

Significat S^ti^ V^re^ Wernherus Tymonis procurator . . . . Karoli d. g. Romanorum imperatoris, quod dudum [licet] Henricus Leporis, ultimus rector et possessor parrochialis ecclesie in Malina Pragensis dioc. eandem ecclesiam per [a]) XXV annos et ultra titulo canonico[b]) possedisset pacifice et quiete, quidam Benedictus alias Benessius de Sdanicz, cui re vera in dicta ecclesia et ad ipsam ius aliquod non competebat, apud sedem apostolicam causam super dicta ecclesia contra eundem Henricum intemptavit et sentenciam obtinuit, quamvis invalidam atque nullam, cum predicta causa non fuisset ad Romanam curiam quoad ipsum Henricum devoluta, a qua quidem sentencia et ipsius nullitate predictus Henricus infra tempus legitimum et postmodum a nonnullis gravaminibus ad predictam sedem legitime appellavit et huiusmodi appellacionibus et causa nullitatis ut premittitur pendentibus in palacio apostolico prefatus Henricus extra Romanam curiam diem clausit extremum, et ad ipsam ecclesiam sic vacantem per mortem eiusdem Henrici ipse Wernherus extitit per patronos presentatus et iure ordinario institutus, et sic dicta ecclesia erat et est eidem debita, nisi dicta litis dependencia obstaret eidem ac eciam reservacio S^tis^ V^re^, si qua de eadem facta foret, quod non sperat. Quare supplicat idem Wernherus, quatenus eidem graciam facientes specialem, dignemini ipsum in iure, lite et causa dicti Henrici rectoris surrogare et dictas suas presentacionem et institucionem [confirmare], non obstante, quod de canonicatu et prebenda ecclesie Misnensis, quorum possessionem non habet, sibi est provisum, et dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura in eadem ecclesia Misnensi auctoritate literarum eiusdem S^tis^ expectat, quam expectacionem paratus est dimittere, dum etc.; et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat eidem S^ti^ V^re^ Rodulfus [1]) commendator hospitalis s. Marie Theutonicorum Jerosolimitani per provinciam Boemie, ad pedes S^tis^ V^re^ pro domino Romanorum imperatore nuncius, quatenus in personam dilecti sui Leonardi Wernheri de Ertmarsdorf scolaris Pragensis specialem graciam facientes, cum eo, qui ascribi desiderat milicie clericali, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de subdiacono genitus et soluta, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum unum, duo, eciam si unum curatum, personatus vel officium existat, recipere et licite simul retinere valeat, dispensare dignemini cum clausulis oportunis.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Uillamnouam IIII id. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 75'. — a) ‚pro' Suppl. b) ‚canonice' Suppl. — 1) In fol. 78' eiusdem codicis aliae supplicationes eiusdem Rudolphi de Homburg ambaxiatoris Caroli Romanorum imperatoris pro clericis Constantiensis dioc. sequuntur.

957. Wernherus Thimonis surrogatur in omne ius Henrici Leporis quondam rectoris parochialis ecclesiae Malinensis.

V X . X X . *Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.*

D. f. Wernhero Tymonis [a]) canonico Misnensi salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod licet quondam Henricus Leporis rector parrochialis ecclesie in Malina Pragensis dioc. ecclesiam ipsam tunc vacantem assecutus fuisset et per vigintiquinque annos et ultra, quamdiu vixit, possedisset canonice, tamen Benedictus dictus Benesius clericus dicte dioc., dum adhuc idem Henricus ageret in humanis, falso asserens se in dicta ecclesia seu ad illam ius habere contra eundem Henricum, super dicta ecclesia apud sedem apostolicam litem movit, et quamvis causa ipsa non esset ad sedem apostolicam legitime devoluta, unam tamen pro se diffinitivam sentenciam in palacio apostolico reportavit, a qua primo pro parte dicti Henrici et subsequenter a nonnullis gravaminibus in dicta causa sibi illatis ad eandem sedem extitit appellatum, et causa huiusmodi coram d. f. magistro Petro de Ilhano canonico Agenuensi, capellano nostro et auditore causarum dicti palacii, ex commissione nostra pendente, dictus Henricus ecclesiam ipsam possidens, extra Romanam curiam extitit vita functus, dictusque Wernherus postmodum ad ecclesiam ipsam tamquam per ipsius Henrici obitum vacantem a veris ipsius ecclesie patronis presentatus et in ea auctoritate ordinaria institutus et in ipsius possessionem inductus canonice extitit, nisi predicta pendencia litis obstaret. Nos itaque attendentes, quod presentacio, institucio et inducció supradicte et alia inde secuta obstante litis pendencia supradicta de iure viribus non subsistant, et ne ad ecclesiam ipsam sine canonico titulo cuiquam ingressus pateat viciosus, super hoc providere a[c] te, qui, sicut asseris, ... Caroli Romanorum imperatoris . . . . in regno suo Boemie procurator existis, ... gracioso prosequi favore volentes, te in omni iure et ad omne ius, quod dicto Henrico in et super dicta ecclesia, dum viveret, quomodolibet competebat, auctoritate apostolica de speciali gracia surrogamus dictumque ius tibi conferimus et de illo eciam providemus, decernentes, te ad omne ius predictum nec non ad cause seu litis huiusmodi prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo causam ipsam inveneris, et in quo dictus Henricus, si viveret, posset et deberet admitti, nec non ad possessionem, quam dictus Henricus habebat, fore vigore surrogacionis et provisionis huiusmodi admittendum ac irritum et inane, si secus super hiis . . . . contigerit attemptari . . . ., non obstantibus . . . ., quod, ut asseris, in ecclesia Misnensi auctoritate literarum nostrarum canonicatum obtines ac dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura expectas, et de prebenda ipsius ecclesie tibi est eadem auctoritate provisum, cuius possessionem nondum adeptus existis. [1]) Volumus autem, quod, quamprimum . . . . prefatam parrochialem ecclesiam pacifice fueris assecutus, prefate littere nostre, per quas huiusmodi dignitatem, personatum vel officium, ut prefertur, expectas, et processus per eas habiti . . . . sint . . . . cassa et irrita . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo.

In e. m. . . . . preposito Wissegradensis prope Pragam et Geraldo de Podiofulconis canonico Lemouicensis ecclesiarum ac . . officiali Pragensi . . . . Quocirca mandamus, quatenus vos . . . . eundem Wernherum vel procuratorem

suum eius nomine faciatis auctoritate nostra ad corporalem dicte parrochialis ecclesie . . . . possessionem . . . . recipi et admitti; non obstantibus omnibus supradictis, seu si . . . . abbati et conventui monasterii in Sedlicz ordinis Cisterciensis dicte dioc. vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possunt . . . . D. ut supra.

R. Av. 140 fol. 124, R. Vat. 234 fol. 137. — a) ‚Timonis' Vat. — [1]) Conf. nr. 705. — Conf. Tingl, Confirm. lib. I pag. 76.

---

958. Cum Leonardo[a]) Wernheri de Erdmannsdorf[b]) dispensatur super defectu natalium, ut unum vel duo beneficia ecclesiastica etc. ut in supplicatione sub nr. 956 recipere valeat. „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo."

. $\overline{\overline{X}}$. *Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.*

R. Av. 141 fol. 575. — a) ‚Leonhard.' Av. b) ‚Ertmarsdorf' Av.

---

959. Mathias Tilmanni monachus monasterii Plassensis supplicat, quatenus sibi indulgeatur, ut suo exitu ex monasterio non obstante ad vocem in capitulo ac officia et beneficia monasterii obtinenda admitti valeat.

Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.

Supplicat S[ti] V[re] devotus orator vester frater Mathias quondam Tilmanni monachus monasterii P[l]assensis Cisterciensis ordinis Pragensis dioc., quod olim ipse ex quadam animi levitate et impetu iuventutis propter quendam rigorem per superiorem suum in eum adibitum de monasterio predicto exivit et dimisso habitu ad seculum rediit[a]) et deinde ad dictum monasterium reversus cum absolucionis beneficio et ordinis[b]) disciplina in eo in ultimo gradu receptus extitit et sic in eo permansit per octo annos et ultra humiliter et devote, quare humiliter supplicat S[ti] V[re], quatenus sibi, ut premissis non obstantibus [ad] vocem in capitulo ac officia et beneficia dicti monasterii obtinenda et exercenda admitti valeat et debeat, ac si de dicto monasterio minime exivisset, dignemini misericorditer indulgere; cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 76. — a) ‚redigit' Suppl. b) ‚ordine' Suppl.

960. *Petrus Galli de Řepín supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem monasterii s. Georgii Pragensis spectante, provideatur.*

Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.

Supplicat Sti Vre devotus orator vester Petrus Galli de Rziepin presbyter Pragensis dioc., nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi graciam facientes specialem, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et non obstantibus [ac] aliis clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 76'.

---

961. *Petro Galli de Řepín* [a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabile testimonium" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo." — In e. m. Pragensis et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis et officiali Pragensi.*

. X X. *Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.*

R. Av. 141 fol. 392. — a) ‚Rziepin' Av.

---

962. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus duodecim personis in cancellaria apostolica exprimendis plena remissio peccatorum in mortis articulo concedatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo."*

Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.

R. Suppl. 30 fol. 81'.

---

963. *Paulus episcopus Frisingensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.

Supplicat Sti Vre devota creatura vestra Paulus episcopus Frisingensis . . . . Item supplicat eidem Sti, quatenus sibi in personam dilecti consanguinei

sui Pardussii Nicolai militis de Paulowicz presbyteri [a]) Olomucensis dioc. specialem graciam facientes, de canonicatu sub exspectacione prebende ecclesie Olomucensis dignemini providere, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam dicte ville de Paulowitz noscitur obtinere; et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis opportunis ac executoribus.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Danielis Nicolai de Leguicz iurisperiti, clerici Wratislauiensis dioc., similem graciam facientes, de dignitate, personatu vel officio vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis dignemini providere, cum acceptacione etc., non obstante, quod in forma communi beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad collacionem etc. episcopi Pataniensis noscitur expectare; et cum clausulis opportunis ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Henlini quondam Hermanni clerici Luthomusleusis similem graciam facientes, de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia s. Petri in Brunna [b]) Olomucensis dioc. dignemini providere, cum acceptacione et cum clausulis et non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis Thomanni de Nisa clerici Wratislauiensis dioc., bacalarii in medicina, similem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli ecclesie Wratislauiensis, eciam si in ecclesia cathedrali existat, dignemini providere, cum acceptacione et clausulis opportunis ut supra . . . .

Fiat G.

Et quod committatur examen ad partes pro absentibus, cum propter distanciam loci et viarum pericula Romanam curiam visitare non possint.

Sine alia leccione. Fiat G. [c])

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 95'. — a) ,presbytero' Suppl. b) Correctum ex: ,Buma' Suppl c) ,Et quod commitatur — Fiat G.' ad finem paginae alia manu suppletum cum revocationis signo, ad quod sequens nota alia manu scripta in marg. sinistro pertinet: ,Attende, quod ista debuit registrari supra ad simile signum'.

---

964. Pardussio nato nobilis viri Nicolai de Parlovicz [a]) militis providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in supplicatione sub nr. 963. „Nobilitas generis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et abbati monasterii Trebecensis Olomucensis dioc. ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

| $\frac{1}{X}$. X   *Apud Villamnoram, 1359 Junii 10.*

R. Av. 140 fol. 291'. — a) ,Paulowicz' Av.

965. *Danieli Nicolai de Legnicz reservatur dignitas, personatus vel officium ad collationem episcopi Vratislariensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstante ut in supplicatione sub nr. 963. „Literarum sciencia“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioe. IIII id. Junii a. septimo.“ — In e. m. ad beatam virginem in Arena et ad s. Vincentium prope Vratislariam monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X̿ . *Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.*

R. Av. 140 fol. 182', R. Vat. 234 fol. 76'.

---

966. *Officiali Luthomuslensi mandatur, quatenus Henlino nato quondam Hermanni in Acie clerico Luthomuslensi de canonicatu ecclesiae s. Petri in Brunna sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioe. IIII id. Junii a. septimo.“*

X
. X . *Avinione, 1359 Junii 10.*

R. Av. 140 fol 293'.

---

967. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Udoni a) Henrici de Retterode b) subdiacono Maguntine dioc. beneficium ecclesiasticum, ad collationem decani et capituli ecclesiae Fritzlariensis dictae dioc. pertinens, reservet. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo.“*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.*

R. Av. 141 fol. 419'. — a) ‚Vdoni‘ Av. b) ‚Retrode‘ Av.

---

968. *Petrus Henlini de Cremsir supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem monasterii Portae Coeli prope Tusnovicz pertinente, provideatur.*

Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.

Supplicat S[ti] V[re] Petrus Heynlini de Cremsir diaconus Olomucensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem . . abbatisse et conventus monasterii Portecele a) prope Tussnoroicz b) Cisterciensis ordinis dicte Olomucensis dioc., si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini misericorditer providere; cum acceptacione et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 98. — a) Corrige: ‚Porteceli‘. b) Corrige: ‚Tussnowicz‘.

969. *Petro Henlini*[a]) *de Cremsir*[b]) *reservatur beneficium ecclesiasticum consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad abbatissae et conventus monasterii Portae Coeli*[c]) *prope Tusnovicz*[d]) *Cisterciensis ordinis Olomucensis dioc. collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabile testimonium" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII id. Junii a. septimo." — In e. m. episcopo Olomucensi et praeposito Olomucensis ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1359 Junii 10.*

R. Av. 140 fol. 481, R. Vat. 234 fol. 173. — a) ‚Hendlini' Av. b) ‚Cremsyer' Av. c) ‚Porteceli' Av. d) ‚Tissnowicz' Av.

---

970. *Innocentius VI Carolo imperatori nuntiat, se nuper Rudolphum de Homburg,*[a]) *ordinis s. Mariae Jerosolimitanae domus Theutonicae*[b]) *per Bohemiam commendatorem provincialem, ambassiatorem et nuntium eius, praesentantem quasdam litteras ipsius imperatoris et Rudolphi*[c]) *ducis Austriae super promotione Johannis de Platzheim*[d]) *ducis ipsius cancellarii et secretarii ad ecclesiam Frisingensem facienda benigne recepisse, sed Paulo episcopo Gurcensi ad Frisingensem ecclesiam iam prius translato se non potuisse votis eorum annuere. „Nuper d. f. Rudolphum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Junii a. septimo."*

Apud Vilamnovam, 1359 Junii 12.

R. Vat. 240 fol. 50'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 495 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 792 nr. 367. — a) ‚Hoemburg' Vat. b) ‚Theotonice' Vat. c) ‚Rodulfi' Vat. d) ‚Placzheim' Vat.

---

971. *Compositio Theoderici Dluhomili de Blatna super annatis de perpetuo beneficio altaris s. Mariae in ecclesia Pragensi.*

1359 Junii 17.

Theodorico Dluhomili de Plathna presbytero Pragensis dioc. fuit provisum VII kal. Junii a. VII de perpetuo beneficio „ministerium misse in aurora" nuncupato altaris s. Marie in ecclesia Pragensi, vacante per liberam resignacionem in manus domini camerarii domini nostri pape factam per Johannem dictum Prunsuik canonicum Vratislaviensem. Composuit die XVII mensis Junii a. MCCCLIX ad mediam partem fructuum et emolumentorum unius anni dicti beneficii, solvendam camere apostolice pro annuali infra festum omnium sanctorum a. MCCCLX; presentibus domino Guidone Wiarcio[a]) presbytero et Rigaldo Betelhai[b]) clerico Caturcensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 290 fol. 59. — a) Fortasse Guido de Viortio notarius camerae, conf. Kirsch, Kollektorien pag. 262. b) Corrige: ‚Betelha'. — De eadem compositione in Coll. Alam. 4 fol. 8 sequens nota reperitur: ‚De beneficio ministerii misse in aurora altaris s. Marie in ecclesia

Pragensi, vacante per liberam resignacionem Johannis Prunsuik, fuit provisum VII kal. Junii a. VII Theoderico Dluhomill (corrige: ‚Dluhomili'); composuit ad mediam partem emolumentorum unius anni, solvendam infra festum omnium sanctorum anno MCCCLX." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 69 nr. 21). — Conf. nr. 951.

---

972. Pro Conrado Stuner supplicatur, quatenus ei possessio vicedecanatus ecclesiae Caminensis, vacantis „ex eo, quod Declenus[a]) *Stormer ultimus vicedominus dicti vicedecanatus ecclesiam parrochialem curatam s. Nicolai in civitate Pragensi et eius possessionem pacificam existit assecutus", confirmetur. — „Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Julii a. septimo."*

Apud Villamnovam, 1359 Junii 25.

R. Suppl. 30 fol. 106'. — a) Corrige: ‚Detlenus'.

---

973. Pro infrascriptis personis supplicatur, quatenus eis diversae gratiae concedantur.

Apud Villamnovam, 1359 Junii 25.

Confirmaciones Alamannorum.

. . . .

Item collacionem et provisionem auctoritate litterarum apostolicarum factas Johanni Berwici de Frankynstein [1]) presbytero Wratislauiensis dioc. de decanatu ecclesie Glagoniensis dicte dioc., vacante per obitum Johannis de Czernico ultimi decani eiusdem extra Romanam curiam defuncti, qui dignitas existit, et cuius fructus etc. XL marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, ac induccionem in corporalem possessionem eiusdem et omnia inde secuta dignemini modo simili confirmare vel sibi de dicto decanatu, quem per dimidium annum et ultra tenuit et possedit, prout adhuc tenet et possidet pacifice et quiete, eciam si fuerit reservatus, de novo providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis. [2])

Item cum dudum Benedictus de Sdanicz clericus Pragensis dioc. auctoritate literarum vestrarum sibi in communi forma pauperum concessarum et processuum inde secutorum ecclesiam parrochialem in Malina dicte dioc. tunc vacantem acceptaverit et sibi de ea obtinuerit provideri, et tandem inter ipsum Benedictum ex una parte et abbatem et conventum monasterii Sedlicensis ordinis Cisterciensis dicte dioc. ac quondam Henricum dictum Leporis super dicta ecclesia ex alia in palacio apostolico materia questionis suborta, pro se in huiusmodi causa sentenciam diffinitivam, que nulla appellatione [3]) legitima suspensa in rem transivit iudicatam, reportaverit, ac postmodum super executione dicte sentencie et super nonnullis iniuriis orta inter partes predictas materia nova questionis coram certo dicti palacii auditore, quam et eius statum ac processus omnes inter dictas partes tam super dicta ecclesia et eius occasione quam et super aliis in ipso palacio qualitercumque factos hic habere dignemini pro expressis, dictus Henricus fuerit vita finitus, supplicat idem Benedictus, sine pre-

iudicio tamen dictorum abbatis et conventus, quatenus collacionem et provisionem predictas et quecumque inde secuta dignemini modo simili confirmare, vel sibi de dicta ecclesia, eciam si fuerit reservata vel eius collacio ad sedem apostolicam quomodolibet devoluta, de novo providere, vel ipsum in iure, si quod dicto Henrico in dicta ecclesia competebat, subrogare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Item [a]) collacionem et provisionem auctoritate ordinaria nuper factam Nicolao de Bithom presbytero de archidiaconatu ecclesie Glogoviensis Wratislauiensis dioc., tunc vacante per obitum Johannis medici dicti archidiaconatus archidiaconi, cuius fructus XXX marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, quemque idem Nicolaus per unum annum vel circiter tenuit et possedit, prout et adhuc tenet et possidet, pacifice et quiete, et quecunque inde secuta dignemini modo simili confirmare vel sibi de dicto archidiaconatu, eciam si dignitas animarum curam habens existat, et eius collacio ad sedem apostolicam pertineat quovismodo, de novo providere, non obstante, quod quoddam altare in ecclesia Wratislauiensi obtinet; cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis. [4])

Item cum Henricus natus Hainrici de Egra parrochialem ecclesiam in Talkirchen Ratisponensis dioc., quam dudum extitit assecutus, per decem annos vel circa tenuit et teneat fructus percipiens ex eadem, ad subdiaconatus dumtaxat ordinem promotus, supplicat idem H., quatenus omnem inhabilitatis et infamie maculam per eum propter premissa contractam abolentes, sibi, qui pluribus annis in iure canonico studuit, de dicta ecclesia dignemini de novo providere, non obstantibus reservacionibus quibuscunque, seu quod per capitulum ecclesie Veteris capelle Ratisponensis in ipsa ecclesia in canonicum sit receptus; cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Item cum pridem vacante prepositura ecclesie curate in Slaua [b]), per prepositum solite gubernari, ordinis s. Benedicti Pragensis dioc., per obitum quondam fratris Dominici dicti prioratus prioris, Theodericus Minardi ex presentacione abbatis monasterii de Insula ordinis et dioc. predictarum et institucione ordinarii dictam preposituram fuerit canonice assecutus et eam possideat pacifice et quiete, dignetur S^tas^ V^ra^ presentacionem, institucionem et assecucionem predictas ac quecunque inde secuta modo simili confirmare vel sibi de dicta prepositura de novo providere, non obstantibus reservacionibus quibuscunque, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis. [5])

. . . .

Sanctissime pater, dignemini omnes et singulas premissas peticiones non cancellatas, dummodo sit ita, ut narratur in eis, signare et mandare expediri, ut petitur, nisi fuerit alteri ius quesitum, cum restitucione tamen fructuum indebite perceptorum; cum clausulis oportunis.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VII kal. Julii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 107—112. — a) ‚In marg. dext.: ‚pro camera'. b) Corrige: ‚Slana' (id est Slaný—Schlan). [1]) Conf. nr. 673. [2]) Haec supplicatio pro Johanne Bervici etiam in Coll.

292 fol. 24a descripta est. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 341 nr. 322. [3]) Haec supplicatio usque ad verba: ,nulla appelatione' in Coll. 292 fol. 24a descripta est. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 341 nr. 324. [4]) Haec supplicatio in Coll. Alam. 5 fol. 90 descripta est. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 203 nr. 2.) [5]) Haec supplicatio in Coll. Alam. 5 fol. 92 descripta est.

974. *Confirmatio decanatus Glogoviensis.*

1359 Junii 25.

Decanatus ecclesie Glagouiensis Vratislauiensis dioc., cuius fructus XL marchas argenti etc. secundum taxacionem decime [non excedunt], fuit confirmatus VII kal. Julii a. VII Johanni Berwici de Frankenstein vel sibi de eo de novo provisum.

Coll. Alam. 4 fol. 80' et Coll. Alam. 5 fol. 88. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 185 nr. 14.

975. *Confirmatio collationis parochialis ecclesiae Malinensis Benedicto de Ždanicz et compositio super annatis.*

1359 Junii 25.

Collacio et provisio vigore litterarum apostolicarum facte Benedicto de Sdanitcz clerico Pragensis dioc. de parrochiali ecclesia de Malina dicte dioc. fuerunt eidem confirmate et sibi de novo provisum, et fuit subrogatus in omni iure, quod competebat Henrico dicto Lepori in dicta ecclesia, super qua in palacio apostolico litigabat, VII kal. Julii [anno VII].

R. Suppl. 28 fol. 131. — In Coll. Alam. 4 fol. 8 de confirmatione praedicta et compositione super annatis sequens nota reperitur: „Ecclesia parrochialis de Melma (corrige ,Malina') Pragensis dioc. fuit confirmata vel de ipsa fuit provisum de novo Benedicto de Sdnicz (corrige: ,Sdanicz') VII kal. Julii a. VII; composuit ad mediam partem fructuum et emolumentorum solvendam in festo s. Michaelis a. MCCCLX." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 69 nr. 23.) — Conf. nr. 956 et 957, ubi Wernhero Thimonis de praedicta ecclesia provisum fuit; conf. etiam Tingl, Confirmationum lib. I. pag. 76.

976. *Confirmatio archidiaconatus Glogoviensis Nicolao de Beuthen (Bytom).*

1359 Junii 25.

Archidiaconatus ecclesie collegiate Glogouiensis Vratislauiensis dioc. fuit confirmatus Nicholao de Buchem[a]) VII kal. Julii a. VII vel sibi de novo provisum.

Coll. Alam. 4 fol. 80'. Coll. Alam. 5 fol. 88. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 185 nr. 15. — [a]) Corrige: ,Bithom'.

977. *Confirmatio praeposituræ ecclesiae Slanensis Theoderico Minardi.*

1359 Junii 25.

Prepositura ecclesie curate in Slana ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. fuit confirmata Theoderico Minardi VII kal. Julii vel sibi de ea de novo provisum.

Coll. Alam. 4 fol. 8. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 69 nr. 24.) In marg. sin. inferiori huius pagine: „Summa universalis composicionum in pecunia non soluta — II^C flor. Summa dio[cesis] componencium ad mediam partem fructuum. — X. Summa non componencium totius diocesis — VI. In marg. inferiori: . . . . Summa universalis receptorum in diocesi Pragensi — II^CXXXIII floreni. In margine dext. inferiori: „Summa debitorum in pecunia — CXL flor." Quoad summas praefatas conf. Kirsch, Annaten I pag. 66—70.

978. *Nicolaus notarius imperatoris supplicat, quatenus Martino Fridlini de beneficio ecclesiastico, ad collationem ecclesiae Olomucensis pertinente, provideatur.*

Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.

Supplicat S^ti V^re humilis servitor vester Nicolaus notarius domini imperatoris, quatenus sibi in personam dilecti notarii sui Martini Fridlini clerici Olomucensis graciam facientes specialem, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Olomucensis cum acceptacione etc. dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 78'.

979. *Martino Fridlini reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Olomucensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit „Laudabile testimonium". „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo." — In e. m. Mindensi et Luthomuslensi episcopis ac decano ecclesiae s. Agricoli Auinionensis.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 140 fol. 479', R. Vat. 234 fol. 171'.

---

980. *Nicolaus Fridlini, domini imperatoris notarius, supplicat, quatenus Bartholomaeo Jacobi de Portu Naonis clerico Concordiensis dioc. de beneficio ecclesiastico, ad collationem patriarchae Aquilegensis spectante, provideatur. — „Fiat G.*

Et sine alia leccione. Fiat. G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo."

Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.

R. Suppl. 30 fol 117.

---

981. *Theodericus episcopus Mindensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.

Supplicat S^ti^ V^re^ humilis et devota creatura vestra Theodricus episcopus Myndensis, quatenus sibi in personas infrascriptorum familiarium et servitorum suorum specialem graciam facientes, dignemini providere:

Thome Nicolai de Olomuc presbytero de canonicatu ecclesie Olomucensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione etc. et cum aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus; non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Verona Pragensis dioc. noscitur obtinere.

Fiat G.

. . . .

Henrico de Czudic notario suo, clerico Olomucensis dioc., de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis, cum aliis clausulis et non obstantibus ut supra.[a]

Wenceslao Henrici dicti Pinguis clerico Ratisponensis dioc., de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Veteris capelle Ratisponensis, cum clausulis et non obstantibus ut supra.

Fiat G.

Wenceslao Conradi clerico Pragensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie s. Georgii in castro Pragensi, cum clausulis ut supra.

Fiat G.

Mathie Johannis de Glogouia presbytero Wratislauiensis dioc. de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, eciam si electiva fuerit, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, si nunc vacat vel cum vacabit, cum acceptacione etc. dignemini providere; non obstante, quod idem altare s. Trinitatis in ecclesia parrochiali s. Nicolai Maioris civitatis Pragensis ac parrochialem ecclesiam in Tusmaricz[b]) dicte Pragensis dioc., cuius quidem redditus et proventus, tam ecclesie quam altaris[c]) predicti, ad XLV florenos auri secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, cum clausulis et non obstantibus ut supra.

Fiat G.[d])

Et dignetur eadem S^tas^ committere examen predictorum ad partes.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 117b. — a) Haec supplicatio cancellata est, ad quod sequens in marg. sin. alia manu scripta adnotatio pertinet: „Attende, quod sic erat cancellatum in originali." b) Corrige: ‚Tuchmaricz' (Tuchoměřice). c) ‚ecclesia quam altare' Suppl. d) Haec supplicatio quamvis signata fuisset, etiam ‚cancellata existit; quam cancellaturam iam in originali fuisse factam sequens in marg. sin. alia manu adscripta adnotatio confirmat: ‚Attende, quod iste rotulus erat isto modo signatus et cancellatus'.

---

982. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Thomae Nicolai rectori parochialis ecclesiae in Verona de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 981. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 141 fol. 356'. — Conf. Tingl. Confirm. lib. I pag. 65 et Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea kr. Čes. LXIV) pag. 509.

---

983. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Venceslao Henrici dicto Pinguis clerico Ratisponensis dioc. de canonicatu ecclesiae Veteriscapellae Ratisponensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a septimo."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 141 fol. 357'. — Conf. Nováček l. c. pag. 509—510.

984. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Venceslao Conradi de canonicatu ecclesiae s. Georgii in castro Pragensi provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 141 fol. 357.

---

985. *Johannes episcopus Olomucensis supplicat, quatenus sibi et infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.

Supplicat Sti Vre devotus orator vester Johannes episcopus Olomucensis, Romanorum imperatoris consiliarius, quatenus sibi reservandi et conferendi auctoritate apostolica duas dignitates, eciam si eis cura immineat animarum, ad

ipsius episcopi collacionem etc. spectantes, necnon duos canonicatus et prebendas ecclesie Olomucensis etc.

Item supplicat, quatenus Wolframo de Panaroicz a) officiali suo de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende nec non dignitatis personatus seu officii, b) eciam si c) curam habuerit animarum, vacantibus ad presens, vel cum simul aut successive vacabunt, eidem Wolframo dignemini providere, cum acceptacione etc. et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, non obstante, quod parrochialem ecclesiam b. Marie in Liguicz Wratislauiensis dioc. noscitur obtinere.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus dilecto capellano suo Nicolao de Czuroiricz (!), presbytero Olomucensis dioc., de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem suam etc., si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, dignemini misericorditer providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Gumyn dicte Olomucensis dioc. noscitur obtinere; et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Et dignetur eadem Stas committere examen ad partes.

Fiat G.

Sine alia leccione.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 119. — a) Corrige: ‚Panawicz'. b) Sequitur: ‚eciam si ad illam, illum vel illud quis per eleccionem solet assumi' cancellatum, ad quod sequens nota in marg. dext. alia manu facta pertinet: ‚Sic erat cancellatum in originali.' c) ‚et' Suppl.

---

986. *Wolframo de Pannwitz a) officiali Olomucensi providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 985. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnovam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo." — In e. m. episcopo Olomucensi et Olomucensis ac s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

I / . X X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 141 fol. 356. — a) ‚Panaroitz' Av.

---

987. *Officiali Olomucensi mandatur, quatenus Nicolao de „Czurowicz" rectori parochialis ecclesiae in Komín (Komein) a) beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 985. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo."*

X / . X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 141 fol. 427. — a) ‚Gumyn' Av.

988. *Czakanus Thimonis supplicat, quatenus sibi de maiori praebenda ecclesiae Misnensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.

Supplicat S[ti] V[re] Czakanus Tymonis canonicus ecclesie Misinensis et in eadem minorem prebendam obtinens, quatenus sibi de prebenda maiori in dicta ecclesia, si qua vacat ad presens, vel de prima vacatura dignemini providere, non obstante, ... et quod canonicatum et prebendam in ecclesia s. Petri in Brunna Olomucensis dioc. teneat et super ecclesia parrochiali in Myslaus iam dicte dioc. litem habeat in Romana curia, cum reservacione etc. et aliis clausulis oportunis ut in forma

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Julii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol 122'.

---

989. *Czakano Thimonis*[a]) *reservatur una de maioribus praebendis ecclesiae Misnensis, non obstantibus ut in nr. 988. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII. non. Julii a. septimo." — In e. m. Pragensis et s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis ac officiali Pragensi.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 4.*

R. Av. 141 fol. 327'. — a) ‚Tymonis'. Av.

---

990. *Nicolao abbati monasterii Milocensis indulgetur, ut pontificalibus uti possit.*

. X . *Apud Villamnovam, 1359 Julii 13.*

D. f. Nicolao abbati monasterii s. Egidii in Mylewsk Praemonstratensis ordinis Pragensis dioc. salutem etc. Exposcit tue devocionis . . . . Hinc est, quod nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, ut tu, quamdiu vitam in humanis duxeris et monasterio prefueris supradicto, in nativitatis et resurreccionis domini ac pentecostes, assumpcionis beatissime Marie virginis, s. Egidii confessoris et s. Margarite virginis festivitatibus ac dedicacione ecclesie dicti monasterii in eodem monasterio et eius ecclesia mitra, anulo, baculo et aliis pontificalibus insigniis in missarum solenniis libere uti possis, quacumque constitucione apostolica contraria non obstante, tibi auctoritate apostolica de speciali gracia tenore presencium indulgemus . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. III id. Julii a. septimo.

R. Av. 141 fol. 581'.

991. Compositio Petri Jenlini de Lauterbach super annatis de parochiali ecclesia in Neusiedel.

1359 Julii 20.

Item de parrochiali ecclesia in Neusidel Olomucensis, dioc., vacante per liberam resignacionem Johannis de Luthomusel, fuit provisum Petro Jenlini de Luchirbach. Die XX Julii a. MCCCLIX composuit ad mediam partem fructuum solvendam infra festum b. Johannis Babtiste a. MCCCLX, presentibus R. de Rebunbigis et . . . .[a]) Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 290 fol. 45'. — a) Loco nominis lacuna in manuscripto reperitur. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 9' sequens nota reperitur: „De parrochiali ecclesia in Neusidel Olomucensis dioc., vacante per liberam resignacionem Johannis de Luthemusel, fuit provisum Petro Jenlini II non. Septembris a. VI; composuit ad mediam partem fructuum et emolumentorum unius anni dicte ecclesie, solvendam infra festum b. Johanis Baptiste a. MCCCLX." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 72 nr. 17.) — Conf. nr. 837 et 838. — In marg. inferiori notae in Coll. Alam. 4 descriptae adnotatur:

„Summa componencium ad mediam partem fructuum — III.
Summa universalis receptorum in dioc. Olomucensi — CXVII flor. XII sol.
„ „ composicionum in pecunia non soluta — V^C^LX flor.
„ tocius diocesis componencium ad mediam partem fructuum — V.
„ non componencium in dicta diocesi — VI."

Quoad summas praedictas conf. Kirsch, Annaten I pag. 70—72.

---

992. Ubislaus de Nové Sedlo supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem monasterii Pomucensis spectante, provideatur.

Apud Villamnovam, 1359 Julii 21.

Supplicat S^ti^ V^re^ humilis vester Vbislaus de Nouesedl pauper presbyter Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Pomuk ordinis Cisterciensis dicte dioc., si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem dignemini providere, cum acceptacione etc., non obstantibus, quod idem ad collacionem seu presentacionam abbatis monasterii in Zabyrdouis ordinis Premonstratensis Olomucensis dioc. in forma communi pauperum per S^tem^ V^ram^ predictam anno primo factam noscitur expectare, quam collacionem sibi dicit omnino inutilem, unde dignemini sibi dictam graciam ad predictum abbatem in Pomuk immutare vel saltim de novo providere et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XII kal. Augusti a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 136'.

993. Ubislao de Nové Sedlo[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem abbatis et conventus monasterii in Pomuk Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 992. Litterae, secundum quas beneficium ad collationem monasterii in Zabrdovicz*[b]) *expectat, cassantur. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XII kal. Augusti a. septimo." — In e. m. s. Agricoli Avinionensis et Vissegradensis ac s. Egidii Pragensis decanis ecclesiarum.*

Apud Villamnovam, 1359 Julii 21.

R. Av. 141 fol. 409'. a) ‚Vbislao de Nouesedl' Av. b) ‚Zabirdouicz' Av

---

994. Compositio Nicolai de Praga super annatis de praepositura monasterii Zderasiensis.

1359 Julii 22.

Nicolao de Praga decretorum doctori fuit confirmata eleccio de ipso facta in prepositum Sderasiensem Pragensem ordinis s. sepulcri dominici Jerosolimitani IIII id. Maii a. septimo. Iste composuit die XXII mensis Julii a. MCCCLIX pro annuali ad ducentos flor. auri sentencie, solvendos C in festo pache a. MCCCLX et centum in sequenti simili festo anno revoluto, et si plus valeat media pars fructuum unius anni dicti monasterii Sderasiensis ducentis flor. predictis, ipse promisit secundum conscienciam suam de pluri in dictis terminis satisfacere dicte camere in Romana curia; presentibus R. de Rebunbigis et Rigaldo Betelha die ultima mensis Junii a. MCCCLIX, cum sentenciis et obligacionibus consuetis — Arnaldus Johannis.

Et cum due obligaciones fuissent facte super dicto annuali, ista prevale[ncia] et due alie fuerunt cassate, solvit dictus Nicolaus de predictis — XXX flor, idem solvit die XII mensis Novembris a. MCCCLIX alios — XXX flor. per [a]) manus domini Petri plebani de Poczyedielicz Pragensis dioc.

Coll. 290 fol. 59'. — a) ‚Im. per.' Coll. — De compositione praedicti Nicolai in Coll. Alam. 4 fol. 8 sequens nota reperitur: „Prepositura monasterii Sderasiensis Pragensis fuit confirmata IIII id. Maii a. VII Nicholao de Praga doctori decretorum; composuit ad II^C florenos auri, solvendos C infra festum pache a. MCCCLX et C simili festo anno revoluto, et si plus valeret media pars dictorum fructuum dicta summa, illud plus secundum conscienciam suam promisit solvere camere apostolice; solvit — XXX florenos. Die XII mensis Octobris a. MCCCLIX solvit alios XXX florenos, per manus Petri XXX florenos." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 69 nr. 22.) — In Coll. Alam. 290 fol. 60 de compositione praedicti Nicolai sequens nota reperitur: „Domino Nicolao de Praga decretorum doctori fuit confirmata prepositura Sderasiensis Pragensis dioc. IIII id. Maii a. VII. Composuit ad *centum* flor. de Florencia ponderis sentencie, solvendos L in festo pache a. MCC[C]LX et L in festo sequenti b. Michaelis, *die XIX Julii a. MCCCLIX.* Presentibus Philipo Petri clerico Aquilegensis dioc. et R. de Rebunbigis — Arnaldus Johannis." Haec nota cancellata est, ad quam cancellaturam sequens adnotatio pertinet: „Illa est melior ista, ideo ista casata." — Conf. nr. 926, 927, 946.

995. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori et Bohemiae regi scribit, se non potuisse votis eius, per Nicolaum Fridlini canonicum Pragensem, nuncium eius, expressis, ut duo decretalia Clementis V, Henricum V Romanorum imperatorem tangentia aboleantur, et aliis votis eius circa promotionem Theoderici episcopi Mindensis annuere.*

Apud Villamnovam, 1359 Julii 23.

Carissimo in Christo filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto ac Boemie regi illustri salutem etc. Nuper nobis tua sublimitas tam per litteras propria manu scriptas quam per vive vocis oraculum d. f. Nicolai Fridlini canonici Pragensis, nuncii tui, latoris presencium, multa precum instancia supplicavit, ut, cum in duabus decretalibus olim per .... Clementem papam quintum, predecessorem nostrum, editis, quarum una incipit: „Romani principes de iure iurando" et altera: „Pastoralis de sentencia et re iudicata", non parum ledi videatur memoria quondam Henrici Romanorum imperatoris, avi tui, et posterorum suorum fame non modicum derogari, providere super eisdem decretalibus ad redintegracionem huiusmodi memorie et fame pariter claritatem apostolice benignitatis remedio dignaremur. Equidem, fili carissime, dum clara magnitudinis tue merita, dum devocionem tuam, quam ad Romanam geris ecclesiam, nostre consideracionis indagine perscruptamur, dum consideramus, quanta sacerdocium et imperium deus inter se esse voluit caritate coniuncta, proponimus in hiis, que cum Deo possumus, tuis votis annuere, concurrere beneplacitis et desideriis complacere. Verum cum, sicut eccellencie tue fore credimus non ignotum, decretales seu constituciones prefate cum multis fuerint solempnitatibus edite, magna deliberacione discusse et in generali concilio Viennensi multo magnorum consiliorum libramine ponderate ac deinde constitucionibus ceteris apostolicis et corpori iuris inserte et passim tam per generalia studia quam per iudicia fidelium promulgate, non vidimus, quo modo per nos aboleri, irritari aut aliqualiter immutari, servata iusticia et apostolatus nostri decencia, posset, quod tanta fuit deliberacione et diligencia celebratum. Nichilominus tamen nuncio eidem obtulimus in consistorio proponere ista, si vellet, coram venerabilibus fratribus nostris Romane ecclesie cardinalibus et rem ipsam in medium deducere ac nostro et dictorum fratrum iudicio ventilare, sed ipse rei ipsius condicione tam provide quam diligenter attenta ea temptare non vidit expediens, que votivum non sperabat exitum habitura; tanta namque, prout idem nuncius a nobis accepit, veniret in huiusmodi negocio servanda sollemnitas, quanta in ipsarum decretalium fuerit constitucione servata, quod quanti esset operis, celsitudinis tue iudicio relinquimus extimandum. Si itaque prefate tue peticioni ex dictis nos moventibus causis non duximus annuendum, imperialis tua benignitas moleste non ferat, sed pocius, causis ipsis benigne ac mature pensatis, rescripta nostra huiusmodi grata suscipiat et accepta. Ceterum licet super promocione ven. fr. nostri Theodorici episcopi Mindensis, quem tua nobis serenitas olim reddidit et reddit continuo multipliciter comendatum, dictorum tunc fratrum non interveniente consensu nequiverimus eiusdem serenitatis votis annuere, intendimus tamen, quam cito se honesta facultas obtulerit, tue consideracione celsitudinis eundem circa sui status

augmentum dono prosequi gracie specialis D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. X kal. Augusti a. septimo.

R. Vat. 240 fol. 72'.

996. Preczlaus[a]) episcopus Vratislaviensis supplicat, quatenus Gregorio Martini de Gorka capellano suo, de beneficio ecclesiastico, ad collationem episcopi Vratislaviensis spectante, provideatur. — „Fiat de omnibus suprascriptis non cancellatis[1]) G. Et quod transeant sine alia leccione et absentibus cum examine ad partes committendo. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Augusti a. septimo."

Apud Villamnouam, 1359 Augusti 2.

R. Suppl. 30 fol. 115. — a) ‚Pretzeslaus' Suppl. — 1) Praecedunt supplicationes Kazimiri regis Poloniae et Jaroslai archiepiscopi Gneznensis, quorum prima, qua rex et archiepiscopus praedicti supplicant, ut Nicolao Nicolai quondam palatini Cracoviensis de canonicatu sub expectationae praebendae ecclesiae Vratislaviensis provideatur, cancellata est.

997. Scolastico Cracoviensi mandatur, quatenus Gregorio Martini de Gorka presbytero Poznaniensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25, resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc IIII non. Augusti a. septimo."

X
. X . *Apud Villamnovam, 1359 Augusti 2.*

R. Av. 141 fol. 407. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 591.

998. Hartungus Hostkonis de Nebužel supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem ecclesiae Boleslaviensis pertinente, provideatur.

Apud Villamnovam, 1359 Augusti 2.

Supplicat S[ti] V[re] Hartingus quondam Hosteonis de Nebuzyel clericus Pragensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collationem etc. prepositi, decani et capituli in Boleslavia Antiqua dicte dioc., si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Augusti a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 146.

999. Hartungo de Nebužel[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non exeedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae in Antiqua Boleslavia Pragensis dioc. collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Augusti pontificatus nostri a. septimo." — In e. m. Pragensis et s. Agricoli Auinionensis decanis ac archidiacono Curimensis eiusdem Pragensis ecclesiarum.*

. L . *Apud Villamnovam, 1359 Augusti 2.*

R. Av. 140 fol. 489', R. Vat. 231 fol. 170'. — a) ‚Nebuzyel' Av.

1000. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Paulo Martini de Choczna beneficium ecclesiasticum, ad collationem ecclesiae Pragensis spectans, reservetur.

Apud Villamnocam, 1359 Augusti 2.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Carolus Romanorum imperator, quatenus sibi in personam dilecti procuratoris sui in regno Boemie Wernheri Tymonis etc. (!)

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Pauli Martini de Choczna diaconi Pragensis dioc. specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, vacans vel vacaturum, conferendum eidem Paulo, donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam IIII non. Augusti a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 149.

1001. Paulo Martini de Choczna reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad prepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabile testimonium" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Augusti a. septimo." — In e. m. Olomucensi et Zwerinensi episcopis ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

. XX . *Apud Villamnovam, 1359 Augusti 2.*

R. Av. 140 fol. 486', R. Vat. 234 fol. 177'.

1002. *Thomas montanus de Montibus Cutnis et Dorothea relicta Jesconis supplicant, quatenus cum eis super matrimonio iam contracto dispensetur.*

Apud Villamnovam, 1359 Augusti 2.

Significatur S[ti] V[re] ex parte Thomlini alias Thome montani in Montibus Chutnus [a]) et Dorothee relicte condam Jestlini alias Jesconis coniugum Pragensium, quod ipsi olim viro sciente, licet non crederet esse impedimentum iuris, et muliere ignorante aliquod impedimentum inter eos existere, quominus possent matrimonialiter copulari, matrimonium per verba de presenti publice bannis editis secundum morem patrie, nemine se opponente, contraxerunt et carnali copula consumarunt. Postmodum vero ad uxoris et mariti pervenit noticiam, quod quondam primus maritus dicte Dorothee dicto Thomlino quarto consanguinitatis gradu attingebat, et sic cognovit vir, quod de iure, quod fecerat, non valebat. Verum, pater sanctissime, si divorcium fieret, possent scandala inter partes et parentes exoriri; quare pro parte dictorum coniugum humiliter supplicatur, quatenus impedimento non obstante predicto, quod in sic contracto matrimonio licite valeant remanere, misericorditer dignemini dispensare, prolem susceptam, si qua sit, et suscipiendam legitimam decernendo eosque a sentencia excommunicacionis, si quam premissorum occasione incurrerunt, absolvere, ut in forma.

Fiat et iniungatur penitencia salutaris presertim ei, qui sciebat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Augusti a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 150. — a) Corrige: ‚Chutnis'.

1003. *Cum Thomlino alias Thoma montano de Montibus Cutnis [a]), laico Pragensis dioc., et Dorothea relicta quondam Jeslini alias dicti Jesconis laici super matrimonio iam contracto dispensatur. „Petitio pro parte" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. IIII non. Augusti a. septimo."*

X
. X . *Apud Villamnovam, 1359 Augusti 2.*

R. Av. 141 fol. 588'. — a) ‚Chutnis' Av.

1004. *Conrado de „Tuderstat" [1]) presbytero Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Acinionensis dioc. VI id. Augusti a. septimo."*

Apud Villamnovam, 1359 Augusti 8.

R. Av. 141 fol. 535. — [1]) Theuderau (Tudorow)?

1005. *Nicolao Jacobi de Brux terminus annatarum de parochiali ecclesia in Schurgast solvendarum prorogatur.*

1359 Augusti 25.

De parrochiali ecclesia in Schurgost Wratislauien. dioc. facta provisio[a]) Nicolao quondam Jacobi de Brux: composuit ad XXX florenos auri de Florencia solvendos infra festum b. Michaelis[b]) anno MCCCLIX. Die XXV Augusti fuit sibi terminus prorogatus, quia adhuc non possidebat, usque ad festum pasche anno MCCCLX. Fuit[c]) sibi terminus prorogatus usque ad festum omnium sanctorum a. MCCCLXI.

Coll. Alam. 5 fol. 85, Coll. Alam. 4 fol. 77'. — Ed. apud Kirsch, Annaten pag. 183 nr. 1. — [a]) ‚fuit provisum' Coll. 4. [b]) ‚Miquaelis' Coll. 4. [c]) Deest usque ad finem in Coll. 4. — Conf. nr. 541.

1006. *Petrus abbas monasterii s. Benigni ordinis s. Benedicti Lingonensis dioc. quitatur de solutione partis sui communis servitii per manus Durandi Gerardi[a]) archidiaconi Pragensis. „Auinione die quinta mensis Octobris a. [MCCCLIX, indiccione XII, pontificatus . . . . Innocencii VI a. septimo].“[b])*

Avinione, 1359 Octobris 5.

Obl. et Sol. 32 fol. 58, Obl. et Sol. 33 fol. 90. — [a]) ‚Durandi Gerardi' Obl. 33, ‚Gerardi Durandi' Obl. 32. [b]) Suppletum ex folio praecedente.

1007. *Johanni Blanke civi Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione V id. Octobris a. septimo.“*

Avinione, 1359 Octobris 11.

R. Av. 141 fol. 538.

1008. *Nicolaus in abbatem monasterii Milocensis electus eidem monasterio praeficitur.*

V V V
X X X

Avinione, 1359 Octobris 30.

D. f. Nicolao abbati monasterii Milocensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc. salutem etc. Suscepti cura regiminis . . . . Dudum siquidem quondam Mrakota abbate monasterii Milocensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc. regimini ipsius monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice sedis providenciam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si

secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero eodem monasterio per ipsius Mrakote abbatis obitum, qui extra curiam Romanam diem clausit extremum, vacante, dd. ff. conventus eiusdem monasterii, reservacionis et decreti predictorum, ut asseritur, ignari, te canonicum ipsius monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum, in eorum et dicti monasterii abbatem licet de facto concorditer elegerunt, tuque reservacionis et decreti predictorum, ut asseritur, similiter inscius, eleccioni huiusmodi, illius tibi presentato decreto, consenciens, eam per d. f. Bernardum abbatem Syolensem [a]) ordinis et dioc. predictorum, patrem abbatem dicti Milocensis monasterii [b]), ad quem quidem patrem abbatem confirmacio eleccionis abbatis dicti monasterii Milocensis tam ex institutis dicti ordinis, per sedem apostolicam ex certa sciencia, ut asseritur, confirmatis, quam eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere dicitur, licet de facto obtinuisti eciam confirmari, et deinde dubitans de reservacione et decreto predictis, huiusmodi eleccionis et confirmacionis negocium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur eleccionem et confirmacionem predictas, utpote post et contra reservacionem et decretum predicta attemptatas, prout erant, reputantes irritas et inanes, et ad provisionem ipsius monasterii Milocensis, de quo nullus preter nos hac vice disponere potuit neque potest reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsum monasterium Milocense longe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite ac morum honestate, spiritualium providencia et temporalium circumspeccione et aliis multiplicium virtutum meritis apud nos laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus nec non dictorum conventus te eligencium unanimi voluntate attenta meditacione pensatis, de persona tua prefato monasterio Milocensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii Milocensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo . . . . D. Auinione III kal. Novembris a. septimo.

In e. m. dd. ff. conventui monasterii Milocensis.

In e. m. ven. fr. archiepiscopo Pragensi.

R. Av. 141 fol. 68. — a) Corrige: ‚Syloensem'. b) ‚monasteriorum' Av.

1009. *Johannes quondam Mathiae de Kojeticz* a) *supplicat, quatenus provisio sibi facta de altari s. Procopii in ecclesia Pragensi confirmetur, vel sibi de eodem de novo provideatur. — Petrus Benessii supplicat, quatenus electio in scholasticum ecclesiae Boleslaviensis per capitulum eiusdem ecclesiae de se facta confirmetur vel sibi de dicta scholastria, quam unacum parochiali ecclesia in Očihov* b) *aliquamdiu tenebat, de novo provideatur, et quatenus, si indiget, habilitetur, cum paratus sit de fructibus perceptis satisfacere. — „Fiat . . . . G" [Auinione XIIII kal. Decembris a. septimo].* c)

Avinione, 1359 Novembris 18.

R. Suppl. 30 fol. 2·2 et 236 sub titulo: ‚Confirmationes Allemanorum'. — [a]) ‚Mathie de Cogeticz' Suppl. [b]) ‚Oczyhow' Suppl. [c]) Suppletum ex litteris gratiarum sub numeris sequentibus editis.

1010. *Johanni nato Mathiae de Kojeticz indulgetur, ut provisio ei de altari s. Procopii in ecclesia Pragensi facta et acceptatio eius valeant.*

. X̿ . *Avinione, 1359 Novembris 18.*

D. f. Johanni nato quondam Mathie de Cogeticz presbytero Pragensis dioc. salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim tecum super defectu natalium, quem pateris, de presbytero genitus et soluta, ut eo non obstante ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam animarum haberet, obtinere posses, fuit auctoritate apostolica dispensatum, tuque postmodum ad omnes ordines promotus, vigore quarundam litterarum nostrarum, per quas beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad ven. fr. nostri archiepiscopi et dd. ff. decani et capituli Pragensis collacionem . . . . pertinens, expectabas,[1]) altare s. Procopii situm in ecclesia Pragensi, quod ad dictorum decani et capituli collacionem pertinens, per obitum quondam Vatzilionis[a]) de Praga rectoris ipsius altaris tunc vacans, credens hoc tibi licere, infra tempus legitimum acceptasti et de illo tibi provideri fecisti illudque per annum et ultra tenuisti et possedisti, prout tenes et possides, pacifice et quiete, fructus bona fide percipiens ex eodem nulla alia super hoc dispensacione obtenta. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, ab aliquibus dubitetur, utrum obstante prefato defectu dictum beneficium in predicta cathedrali ecclesia potueris acceptare, teque timeas super eo posse imposterum molestari, nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod acceptacio et provisio supradicte et quecunque inde secuta defectu premisso et quibuscunque constitucionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, eciamsi dictum altare sit disposicioni apostolice reservatum, a data presencium, dummodo non sit in eo alicui[b]) speciale ius quesitum, valeant et plenam obtineant roboris firmitatem. . . . . D. Auinione XIIII kal. Decembris a. septimo.

R. Av. 141 fol. 606'. — [a]) Corrige: ‚Vatzikonis'. [b]) ‚altari' Av. — [1]) Conf. nr. 408.

1011. *Inhabilitatis macula Petri Benessii, qui parochialem ecclesiam in Očihov unacum scholastria ecclesiae Boleslaviensis tenebat, aboletur.*

X
. X . *Avinione, 1359 Novembris 18.*

D. f. Petro Bensii canonico ecclesie Wissegradensis prope Pragam salutem etc. Apostolice sedis benignitas . . . . Exhibita si quidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod olim scolastria ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc., que dignitas existit, quam quondam Johannes de Praga ipsius ecclesie scolasticus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui extra Ro-

manam curiam diem clausit extremum, vacante, dd. ff. capitulum eiusdem ecclesie, ad quos eleccio scolastici dicte ecclesie de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, te, tunc parrochialem ecclesiam in Oesyhow[a]) dicte dioc. obtinentem, in scolasticum dicte ecclesie concorditer elegerunt, tuque eleccioni huiusmodi de te facte consenciens, eam obtinuisti a quo[n]dam Johanne Padue[b]) decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam, vicario generali ven. fr. nostri archiepiscopi Pragensis confirmari, dictamque scolastriam extitisti pacifice assecutus et eam, quia in continenti Johannes de Lubna clericus dicte dioc., falso asserens illam ad se spectare, et quod tu eam detinebas indebite occupatam, te super hoc, petendo eandem scolastriam sibi adiudicari, coram d. f. Detleno rectore parrochialis ecclesie s. Nicolai in foro pullorum[1]), dicti archiepiscopi in spiritualibus vicario, fecit ad iudicium evocari, durante huiusmodi lite et eciam per dictum Detlenum vicarium, te tamen absente et ignorante, pronunciato Johannem de Lubna ius in dicta scolastria non habere, post pronunciacionem huiusmodi per unum mensem et ultra una cum dicta parrochiali ecclesia, credens tibi hoc licere, tenuisti et possedisti, prout eandem scolastriam tenes et possides, fructus percipiendo ex eis et demum eandem parrochialem ecclesiam dimisisti. Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes te, Wissegradensis prope Pragam cum prebenda et Saccensis ecclesiarum auctoritate litterarum nostrarum[2]) sub expectacione prebende canonicatus ac capellam s. Nicolai in monte Wissegradensi dicte dioc., quarum videlicet canonicatus et prebende Wissegradensis quatuor et capelle predictorum fructus, redditus et proventus sexdecim florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, obtinentem, apud nos . . . . commendatum, prerogativa prosequi gracie specialis, ... omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per te premissorum occasione contractam penitus abolemus. Volumus tamen, quod exnunc dictam scolastriam realiter et omnino dimittas . . . .

D. Avinione XIIII kal. Decembris a. septimo.

R. Av. 140 fol. 693', R. Vat. 234 fol. 286'. — a) ‚Oesihow' Vat, corrige: ‚Ocsihow'. b) Corrige: ‚Paduano' — 1) Conf. Tomek, Déjepis města Prahy III pag. 306. 2) Conf. nr. 358.

***1012.** Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus „Friderico Stromairi de Neuremberg notario suo et collectori reddituum suorum in districtibus Karlsteinensi, Misenburgensi, Burglinensi et Kamicensi“ de media praebenda in ecclesia Pragensi, quam Přibislaus[a]) canonicus Pragensis olim tenuit, vacante ex eo, quod idem Přibislaus[a]) possessionem praebendae Pragensis per obitum Nicolai dicti de Erfordia vacantis assecutus est, provideatur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Item quod examen committatur ad partes. Fiat G. D. Auinione II kal. Decembris a. septimo.“[b])*

Avinione, 1359 Novembris 30.

R. Suppl. 30 fol. 246'. — a) ‚Przibislaus' Suppl. b) In margine dext.: ‚pro camera'

1013. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Friderico Stromairi notario Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis mediam praebendam in ecclesia Pragensi conferat.*

I / X / . X .

Avinione, 1359 Novembris 30.

Ven. fr. . . episcopo Luthomuslensi salutem etc. Dignum arbitramur . . . . Dudum siquidem d. f. Przibislao[a]) canonico ecclesie Pragensis de canonicatu ipsius ecclesie cum reservacione prebende, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat, vel cum vacaret, per nostras certi tenoris litteras mandavimus provideri[1]) et voluimus inter cetera, quod idem Przibislaus, quamprimum vigore dictarum litterarum huiusmodi prebende foret possessionem pacificam assecutus, perpetuum beneficium, media prebenda nuncupatum, quod in dicta ecclesia tunc temporis obtinebat, quodque extunc vacare decrevimus, omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneretur. Cum itaque postmodum, sicut accepimus, dictum beneficium ex eo vacaverit et vacare noscatur ad presens, quod dictus Przibislaus canonicatum dicte ecclesie et prebendam, tunc in ipsa ecclesia vacantes, auctoritate dictarum litterarum canonice sibi collatos, fuit pacifice assecutus, nullusque preter nos hac vice de ipso beneficio disponere potuerit neque possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huius[modi] omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque, per assecucionem pacificam aliorum beneficiorum, per nos seu auctoritate nostra eis collatorum et inantea conferendorum eisdem, tunc vacancia et in posterum vacatura, collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus . . . . contingeret attemptari, nos volentes d. f. Fridericum Stromairi de Nuremberg canonicum Olomucensem . . . . consideracione . . . . Caroli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis illustris, pro ipso Friderico notario et officiali suo . . . . supplicantis, favoribus prosequi graciosis, fraternitati tue . . . . mandamus, quatenus . . . . dictum beneficium sic vacans . . . . eidem Friderico auctoritate nostra conferas et assignes . . . ., non obstantibus . . . ., quod in Olomucensi canonicatum et prebendam et in dicta Pragensi ecclesiis altare s. Luce ac parrochialem ecclesiam in Neumburg Pragensis dioc. noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Fridericus, quamprimum . . . . dicti beneficii possessionem pacificam fuerit assecutus, dictum altare . . . . dimittere teneatur . . . . D. Auinione II kal. Decembris a. septimo.

R. Av. 140 fol. 450', R. Vat. 234 fol. 155'. — a) ‚Przisbislao' Vat. — 1) Conf. nr. 82.

1014. *Compositio Mathiae de Kojeticz super annatis de altari s. Procopii in ecclesia Pragensi.*

1359 Decembris 2.

Item cum Johannes quondam Mathie de Cogeticz presbyter Pragensis dioc. . . . .[a]) — Die II mensis Decembris anno MCCCLIX in domo domini Eblonis clerici camere composuit personaliter ad mediam partem fructuum unius anni solvendam camere in festo nativitatis domini MCCCLXI, presentibus Hen-

rico de Naza et Conrado Pragensi et domino episcopo Elnensi. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 5 fol. 100. — (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 214 nr. 45.) — a) Etc ut in supplicatione sub nr. 1009. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 6' sequens nota reperitur: „Altare s. Procopii situm in ecclesia Pragensi fuit confirmatum Johanni quondam Mathie de Cogeticz presbytero Pragensis dioc XIIII kal. Decembris a. VII vel sibi de novo provisum; composuit ad mediam partem fructuum solvendam infra festum nativitatis domini a. millesimo CCCLXI." (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 66 nr. 1.) — De solutione annatarum in Coll. Alam. 4 adligati fol. 3' sequens nota reperitur: „Die XIX Decembris [a. a nativitate domini MCCCLX] (suppletum ex fol. 1 adligati) a. Johanne quondam Mathie pro parte media fructuum unius anni altaris s. Procopii in castro Pragensi sibi confirmati — XIII floreni." (Ed apud Kirsch, Annaten I pag. 198 nr. 33.) — Conf. nr. 1009 et 1010.

1015. *Compositio Petri Benessii super annatis de scholastria Boleslaviensi.*

1359 Decembris 2.

Item cum Petrus Benessii scolasticus ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc. . . . .[a]) — Die II mensis Decembris anno MCCCLIX composuit ad mediam partem fructuum solvendam infra nativitatem domini MCCCLXI et de fructibus indebite perceptis ad cognicionem collectoris in partibus hic vel ibi solvendis, composuit Conradus Pragensis; presentibus domino episcopo Elnensi et Henrico de Naza. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 5 fol. 106'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 226 nr. 83. — a) Etc. ut in supplicatione sub nr. 1009. — De compositione praedicta in Coll. Alam. 4 fol. 6' sequens nota reperitur: „Scolastria ecclesie Boleslaurensis (corrige: ‚Boleslauiensis') Pragensis dioc. fuit collata Petro Benecii XIIII kal. Decembris a. septimo; composuit ad mediam partem fructuum solvendam infra festum nativitatis domini MCCCLXI et de fructibus indebite perceptis composuit ad cognicionem collectoris in partibus". (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 66 nr. 2.) — De solutione annatarum in Coll. Alam. 4 adligati fol. 3' sequens nota reperitur: „Item dicta die [XIX Decembris a. MCCCLX] (suppletum ex nota praecedente) a Petro Benessii pro parte media fructuum unius anni scolastrie ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc. sibi confirmate — X floreni." (Ed apud Kirsch, Annaten I pag. 198 nr. 34.) — Conf. nr. 1011.

1016. *Obligatio procuratorum Friderici Stromairi de Norimberga circa annatas de media praebenda Pragensi.*

1359 Decembris 12.

Friderico Stromairi[a]) de Nuremberg fuit provisum II kal. Decembris a. VII de media prebenda Pragensi, vacante apud sedem apostolicam per assecucionem alterius beneficii; pro isto promiserunt Venceslaus Thesauri[b]) clericus Pragensis et Conradus Pragensis, procuratores in Romana curia, quod ipsi tentabunt et procurabunt cum effectu, quod dictus Fridericus componat cum

collectore Pragensi de annuali et certificabunt cameram infra festum assumpcionis b. Marie a. MCCCLX; die XII mensis Decembris a. MCCCLIX fuit facta obligacio presentibus R. de Rebunbigis et Arnaldo Galcellini Catur[censis] et Sarlatensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 5 fol. 107. — Similis obligatio in Coll. Alam. 4 fol. 6' (ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 66 nr 3) cum sequentibus varietatibus nominum: a) ‚Stromani' Coll. 4. b) ‚Thoss Coll. 4. — Conf. nr. 1013.

1017. *Obligatio Nicolai abbatis monasterii Milocensis.*

1359 Decembris 14.

Eisdem anno [MCCCLIX, indiccione XII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape sexti a. septimo][a] die XIIII mensis Decembris in camera apostolica, absente domino cardinale Albo, presentibus dominis Bernardo de Nexonio, Eblone de Mederio, Johanne Laparra, clericis camere et collegii, dominus frater Nicolaus abbas monasterii Milocensis ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. promisit pro suo communi servicio per dominum Johannem de Haravicz rectorem capelle s. Egidii in Nova civitate Pragensi, procuratorem suum, ducentos XXXIII florenos et terciam partem unius floreni et V servicia consueta, solvendo medietatem a festo nativitatis domini proximo ad annum et alteram medietatem simili festo anno revoluto . . . .

Obl. et Sol. 22 fol. 246. — a) Suppletum ex folio praecedente. — In margine dext. „XXII card".

1018. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus abbatibus et monachis monasteriorum s. Ambrosii et s. Jeronymi in civitate Pragensi indulgeatur, ut etiam extra eorum monasteria in imperatoris praesentia secundum ritum Ambrosianum et in lingua slavica missas celebrare possint. Item supplicat, quatenus sibi indulgeatur monasterium pro fratribus servorum s. Mariae in civitate Pragensi de novo fundare.*

Avinione, 1359 Decembris 28.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quatenus cum in civitate sua Pragensi sint duo monasteria ordinis s. Benedicti, in quorum uno in s. Ambrosii honorem Ambrosianum, et in altero in honorem s. Jeronimi fundato[a] in lingua Salauonica[b] officia ex privilegio sedis apostolice celebrantur, quod dicti abbates et monachi dictorum monasteriorum et eorum singuli in quocumque loco ad hoc ydoneo extra sua monasteria possint in presencia dicti imperatoris missas et alia divina officia secundum ritum eorum licite celebrare, eidem imperatori dignemini indulgere, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat G.

Item dignemini sibi concedere, quod in dicta civitate Pragensi possit de novo fundare et construere unum locum pro fratribus servorum s. Marie ordinis s. Augustini . . . .

Fiat in forma G.

D. Auinione V kal. Januarii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 254. — a) ,fundatam' Suppl. b) Corrige: ,Sclauonica'.

1019. *Carolo Romanorum imperatori et Bohemiae regi indulgetur, ut abbates et monachi monasteriorum s. Jeronymi et s. Ambrosii Pragae in sua praesentia etiam extra monasteria missas secundum ritum Ambrosianum et in lingua slavica celebrare possint.*

X
. X . *Avinione, 1359 Decembris 28.*

Innocentius episcopus servus servorum dei carissimo a) in Christo filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto et Boemie regi illustri, salutem etc. Eximie tue devocionis . . . . Cum itaque, sicut accepimus, in civitate Pragensi sint duo monasteria ordinis s. Benedicti, unum videlicet in s. Jeronimi ad Sclauos b) vulgariter nuncupatum et alterum in s. Ambrosii confessoris atque doctoris reverenciam et honorem et sub eorum vocabulis dudum per te fundata canonice ac dotata, et in s. Jeronimi in lingua Sclauonica secundum ipsius b. Jeronimi, qui nacione Sclauus extitit, et in s. Ambrosii monasteriis predictis secundum ipsius s. Ambrosii instituciones et ritus divina officia ex concessione apostolica celebrentur, tuque ex devocione, quam habes ad sanctos eosdem, geras in votis, quod interdum huiusmodi officia iuxta ritus eosdem possint in tua presencia extra ipsa monasteria celebrari, nos tuis in hac parte devotis supplicacionibus inclinati, quod abbates et monachi dictorum monasteriorum, ubicunque extra dicta monasteria in tua presencia fuerint, in locis tamen ad hoc congruis et honestis, missas et alia divina officia, singul. videlicet eorundem secundum ipsorum ritus predictos, quibuscunque constitucionibus apostolicis nec non statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinis predictorum contrariis nequaquam obstantibus, licite valeant celebrare, devocioni tue ipsisque abbatibus et monachis auctoritate apostolica de speciali gracia tenore presencium indulgemus . . . . D. Auinione V kal. Januarii a. septimo.

Orig. membran. in archivio caesareo aulico Vindobonensis nr. 571 Boh., R. Av. 141 fol. 608'. — Reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 510 nr. 62 sub falso anno 1358. — a) ,Innocentius — dei' deest in Suppl. b) ,Solauos' Suppl. — In orig. cum bulla plumbea in filo serico. rubei et flavi coloris sub plica ad partem sin.: ,X' X ,Jo. Bellih.', ad partem dextram: ,R de Valle'. In tergo in superiore parte: ,Conradus Pragensis', in media parte: ,R', inferius: ,Abbates mon. Sclauorum et s. Ambrosii possint cum infulis divina celebrare.

***1020.** Priori generali et fratribus servorum s. Mariae ordinis s. Augustini licentia recipiendi, Carolo Romanorum imperatori et Bohemiae regi licentia fundandi monasterium eiusdem ordinis in civitate Pragensi elargitur.*

X
. X . *Avinione, 1359 Decembris 28.*

Dd. ff. . . priori generali et fratribus servorum s. Marie ordinis s. Augustini salutem etc. Piis principum fidelium . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte . . . . Caroli Romanorum imperatoris . . . . et Boemie regis illustris peticio continebat, quod ipse ex devocionis affectu, quem ad b. Mariam virginem gloriosam vestrumque ordinem eius sacro nomine decoratum gerit et habet, proposuit et intendit ad divini nominis et ipsius virginis laudem sacreque religionis augmentum de bonis sibi de superna largitate collatis fundare et construere in civitate Pragensi unum locum vestri ordinis cum ecclesia seu oratorio, campanili, campana, cimiterio, domibus et aliis necessariis officinis. Nos itaque ipsius imperatoris ac vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, eidem imperatori huiusmodi locum, ut predicitur, fundandi et construi faciendi in civitate predicta in loco tamen ad hoc congruo et honesto vobisque locum ipsum ad usum vestrum recipiendi et inhabitandi, dum tamen ibidem duodecim saltem fratres dicti vestri ordinis decenter et congrue valeant sustentari, quibuscunque constitucionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, iure tamen parrochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo, plenam et liberam auctoritate apostolica licenciam elargimur. D. Auinione V kal. Januarii a. septimo.

R. Av. 141 fol. 609.

***1021.** Petrus de Bohemia poenitentiarius papae supplicat, quatenus Buzkoni Koldae de Vilémova Ves beneficium ecclesiasticum, ad ecclesiae Olomucensis collationem pertinens, reservetur.*

Avinione, 1359 Decembris 29.

Supplicat S^ti^ V^re^ humilis orator vester frater Petrus de Boemia ordinis predicatorum S^tis^ V^re^ penitenciarius, quatenus sibi in personam dilecti nepotis sui Buzkonis nati Colde de Vylemouaues clerici Pragensis dioc. graciam specialem facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad collacionem etc. episcopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Olomucensis pertinens communiter vel divisim, vacans vel proximo vacaturum, conferendum eidem Buzkoni donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et sine quacunque alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII kal. Januarii a. septimo.

R. Suppl. 30 fol. 253^v^.

1022. *Buzkoni Koldae*[a]) *de Vilémova Ves*[b]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Olomucensis et praepositi, decani et capituli ecclesiae Olomucensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabilia probitatis" „Auinione IIII kal. Januarii a. septimo." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et abbati monasterii Lucensis Olomucensis dioc. ac decano ecclesiae s. Agricoli Auinionensis.*

. X X . *Avinione, 1359 Decembris 29.*

R. Av. 141 fol 426. — a) ‚Colde' Av. b) ‚Vylemouciues' Av.

1023. *Nobili viro Alberto de „Scirciz" militi Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Januarii a. septimo."*

Avinione, 1359 Decembris 29.

R. Av. 145 fol. 534'.

1024. *Bernardus episcopus Plocensis*[a]) *in provincia Gneznensi*[b]) *quitatur de solutione partis sui communis servitii per manus Michaelis de Oświęcim*[c]) *notarii sui. „Auinione die secunda mensis Januarii a. d. MCCCLX, pontificatus domini Innocencii pape VI a. octavo."*

Avinione, 1360 Januarii 2.

Obl et Sol. 33 fol. 106. — a) ‚Plessensis' Obl. b) ‚Genznensis' Obl c) ‚Oswenczim' Obl.

1025. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Marquardo Sybotonis de Sulzbach*[a]) *clerico Ratisponensis dioc., notario Annae Romanorum imperatricis, ad supplicationem ipsius imperatricis de canonicatu ecclesiae Veteris capellae Ratisponensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione II non. Januarii a. octavo."*

X
. X . *Avinione, 1360 Januarii 4.*

R. Av. 143 fol. 260'. — a) ‚Sybothonis de Sulczbach' Av.

1026. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Vitkoni Hilbrandi et Johanni de Glatovia de canonicatibus sub expectatione praebendarum Bambergensis et Pragensis ecclesiarum provideatur.*

Avinione, 1360 Januarii 14.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, quatenus dilecto familiari suo Witkoni Hilbrandi, notario terre sue Bauarie, de canonicatu ecclesie Bambergensis dignemini providere, prebendam vero .... donacioni apostolice reservantes, non obstante, quod idem Witko altare s. Bernhardi in ecclesia Pragensi noscitur obtinere ....

Fiat G.

Item supplicat eidem S[ti] V[re], quatenus dilecto et familiari et notario suo sueque curie dispensatori Theoderico Johannis de Glatonia de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende vacante vel vacaturo dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Colonia Pragensis dioc. ac canonicatum et prebendam ecclesie s. Egidii Wratislauiensis obtinet ac dignitatem, personatum vel officium ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis per litteras vestras expectat, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Sine alia leccione, cum remissione vel saltim commissione examinis ad partes. Fiat G.

D. Auinione XIX kal. Februarii a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 17.

1027. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Vitkoni Hilbrandi*[a]) *rectori altaris s. Bernhardi in ecclesia Pragensi de canonicatu ecclesiae Bambergensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1026. „Dignum arbitramur“ „Auinione XVIIII kal. Februarii a. octavo.“*

X
. X . *Avinione, 1360 Januarii 14.*

R. Av. 142 fol. 290'. — a) ‚Witkon. Hilbundi‘ Av.

1028. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Theoderico Johannis de Glatoria*[a]) *de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1026. „Dignum arbitramur“ „Avinione XVIIII kal. Februarii a. octavo.“*

X
. X . *Avinione, 1360 Januarii 14.*

R. Av. 142 fol. 290. — a) ‚Glatonia‘ Av.

1029. *Nicolao pictori*[a]) *et Agneti eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione VIII kal. Februarii a. octavo.“*

Avinione, 1360 Januarii 25.

R. Av. 144 fol. 432'. — a) ‚pictore‘ Av.

1030. *Plichtae*[a]) *Conradi decano Pragensi indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VIII kal. Februarii a. octavo."*

Avinione, 1360 Januarii 25.

R. Av. 144 fol. 432'. — a) ‚D. f. Plichta' Av.

1031. *Henrico*[a]) *dicto Faystel et Elisabeth*[b]) *eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione VIII kal. Februarii a. octavo."*

Avinione, 1360 Januarii 25.

R. Av. 144 fol. 432'. — a) ‚Heynrico' Av. b) ‚Elizabeth' Av.

1032. *Nobili viro Čenkoni*[a]) *de Lipa militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VIII kal. Februarii a. octavo."*

. X . *Avinione, 1360 Januarii 25.*

R. Av. 144 fol. 432'. — a) ‚Czenkoni' Av.

1033. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus cum Theoderico episcopo Mindensi dispensetur, ut praepositurum Wissegradensem recipere et una cum ecclesia Mindensi vel alia ecclesia cathedrali, ad quam eum semel vel pluries transferri contingeret, quoad vixerit, licite retinere valeat. — „Fiat, quamdiu preerit ecclesie predicte Mindensi, et dispensamus G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI kal. Februarii a. octavo."*

Avinione, 1360 Januarii 27.

R. Suppl. 31 fol. 20'. — Ed. apud Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea kr. Čes. LXIV) pag. 501.

1034. *Cum Theoderico episcopo Mindensi dispensatur, ut praepositurum Wissegradensem recipere et una cum ecclesia Mindensi retinere valeat.*

X
. X . *Avinione, 1360 Januarii 27.*

Ven. fr. Theoderico episcopo Mindensi salutem etc. Sedis apostolice circumspecta benignitas . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua et . . . . Caroli Romanorum imperatoris . . . . ac Boemie regis illustris peticio continebat,

quod, cum prepositura ecclesie Wissegradensis prope Pragam, que dignitas sine cura est, aliquem sacrum ordinem non requirens et ad donacionem seu collacionem regis Boemie, qui est pro tempore, pertinens, per obitum quondam Willelmi de Landstein, ultimi ipsius ecclesie prepositi, extra Romanam curiam defuncti, nuper vacaverit et vacet ad presens, ac prepositi ipsius ecclesie, qui fuerunt pro tempore, consueverunt esse cancellarii regni Boemie, idem imperator considerans, quod racione officii cancellarie ipsius regni valde sibi expedit habere in eadem ecclesia prepositum fidelissimum et expertum, et quod tu, qui consiliarius suus es, in suis serviciis, quibus dudum institisti fideliter et insistis, laudabiliter comprobatus existis, ac eciam attendens, quod tu de fructibus episcopatus tui Mindensis, quem tempore, quo ad Mindensem ecclesiam tunc vacantem per nos promotus fuisti, propter malum regimen predecessorum tuorum, episcoporum Mindensium, qui fuerunt pro tempore, seu propter lites et guerras eis et eidem ecclesie illatas invenisti, sicut asseritur, multipliciter desolatam, ita modicum recipis, quod exinde iuxta pontificalis exigenciam dignitatis statum tuum decenter tenere non potes, desiderat, quod tu preposituram predictam cum apostolice dispensacionis gracia, qua obtenta illam tibi conferre proposuit, obtinere valeas sibique in prefato cancellarie [a]) officio iuxta prefatam consuetudinem deservire. Quare pro parte tua et imperatoris eiusdem fuit nobis humiliter supplicatum, ut statui tuo suisque desideriis in hac parte providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque tam votis imperatoris eiusdem annuere, quam premissis tuis providere necessitatibus cupientes, huiusmodi supplicacionibus inclinati, tecum, ut preposituram ipsam sic vacantem, si eam tibi per dictum regem alias canonice conferri contingat, libere recipere ac illam cum episcopatu tuo predicto, quamdiu eidem ecclesie Mindensi prefueris, retinere [valeas], non obstantibus, quod Cisterciensis ordinis professor existis, ac Lateranensi et quibuscunque aliis constitucionibus apostolicis nec non statutis et consuetudinibus ecclesiarum et ordinis predictorum contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia vallatis, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus, proviso, quod interim sic de ecclesie tue Mindensis administracione provideas, quod ipsa in spiritualibus non ledatur nec in temporalibus detrimentum propterea paciatur, quodque prepositura ipsa interim eciam debitis obsequiis non fraudetur . . . . D. Auinione VI kal. Februarii a. octavo.

R. Av. 144 fol. 479. — a) ‚cancellario' Av.

1035. Pro Theoderico Dluhomili de Blatna [a]) *presbytero Pragensis dioc. supplicatur, quatenus ei de perpetuo beneficio altaris s. Mariae in ecclesia Pragensi — vacante non, ut credebatur, per liberam resignationem Johannis dicti Prunsvik* [b]) *sed ex eo, quod idem Johannes parochialem ecclesiam Legnicensem* [c]) *assecutus est — provideatur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Februari a. octavo."* [d])

Avinione, 1360 Januarii 28.

R. Suppl. 31 fol. 23. — a) ‚Blacana' Suppl. b) ‚Prusnyk' Suppl. c) ‚in Lignytz' Suppl. d) In marg. dext.: ‚pro camera'. — Conf. nr. 951.

1036. *Judicibus mandatur, quatenus Theoderico Dluhomili de Blatna perpetuum beneficium altaris s. Mariae in ecclesia Pragensi conferant.*

V
. X .

Avinione, 1360 Januarii 28.

Dd. ff. decano s. Agricoli Auinionensis et . . preposito ac . . scolastico Wissegradensis Pragensis dioc. ecclesiarum salutem et apostolicam benediccionem. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus d. f. Theodericus Dluhomili de Blathna[a]) canonicus ecclesie s. Egidii Pragensis apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita si quidem nobis ipsius Theoderici peticio continebat, quod olim in fundacione perpetui beneficii altaris s. Marie siti in ecclesia Pragensi, ministerium misse in aurora nuncupati, fuerit institutum et in approbacione ipsius per sedem apostolicam inde facta cavetur expresse, quod si obtinens dictum beneficium aliquod curatum beneficium pacifice assequatur, eo ipso vacat beneficium altaris supradictum. Cum itaque, sicut accepimus, d. f. Johannes dictus Prusnyk[b]) rector parrochialis ecclesie in Lignycz Wratislauiensis dioc., dictum beneficium altaris tunc obtinens, eandem parrochialem ecclesiam tunc vacantem, auctoritate ordinaria sibi collatam, extiterit pacifice assecutus, et propterea dictum beneficium vacaverit et vacet ad presens, nos volentes dicto Theoderico . . . . graciam facere specialem, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos . . . ., si ita est, dictum beneficium . . . . dicto Theoderico auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . ., non obstantibus . . . ., quod idem Theodericus in s. Egidii canonicatum et prebendam et in Pragensi ecclesiis predictis perpetuam vicariam decani nuncupatam obtinet et super plebania eiusdem Pragensis ecclesie in palacio apostolico se asserit litigare. Volumus autem, quod, si eundem Theodericum dictam plebaniam evincere contingat, dictam vicariam, que cum dicto beneficio misse compatibilis asseritur, prout ad id se sponte obtulit, dimittere, alioquin omni iuri in ea sibi competenti cedere, quodque cum vigore presencium dictum beneficium misse fuerit pacifice assecutus, dictam plebaniam, quam extunc vacare decernimus, eciam dimittere teneatur . . . . D. Auinione V kal. Februarii pontificatus nostri a. octavo.

R. Av. 143 fol. 374. — a) Correctum in margine pro ‚Balchna', b) Corrige: ‚Prausnik' — Conf. nr. 852.

1037. *Thomlinus de Montibus Cutnis, qui homicidio cuiusdam in subdiaconatus vel diaconatus ordine constituti interfuit, supplicat, quatenus sibi absolutio concedatur.*

Avinione, 1360 Januarii 28.

Significatur S[ti] V[re] ex parte Thomlini de Montibus Chutinis[a]) laici Pragensis dioc., quod ipse olim interfuit homicidio per quosdam ipsius amicos et socios perpetrato in persona quadam incedente in habitu laicali et in armis, idemque occisus, prout postmodum intellexit, fuit in subdiaconatus vel diaconatus ordine constitutus Quare supplicatur eidem S[ti] V[re], quatenus alicui ad partes

illas committere dignemini, qui dicto Thomlino de absolucionis beneficio et aliis salutaribus remediis valeat providere, cum ipso propter viarum discrimina et capitales inimicicias personaliter nequeat sedem apostolicam visitare.

Fiat in forma G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione V kal. Februarii a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 21 — a) Corrige: ‚Chutnis'.

***1038.** Tassoni de Peruc*[a]*) laico Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione IIII kal. Februarii a. octavo."*

Avinione, 1360 Januarii 29.

R. Av. 112 fol. 520. — a) ‚Perucz' Av.

***1039.** Archidiacono Gradicensi mandatur, quatenus causam Petri Hermanni plebani ecclesiae de Počedělicz, cui Sczima miles de eodem loco decimas contradicit et quem verberari mandavit, debito fine decidat.*

. X . *Avinione, 1360 Januarii 31.*

D. f. . . archidiacono Gradicensi in ecclesia Pragensi salutem etc. Exhibita nobis pro parte d. f. Petri Hermanni plebani parrochialis ecclesie in Poczìedlicz Pragensis dioc. peticio continebat, quod licet percepcio omnium decimarum possessionum, terrarum et aliorum bonorum infra limites parrochie dicte ecclesie consistencium ad plebanum dicte ecclesie pro tempore existentem eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere noscatur, et tam idem plebanus quam predecessores sui plebani dicte ecclesie, qui fuerunt pro tempore, fuerint in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi huiusmodi decimas, a tempore cuius contrarii memoria non existit, tamen nobilis vir Zezama de dicto loco de Poczìedlicz miles dicte dioc. decimas proventuum, terrarum, possessionum et aliorum bonorum suorum infra dictos limites consistencium per octo annos et ultra eidem plebano solvere indebite contradixit et contradicit, quamquam super hoc pluries pro parte dicti plebani caritative monitus et requisitus extiterit, quin ymo peiora malis accumulans, eundem Petrum plebanum per Martinum molendinarii clericum, Behunconem[a]) dictum Donyn procuratorem dicti militis et Johannem dictum Cozlik, Marziconem dictum Prassye, Blahuconem ipsius Marziconis filium, laicum dicte dioc., et nonnullos alios eciam parrochianos dicte ecclesie, familiares, satellites, complices et fautores dicti militis eundem Petrum plebanum dei timore postposito ausu sacrilego verberari et ita acriter vulnerari mandavit et fecit, quod per nonnullos de ipsius Petri obitu verisimiliter timebatur. Et quamvis idem Petrus predictos militem, laicos, familiares, satellites, complices et fautores super premissis coram d. f.

Petro archidiacono Horssoniensi in ecclesia Pragensi, officiali Pragensi, habente super inquirendis, corrigendis et puniendis excessibus subditorum ven fr. nostri archiepiscopi Pragensis specialem ab eodem archiepiscopo potestatem, in causam traxerit et premissa coram eodem officiali legitime probaverit, et in causa ipsa per dictum officialem conclusum fuerit, tamen idem officialis propter potenciam dicti militis et quia idem archiepiscopus ad instanciam dicti militis ab eodem officiali super hiis iurisdiccionem ecclesiasticam abdicavit, super premissis diffinitivam sentenciam ferre distulit, se illam ferre non audere neque posse sibique id inhibitum esse ex parte dicti archiepiscopi publice asserendo in dicti Petri et sue predicte ecclesie preiudicium non modicum et gravamen. Quare idem Petrus, qui propter hoc ad apostolicam sedem accessit, nobis humiliter supplicavit, ut providere ei super hiis, non obstante, si forsan in huiusmodi causa contra eum, postquam propterea iter arripuit ad sedem veniendi predictam, sentencia lata existat, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, sentencia huiusmodi nequaquam obstante, legitimo alias super hiis coram dicto officiali habito servato processu, in causa ipsa previa racione procedas, eamque appellacione remota debito fine decidas faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere . . . .

D. Auinione II kal. Februarii a. octavo.

R. Av. 141 fol. 571. — a) Corrige: ‚Bohunconem'.

1040. *Anna Romanorum imperatrix supplicat, quatenus infrascriptis notariis suis de canonicatibus provideatur. — Gallus Martini de Lomnicz (?) supplicat, quatenus sibi de beneficio, ad collationem ecclesiae Pragensis spectante, provideatur.*

Avinione, 1360 Februarii 4.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota filia vestra Anna Romanorum imperatrix, quatenus personis infrascriptis dignemini facere graciam specialem, et primo Vlrico Vlrici de Sulczbach presbytero Ratisponensis dioc., notario et dispensatori curie sue, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Eystetensis dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Eylen noscitur obtinere, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Item supplicat, quatenus Marquado Sybochonis [a]) de Sulczbach clerico, notario suo, Ratisponensis dioc., de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Veteris capelle Ratisponensis dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Item supplicat Gallus quondam Martini de Lemnicz [b]) diaconus Pragensis, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie

Pragensis, vacante vel quamprimum vacaverit, dignemini providere, non obstante, quod quandam pensionem annuam racione cuiusdam altaris siti in pretorio consulum Pragensium noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat de omnibus non cancellatis G.

Item cum commissione examinis predictorum ad partes. Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II non. Februarii a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 26'. — a) Corrige: ‚Marquardo Sybothonis'. — b) ‚Leniez' Suppl.

1041. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Ulrico Ulrici de Sulzbach rectori parochialis ecclesiae de Jilový (Eule)[a]) de canonicatu ecclesiae Eystetensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1040. „Dignum arbitramur" „Auinione II non. Februarii a. octavo."*

X
. X . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 143 fol. 260. a) ‚Eylau' Av.

1042. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Gallo Martini de Lomnicz (?)[a]) beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1040.[b]) „Dignum arbitramur" „Auinione II non. Februarii a. octavo".*

X
. X . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 143 fol. 471'. — a) ‚Leniez' Av. b) ‚altaris siti in capella pretorii' Av.

1043. *Abbatissa et conventus monasterii ad misericordiam domini Pragensis supplicant, quatenus visitantibus ecclesiam monasterii eiusdem indulgentiae concedantur. — Benigna uxor Nicolai Rokczancrii et Anna Peslini Harrerii supplicant, quatenus eis indulgeatur, ut cum quatuor matronis monasterium monialium s. Francisci Pragense ingredi valeant.*

Avinione, 1360 Februarii 4.

Supplicant S[ti] V[re] devote filie vestre abbatissa et conventus monasterii ad misericordiam domini Pragensis, ordinis s. Benedicti, quatenus omnibus visitantibus ecclesiam monasterii earum predicti in maioribus domini nostri ac in penthecostes et trinitatis et quatuor principalioribus domine nostre, nec non sanctorum apostolorum et Marie Magdalene, Katerine et dedicacionis ecclesie festivi-

tatibus et in omnium sanctorum celebracione aliquam amplam indulgenciam dignemini misericorditer elargiri.

Fiat de uno anno et XL diebus G.

Supplicant S[ti] V[re] devote vestre Benigna uxor Nicholai Rokezineri et Anna filia Peslini Harrerii, civisse Pragenses, quatenus earum cuilibet, ut cum quatuor matronis honestis monasterium monialium s. Francisci Pragense ordinis fratrum minorum ingredi valeant dignemini misericorditer indulgere.

Fiat in forma G.

Sine alia leccione. Fiat. G.

D. Auinione II non. Februarii a. octavo

R. Suppl. 31 fol. 26'.

1044. *Omnibus vere poenitentibus, qui ecclesiam monasterii ad misericordiam domini Pragensis ordinis s. Benedicti*[1]) *in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis et ascensionis domini, penthecostes, s. Trinitatis, in quatuor principalibus b. Mariae virginis, sanctorum apostolorum, s. Mariae Magdalenae, s. Catherinae festivitatibus, celebritatis omnium sanctorum et dedicationis eiusdem ecclesiae diebus devote visitaverint annuatim, unus annus et 40 dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie" „Auinione II non. Februarii pontificatus nostri a. octavo."*

Avinione, 1360 Februarii 4.

Orig. membran. c. r. bibl. univers. Pragensis cum bulla in filo serico viridis, flavi, violacei coloris. In plica in parte superiore: „Conradus Pragensis", ibidem in parte inferiore: „R[ta] G" et inferius: „R. de Valle". In tergo: „Indulgencie ecclesie s. Spiritus in Antiqua civitate Pragensi." — [1]) Conf. Ekert, Posvátná místa Prahy I pag. 465.

1045. *Benignae uxori Nicolai Rokczanerii*[a]) *civis Pragensis indulgetur, ut cum quatuor matronis monasterium monialium s. Francisci Pragense ordinis s. Clarae semel in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue" „Auinione II non. Februarii a. octavo."*

. X . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av 144 fol. 239'. — Reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 326. — [a]) ‚Rokczineri' Av.

1046. *Annae natae Peslini Harrerii mulieri Pragensi indulgetur, ut cum quatuor matronis monasterium monialium s. Francisci Pragense ordinis s. Clarae semel in anno libere ingredi valeat. „Devocionis tue" „Auinione II non. Februarii a. octavo."*

X. *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 144 fol. 239'. Reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 326.

1047. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus infrascriptis ecclesiis et personis diversae gratiae concedantur. — Thomas Henrici de Mělník supplicat, quatenus sibi de beneficio, ad collationem ecclesiae Olomucensis spectante, provideatur.

Avinione, 1360 Februarii 4.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum imperator, quatenus, cum in ecclesia Pragensi, in honorem [s.] Wenceslai fundata, preter principalem et maiorem chorum alius chorus in honorem b. Marie virginis fundatus existat, in quo dictus imperator suam sepulturam elegit, et due clare memorie consortes ipsius in domino requiescunt, per XXIV ministros, mansionarios nuncupatos et ad serviendum in ipso choro specialiter deputatos, misse et alie hore canonice in honorem eiusdem virginis, prout eciam sic in dicto alio choro maiori solemniter decantentur, propter quod hiemali presertim tempore in ipsa ecclesia missarum solemnia usque ad magnam diei partem cum prolixitate nimia protenduntur dignetur S^tas^ V^ra^ concedere, quod in dicto choro b. Marie a festo omnium sanctorum usque ad festum pasche missarum solemnia ante et prope diem dici valeant et eciam decantari; cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus omnibus visitantibus ecclesiam monasterii s. Katerine Noue civitatis Pragensis, per dictum imperatorem de novo fundatam, in maioribus domini nostri ac in penthecostes et Trinitatis et quatuor principalibus domine nostre nec non sanctorum apostolorum, Katerine et dedicacione ecclesie festivitatibus et in omnium sanctorum celebracione aliquam amplam indulgenciam elargiri dignemini.

Fiat de uno anno et quadraginta diebus G.

Item supplicat idem Romanorum imperator, quatenus personis infrascriptis dignemini facere graciam specialem:

Primo Johanni Wiclonis de Glogouia Maiori medico suo Wratislauiensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium [existat], spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, si quod vacat vel cum vacaverit, eidem dignemini providere, non obstante, quod canonicatus et prebendas ecclesiarum Glogouiensis et Legnicensis dicte dioc. noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus Michaeli de Slackenwerd clerico, familiari suo Pragensis dioc., de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olomucensis dignemini providere, non obstante, quod super canonicatu et prebenda ecclesie Bellunensis, quorum possessionem non habet, noscitur litigare et quod archipresbyteratum plebis s. Vigilii in Raudena et clericatum plebis s. Stephani in Murio Tridentine dioc. noscitur obtinere; quos archipresbyteratum et clericatum, cum possessionem dictorum canonicatus et prebende pacifice adeptus fuerit, dimittere est paratus; cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat Thomas quondam Henrici de Melnik, subdiaconus Pragensis dioc., quatenus [sibi] de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante

ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Olomucensis communiter vel divisim, vacante vel vacaturo, dignemini providere, non obstante, quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad collacionem etc. magistri provincialis, commendatorum et conventus fratrum Cruciferorum domus s. Marie in pede pontis Pragensis hospitalis s. Johannis Jerosolimitani in communi forma pauperum noscitur expectare; et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.

Item cum commissione examinis ad partes. Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II non. Februarii a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 31.

1048. *Omnibus, qui ecclesiam s. Catherinae* [a]) *in Nova Civitate Pragensi, per Carolum Romanorum imperatorem et Bohemiae regem de novo fundatam et constructam, in nativitatis, circumcisionis, epifaniae, resurrectionis, ascensionis, et corporis domini nostri Jesu Christi ac in penthecostes et s. Trinitatis et quatuor principalibus b. Mariae virginis ac sanctorum apostolorum et b. Catherinae* [b]) *ac dedicationis eiusdem ecclesiae festivitatibus et in omnium sanctorum celebritate visitaverint, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie" „Auinione II non. Februarii a octavo."*

. X̿ . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 144 fol. 245. — a) ‚Katherine' Av. b) ‚Katerine' Av.

1049. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Wiclonis de Glogovia* [a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1047. „Dignum arbitramur" „Auinione II non. Februarii a. octavo."*

X
. X . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 143 fol. 472'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 290. — a) ‚Glogauia Maiori' Av.

1050. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Michaeli de Schlackenwerth (Ostrov)* [a]) *de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1047.* [b]) *Archipresbyteratum et clericatum in supplicatione nominatos tenetur dimittere. „Dignum arbitramur" „Auinione II non. Februarii a. octavo."*

X
. X . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 143 fol. 259 — a) ‚Sclackenwerd' Av. b) ‚ecclesie Bellunensis Tridentine dioc.' Av.

1051 *Thomae Henrici de Mělník*[a]) *reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad praepositi, decani et capituli ecclesiae Olomucensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1047. Gratia, secundum quam beneficium, ad hospitale s. Johannis Pragense pertinens, expectat, cassatur. „Laudabile testimonium" „Auinione II non. Februarii a. octavo." — In e. m. Vissegradensis prope Pragam et Brunnensis Olomucensis dioc. praepositis ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum.*

. X X . *Avinione, 1360 Februarii 4.*

R. Av. 143 fol. 470. — a) Melnik' Av

1052. *Jacobus episcopus Caroniensis supplicat, quatenus Paulo de Bessen*[a]) *presbytero de canonicatu ecclesiae Glogoviensis Vratislaviensis dioc. sub expectatione praebendae provideatur — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione II non. Februarii a. octavo."*

Avinione, 1360 Februarii 4.

R. Suppl. 31 fol. 31. — a) ‚Bessino' Suppl.

1053. *Praecentori et ministris mansionariis chori b. Mariae virginis in ecclesia Pragensi, a Carolo Romanorum imperatore et Bohemiae rege fundati, „in quo ipse imperator suam elegit sepulturam et due clare memorie consortes sue eciam requiescunt", indulgetur, ut a festo omnium sanctorum usque ad festum paschae missam ante et prope diem celebrare valeant. „Sincere devocionis" „Auinione non. (!) Februarii a. octavo"*

X
X
. X . *Avinione, 1360 Februarii 5.*

R. Av. 144 fol. 548, orig. membran. in archivio capituli Prag. — Ed. apud Dobner Mon. hist. Boh. III. pag. 376.

1054. *Herbordo de Fulštejn (Füllstein)*[a]) *custodi ecclesiae Olomucensis indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VIII id. Februarii a. octavo."*

. X . *Avinione, 1360 Februarii 6.*

R. Av. 142 fol. 519'. — a) ‚Fullensten' Av.

1055. Cunsoni de Schönwald [a]) laico Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione VIII id. Februarii a. octavo.“

Avinione. 1360 Februarii 6.

R. Av. 142 fol. 519. — a) ‚Cusoni de Schvnwalt‘ Av.

1056. Hynkoni de Malovary [a]) canonico Pragensi indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei condere possit. „Provenit“ „Auinione VIII id. Februarii a. octavo.“

Avinione, 1360 Februarii 6.

R. Av. 142 fol. 519'. a) ‚Hentoni de Malwart‘ Av.

1057. Innocentius VI Carolum Romanorum imperatorem dispensationis Theoderico episcopo Mindensi de praepositura ecclesiae Vissegradensis factae certiorem facit eumque rogat, ut ad pacem inter Franciae et Angliae reges reformandam et regis Franciae liberationem intendat.

Avinione, 1360 Februarii 14.

Carissimo in Christi filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto ac Boemie regi illustri salutem etc. Excellenciam tuam paternis affectibus prosequentes et quantum cum deo poterimus in hiis, que tibi grata fore noverimus et accepta, prosequi continuo intendentes, peticioni tue super dispensacione per nos facienda de prepositura ecclesie Viscegradensis ven. fr. nostro Theodorico episcopo Mindensi, consiliario tuo, prout per alias nostre concessionis patentes litteras videre tua poterit magnitudo, de benignitate apostolica duximus annuendum.[1]) Verum ut post hoc ad publica commoda veniamus, vides, carissime fili, et id te magna mentis tue compassione sentire nullatenus dubitamus, quantis Christi fidelium populi guerrarum continuo angustiis opprimantur. Cernis catholicos principes, quorum potencie in ampliacionem orthodoxe fidei et exaltacionem christiani nominis fuerant salubrius et gloriosius convertende, in se ipsos fore dura nimium hostilitate conversos. Sentis, regnum Francie quantis indesinenter laboribus anxietur. Cum itaque te deus in excelso imperii solio presse voluerit, ut sub tuo imperio, quantum in te fuerit, concordia inter principes et regna vigeat et inter discordancium animos pax resurgat, eccellenciam tuam quo sepius viscerosius eo deprecandam duximus et attencius excitandam, quatinus circa pacem et concordiam inter . . . . Johannem Francie et Eduardum Anglie reges illustres autore domino et tue ministerio [a]) providencie reformandam et ad liberacionem dicti Francorum regis intendere velit et efficacem dare pro viribus operam cesarea celsitudo ipsosque regem et regnum ac nepotes tuos in annis teneris multipliciter fluctuantes suscipere favorabiliter commendatos. Iam enim satis sevitum est et iam nimium ire odiisque concessum, ut numquam cita videatur

esse tranquillitas, que longis ante temporibus sperabatur. D. Auinione XVI kal. Marcii a. octavo.

R. Vat. 240 fol 12. – Reg apud Werunsky, Excerpta nr. 515 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 792 nr. 372. — a) ,ministerium' Av. — 1) Conf. nr. 1033 et 1034.

1058. Theodericus episcopus Mindensis et Johannes episcopus Luthomuslensis hortantur, quatenus apud Carolum Romanorum imperatorem se interponant, ut in negotio pacis inter Franciae et Angliae reges favorabilem se exhibeat.

Avinione, 1360 Februarii 14.

Ven. fr. Theodorico episcopo Mindensi salutem etc. Cum nos carissimum in Christo filium nostrum Carolum Romanorum imperatorem semper augustum ac Boemie regem illustrem, quod circa liberacionem carissimi in Christo filii nostri Johannis regis Francorum illustris et reformacionem pacis et concordie inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum Eduardum regem Anglie illustrem, quantum sue magnitudini fuerit ex alto concessum, vigilanter intendat, quodque eiusdem regni Francie et nepotum suorum negocia commendata benigne suscipiat, per alias nostras litteras duxerimus attencius et paternis affectibus deprecandum [1]), fraternitatem tuam, quam ad predicta ferventi anhelare desiderio minime dubitamus, requirimus et hortamur attente, quatinus in premissis apud imperatorem predictum, ut favorabilem se exhibeat et se ad huiusmodi salutis et gloriose rei negocium, per imperatorem eundem ad felicem exitum duce domino prosequendum, partis sue favores pro nostra et apostolice sedis reverencia tam solicite quam efficaciter interponat. Ceterum, prout per alias nostre concessionis litteras fraternitati tue plenius innotescet [2]), nos peticioni ex parte eiusdem imperatoris pro persona tua nobis exhibite graciose duximus annuendum. D. Avinione XVI kal. Marcii a. octavo.

In e. m. ven. fr. Johanni episcopo Lucthomuslensi, carissimi in Christo filii Caroli Romanorum imperatoris semper augusti et Boemie regis illustris cancellario.

R. Vat. 240 fol. 12'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 516 et Huber, Reg. Imp. VIII pag. 792 nr. 373. — 1) Conf. nr. 1057. 2) Conf. nr. 1034.

1059. Johanni de Wukow[1]) rectori parochialis ecclesiae in Minori Bukovsko[a]) Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione non. Marci a. octavo.“

Avinione, 1360 Martii 7.

R. Av. 144 fol. 435. — a) ,Bucowsco' Av. — 1) Johannes de Wucow Gneznensis dioc., conf. nr. 918 et Tingl, Confirmationum lib. I. pag. 110.

1060. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Alberto episcopo Zwerinensi licentia de non residendo in sua diocesi concedatur et quatenus Johanni de Wukow de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Olomucensis provideatur.*

Avinione, 1360 Martii 10.

Pater sancte, cum devotus vester Karolus Romanorum imperator propter consilia et obsequia, que Albertus episcopus Zwerinensis, eius iuratus et consiliarius, sibi exhibet, ipse episcopus dicto imperatori sit necessarius et utilis, ac sine eius presencia sua non possit commode negocia expedire, ipseque episcopus in sua diocesi propter occupatores et tirannos secure nequeat residere nec habitacionem habere, supplicat idem imperator, quatenus prefato episcopo de non residendo in dicta sua diocesi, quamdiu eiusdem imperatoris serviciis et consiliis institerit, licenciam concedere dignemini de gracia speciali, cum clausulis oportunis.

Fiat ad annum [a]) in forma G.

Item supplicat S[ti] V[re] dictus imperator, quatenus Johanni de Wucow, ydoneo et benemerito rectori ecclesie in Minori Bucowsco Pragensis dioc., que quidem ecclesia VIII marcarum argenti annuum valorem non excedit, in curia Romana degenti, capellano et continuo commensali eiusdem Alberti episcopi, de canonicatu sub expectatione maioris prebende in ecclesia Olomucensi dignemini providere, non obstante consuetudine dicte ecclesie, in qua seniores canonici optare solent prebendas meliores, et quod dictus Johannes auctoritate litterarum S[tis] V[re] beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis in speciali gracia dinoscitur expectare, et aliis non obstantibus et cum clausulis oportunis.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione VI id. Marcii a octavo.

R. Suppl. 31 fol. 36. — a) Sequitur ‚G' cancellatum; ‚in forma G' clariori atramento altera manu adscriptum in Suppl.

1061. *Alberto episcopo Zwerinensi, in regno Bohemiae, originis suae loco, in servitiis Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis commoranti, indulgetur, ut usque ad unum annum ad residentiam in sua ecclesia minime teneatur.* „*Personam tuam*“ „*Auinione VI id. Marcii a. octavo.*“

.X̿. *Avinione, 1360 Martii 10.*

R. Av. 144 fol. 484'.

1062. *Johanni de Wukow* [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstantibus, quod rector ecclesiae in Minori Bukorsko* [b]) *existit et beneficium ad collationem Pragensis ecclesiae expectat.* „*Pro-*

bitatis et virtutum" „Auinione VI id. Marcii a. octavo". — „In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Zwerinensi ac archidiacono ecclesiae Pragensis."

. X X . *Avinione, 1360 Martii 10.*

R. Av. 142 fol. 295'. — a) ,Wrieaw' Av. b) ,Bucowsco' Av.

1063. *Nicolaus de Orle miles imperatoris Romanorum et ducis Austriae supplicat, quatenus sibi ac Mathiae de Rabstein*[a]) *et sex personis per ipsum in cancellaria nominandis in mortis articulo remissio peccatorum concedatur. — „Fiat G." — Item supplicat, quatenus ei cum suis familiaribus Terram Sanctam et partes ultramarinas visitandi licentia concedatur. — „Fiat G." — „Auinione VI id. Marcii a. octavo."*

Avinione, 1360 Martii 10.

R. Suppl. 31 fol. 45. — a) ,Rebenstein' — Castrum Rabstein in districtu Chrudimensi erat ante a. 1400 in possessione domini Johannis de Orle, conf. Sedláček, Místopisný slovník království Českého II pag. 745.

1064. *Nobili viro Nicolao de Orle militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VI id. Marcii a. octavo."*

Avinione, 1360 Martii 10.

R. Av. 144 fol. 444'.

1065. *Nobili viro Mathiae de Rabstein*[a]) *militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VI id. Marcii a. octavo."*

Avinione, 1360 Martii 10.

R. Av. 144 fol. 444'. — a) ,Rebenstein' Av.

1066. *Nicolao Naldelonis laico Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VI id. Marcii a. octavo."*

Avinione, 1360 Martii 10.

R. Av. 142 fol. 530.

1067. *Pro personis infrascriptis supplicatur, quatenus eis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1360 Martii 30.

Confirmaciones Alemannorum.

. . . .

Cum Benedictus Frederici Boemi dicti[a]) de Padua, clericus Pragensis, auctoritate[b]) litterarum S^tis eiusdem beneficium perpetuum, mediam prebendam nuncupatum, in ecclesia Pragensi acceptavit et de illo sibi provideri fecit[1]), non credens aliquam vestram reservacionem obstare, sicque illud bona fide possedit et adhuc possidet, vacans ex eo, quod Przibiko[c]) archidiaconus Belinensis in ecclesia predicta quandam prebendam in ipsa ecclesia vacantem auctoritate litterarum apostolicarum fuerit assecutus, supplicat, quatenus acceptacionem et provisionem predictas et omnia inde secuta dignemini confirmare vel sibi de ipso de novo providere, etiam si eius disposicio ad sedem apostolicam pertineat, cum clausulis et non obstantibus oportunis.[2])

. . . .

Item presentacionem per abbatem et conventum monasterii Milocensis ordinis Premonstratensis et collacionem auctoritate ordinaria inde subsecutam, factam[d]) fratri Sdenko, dictum ordinem professo, de ecclesia in Tuzim[e]) Pragensis dioc., per regulares dicti ordinis solita gubernari, vacante per liberam resignacionem Pauli olim plebani[f]) eiusdem ordinis, quam tenuit et tenet pacifice et quiete, et omnia inde secuta dignemini confirmare, et si fuerit reservata, de novo providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.[3])

. . . .

Item collacionem et provisionem auctoritate ordinaria factas Pertholdo Nicolai de Karnberk de parrochiali ecclesia in Obrzas[g]) Olomucensis dioc., tunc certo modo vacante, quam per annum et amplius tenuit et possedit, prout tenet et possidet pacifice et quiete, ad sacerdocium non promotus, et omnia inde secuta dignemini confirmare vel sibi de ipsa de novo providere, eciam si ad sedem apostolicam pertineat, eumque, si indiget, habilitare, cum paratus sit de fructibus per eum receptis cum camera eiusdem S^tis concordare, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Item acceptacionem et collacionem ac provisionem auctoritate litterarum V^re S^tis factas Paulo de Choczna diacono Pragensis dioc. de quodam altari in ecclesia Pragensi tunc vacante ex eo, quod Nicolaus dictus de Resbig[h]) ipsum altare obtinens, prebendam maiorem ecclesie predicte auctoritate litterarum vestrarum extitit assecutus, et omnia inde secuta dignemini confirmare vel sibi de novo providere, non obstante reservacione, cum clausulis oportunis.[4])

. . . .

Sanctissime pater, dignemini omnes et singulas supplicaciones non cancellatas, in quibus non est alteri ius quesitum, cum dispensatione et aliis clausulis petitis signare et, ut petitur, mandare expediri.

Fiat de omnibus suprascriptis non cancellatis G

Sine alia leccione. Fiat G.
D. Auinione III kal. Aprilis a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 70'—76'. — a) ‚dictus' Coll 292. b) ‚nuper auctoritate' Coll. 292 c) ‚Przibico' Suppl. 31 fol. 71'. d) ‚factas' Coll. 292. e) ‚Tusim' Coll. 292. f) ‚presbiteri' Coll 292 g) Corrige: ‚Obrzan'. h) Corrige: ‚Resbicz'. — 1) Conf. nr. 760. 2) Eadem supplicatio in fol. 71' eiusdem rotuli et in Coll. Alam. 292 fol. 1 cum periodis permutatis reperitur. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 247 nr. 3.) 3) Conf. Tingl. Confirmationum lib. 1 pag. 48. Eadem supplicatio in Coll. Alam 292 fol. 1 reperitur. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 249 nr. 9.) 4) Eadem supplicatio in Coll. Alam. 292 fol. 8 reperitur. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 256 nr. 36.)

1068. *Theodericus Dluhomili de Blatna*[a]) *et Siffridus*[b]) *Petri de Lomnicz*[c]), *qui altare sanctorum Cyrilli et Methodii*[d]) *in ecclesia Pragensi et canonicatum ac praebendam in ecclesia s. Egidii Maioris civitatis Pragensis ex causa permutationis duxerunt resignandos, supplicant, quatenus Theoderico de canonicatu et Siffrido*[e]) *de altari praedictis provideatur. — „Fiat . . . ., nisi alteri fuerit ius quesitum G. D. Auinione III kal. Aprilis a. octavo."*

Avinione, 1360 Martii 30.

R. Suppl. 31 fol. 80. — a) ‚Blathna' Suppl. b) ‚Syffridus' Suppl. c) ‚Lompnitz' Suppl. d) ‚Metudii' Suppl. e) ‚Siffrido' Suppl.

1069. *Theodrico Dluhomili de Blatna conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae s. Egidii Pragensis.*

. X X . *Avinione, 1360 Martii 30.*

D. f. Theodrico Dluhomili de Blathna canonico ecclesie s. Egidii Pragensis salutem etc. Apostolice sedis . . . . Cum itaque nuper tu altare ss. Cirili et Metudii confessorum, situm in ecclesia Pragensi, et d. f. Syfridus Petri de Lompnicz canonicatum et prebendam ecclesie s. Egidii Pragensis, que tunc temporis obtinebatis, cupientes illa ex certis causis racionabilibus invicem permutare, in manibus ven. fr. Stephani archiepiscopi Tholosani, camerarii nostri, ex causa permutacionis huiusmodi apud sedem apostolicam duxeritis libere resignandos, dictusque archiepiscopus resignaciones huiusmodi apud dictam sedem admiserit de speciali mandato nostro, facto sibi super hoc oraculo vive vocis, nos votis tuis volentes annuere favorabiliter in hac parte, dictos canonicatum et prebendam, per huiusmodi resignacionem vacantes, ... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus, ... non obstantibus, ... quod in prefata ecclesia Pragensi perpetuam vicariam decanatus ipsius ecclesie Pragensis obtines et quod super plebania, alias tumbaria nuncupata, s. Adalberti in eadem ecclesia Pragensi cum quodam in Romana curia nosceris litigare, quamquidem vicariam tenearis dimittere, cum plebaniam seu tumbariam predictam fueris pacifice assecutus. Nostre tamen intencionis existit[a]), quod ex huiusmodi collacione nostra nullum ius tibi in dictis

canonicatu et prebenda, per nos tibi, ut prefertur, collatis, quomodolibet acquiratur, nisi tu et dictus Syfridus tempore resignacionum huiusmodi ius haberetis in dictis canonicatu et prebenda ac altari, per vos taliter resignatis . . . . D. Auinione III kal. Aprilis a. octavo.

In e. m. . . . . Mindensi et . . Luthomuslensi episcopis ac . . . . decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis.

R. Av. 143 fol. 187'. — a) ‚existis' Av.

1070. *Siffrido Petri de Lomnicz confertur altare sanctorum Cyrilli et Methodii in ecclesia Pragensi.*

. X X . *Avinione, 1360 Martii 30.*

D. f. Syfrido Petri de Lompnicz rectori altaris ss. Cirilli et Metudi confessorum, siti in ecclesia Pragensi, salutem etc. Apostolice sedis circumspecta benignitas . . . . Cum itaque nuper tu canonicatum et prebendam ecclesie s. Egidii Pragensis et d. f. Theodricus Dluhomili de Blathna altare ss. Cirilli et Metudi confessorum, situm in ecclesia Pragensi, que tunc temporis obtinebatis, cupientes illa ex certis causis racionabilibus invicem permutare, in manibus ven. fr. nostri Stephani archiepiscopi Tholosani, camerarii nostri, duxeritis ex causa permutacionis huiusmodi apud dictam sedem libere resignanda, dictusque archiepiscopus resignaciones huiusmodi apud dictam sedem admiserit de speciali mandato nostro, facto sibi super hoc oraculo vive vocis, nos votis tuis volentes annuere favorabiliter in hac parte, dictum altare, per huiusmodi resignacionem vacans, ... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus . . . . Nostre tamen intencionis existit, quod ex huiusmodi collacione nostra nullum ius tibi in dicto altari, per nos tibi, ut prefertur, collato, quomodolibet acquiratur, nisi tu et dictus Theodricus tempore resignacionum huiusmodi ius haberetis in altari et canonicatu et prebenda predictis, per vos taliter resignatis . . . . D. Auinione III kal. Aprilis a. octavo.

In e. m. . . . . Mindensi et . . Luthomuslensi episcopis ac . . . . decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis.

R. Av. 143 fol. 377'.

1071. *Visitatio Arnesti archiepiscopi Pragensis.*

1360 Aprilis 11.

Die XI Aprilis [a. MCCCLX][a]) dominus Arnestus archiepiscopus Pragensis pro duobus trienniis preteritis visitavit per dominum Johannem de Harawicz rectorem capelle s. Egidii in civitate Nova Pragensi. Item fuit absolutus a reatu periurii ut in forma etc.

Obl. et Sol. 31 fol. 13. — a) Suppletum ex margine super. — In margine dext: „Johannes Palaysini“.

1072. *Compositio Bertholdi Nicolai de Kařnberg super annatis de ecclesia in Obřany.*

1360 Aprilis 16.

Item collacionem et provisionem auctoritate ordinaria factas Pertholdo Nicolai de Karnberg de parrochiali ecclesia in Obrzas Olomucensis dioc. . . . .[a]) Die XVI mensis Aprilis a. MCCCLX iste composuit ad mediam partem fructuum et hemolumentorum, solvendam hic vel in partibus collectori a festo penthecostes ad adventum, et hic certificare cameram de solucione facta collectori per litteras suas infra dictum festum, presentibus Lamberto de Orsoy (?) et Arna[l]do Pragensi procuratoribus in Romana curia. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam 292 fol. 6'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 254 nr. 28. a) Etc. ut in supplicatione sub nr. 1067.

1073. *Compositio Theoderici Dluhomili (de Blatna) super annatis de canonicatu ac praebenda ecclesiae s. Egidii Pragensis.*

1360 Aprilis 16.

De canonicatu ac prebenda in ecclesia s. Egidii Maioris civitatis Pragensis fuit provisum causa permutacionis Thoderico Aluhomili.[a]) Die XVI mensis Aprilis a. MCCCLX, presentibus Wernehero de Essendia et Johanne Roseti, composuit ad mediam partem fructuum vel taxum, solvendum hic camere apostolice vel collectori in partibus infra festum pentecostes a. MCCCLXI, et interim de solucione per litteras collectoris certificare cameram. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam 292 fol. 12'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 263 nr. 59. a) Corrige: ‚Theoderico Dluhomili‘. — Conf. nr. 1069.

1074. *Compositio Sifridi Petri de Lomnicz super annatis de ecclesia s. Cyrilli et Methodii in ecclesia Pragensi.*

1360 Aprilis 16.

De plebania, altari seu beneficio altaris sanctorum Cirilli et Meoidii [a]) confessorum in ecclesia Pragensi fuit provisum causa permutacionis Syfrido Petri de Lompnicz. Die XVI mensis Aprilis a. MCCCLX composuit ad mediam

partem fructuum vel taxum, solvendum hic vel collectori in partibus, cum satisfaccionis litteris collectoris hic apparet infra festum pentechostes a. MCCCLXI, presentibus Wernerho de Asendia et Johanne Roseti. — Arnaldus Johannis.

Col. Alam. 292 fol. 12. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 263 nr. 58. a) Corrige: ‚Metodii'. — Conf. nr. 1070.

1075. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Henrico nato quondam Gotfridi de Norimberga*[a]) *suo capellano et familiari domestico de canonicatu ecclesiae collegiatae s. Gumperti in Ansbach*[b]) *Herbipolensis dioc. cum reservatione praebendae, dignitatis, personatus aut officii provideatur. — „Fiat G." — Item supplicat, quatenus clerico suo Petro Kusche de Oringew*[c]) *Herbipolensis dioc. de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae s. Petri Wimpinensis Vallis Wormatiensis dioc. provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D Avinione XI kal. Maii a. octavo."*

Avinione, 1360 Aprilis 21.

R. Suppl. 31 fol. 95'. a) ‚Nuremberg' Suppl. b) ‚Onoltspech' Suppl. c) ‚Orengen' Suppl.

1076. *Treverensis, Salzeburgensis, Maguntinus, Pragensis archiepiscopi, Augustensis, Mindensis, Constantiensis episcopi nec non Guilelmus decanus ecclesiae Vissegradensis rogantur, quatenus Carolum Romanorum imperatorem et Bohemiae regem inducant, ut Egidio episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, contra Bernaborem de Vicecomitibus auxilium praestet, eidem Bernabovi mandando, ut ab invasione et molestatione terrarum ecclesiae Romanae desistat.*

Avinione, 1360 Aprilis 26.

Ven. fr. Ulrico episcopo Augustensi salutem etc. Etsi singulorum Christi fidelium . . . . Sane, prout ad fraternitatis tue noticiam iam potuit pervenisse, civitate Bononiensi, que ecclesie prefate peculiaris existit, ad nostram et ipsius ecclesie fidelitatem et obedienciam post multiplices et graves angustias, quibus fuit pressa diucius, noviter divina gracia opitulante reducta, Bernabos de Vicecomitibus miles Mediolanensis pretensis quibusdam fictis coloribus, qui in examen diligencioris consideracionis adducti, non eius tueri frustratoriam causam videbuntur, sed eos pocius aperte constabit de maligne adinvencionis sue nequicia processisse, contra civitatem ipsam hostiles movit insultus eamque et eius comitatum et districtum dei timore postposito temerariis conatur ausibus oppugnare ac insuper, quod maiorem arguit sue temeritatis audaciam, hostem se publicum dicte ecclesie nequiori exhibicione operum manifestans et ex sue malignitatis nequicia a malis cotidie in peiora discurrens, per gentes suos armigeros alia terras et loca ipsius ecclesie in provincia Romaniole constituta discurrere, invadere ac predictas rapinas et incendia in illis facere temeritate simili non ve-

retur. Nos itaque iura ecclesie predicte sponse nostre adversus presumptorem predictum, prout tenemur, spiritualibus et temporalibus defensare remediis intendentes et considerantes, quod idem Bernabos in nonnullis civitatibus et locis in provincia Lombardie consistentibus carissimi in Christo filii Caroli Romanorum imperatoris semper augusti ac Boemie regis illustris vicarii nomen gerit ac proinde suis deberet devocius acquiescere monitis et prompcius obedire mandatis, eidem imperatori precamina nostra dirigimus, ut ipse prefate ecclesie causam, cuius devotissimus filius et fervidus zelator existit, suam reputans, prefatum Bernabonem viis et modis, quibus sibi convenire videbitur, inducat et mandet eidem, ut ab invasione et oppugnacione predictis et aliis molestacionibus ecclesie prelibate omnino desistat ac castra de districtu ipsius civitatis Bononiensis per suas gentes hostiliter occupata libere restituat et dimittat ac ven. fr. nostro Egidio episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, pro conservacione et defensione eiusdem civitatis et dictarum terrarum ecclesie prelibate suis, prout expedire viderit, intendat auxiliis et favoribus oportunis. Quare fraternitatem tuam requirimus et hortamur, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverencia super premissis apud imperatorem eundem, ut votivum in eis senciamus effectum, dare studeas operam efficacem, ven. fr. nostro Egidio episcopo Vincentino, quem super hiis plenius informatum ad suam propterea presenciam destinamus, tuis consiliis et favoribus assistendo. D. Auinione VI kal. Maii a. octavo.

In e. m. . . . . Boemundo archiepiscopo Treverensi.

In e. m. . . . . archiepiscopo Salseburgensi.

In e. m. . . . . Theodorico episcopo Mindensi.

In e. m. . . . . Henrico episcopo Constanciensi.

In e. m. . . . . archiepiscopo Maguntino.

In e. m. . . . . Arnesto archiepiscopo Pragensi.

In e. m. Guillelmo decano ecclesie Visegradensis Pragensis dioc., apostolice sedis nuncio, salutem etc. Cum de tua devocione, quam ad nos et Romanam ecclesiam geris, fiduciam obtinemus, quod pro favore eiusdem ecclesie et defensione iurium suorum dare studebis pro viribus favorabilis solicitudinis tue curam. Sane etc. ut supra mutatis mutandis.

R. Vat. 240 fol. 57'. — Reg. apud Werunsky, Excerpta nr. 524 et Huber, Reg. imp. VIII pag. 792 nr. 376.

1077. Visitatio Johannis episcopi Olomucensis.

1360 Aprilis 29.

Die XXIX mensis Aprilis [a. MCCCLX] [a]) dominus Johannes episcopus Olomucensis pro uno biennio per religiosum virum fratrem Petrum ordinis predicatorum, domini nostri pape penitenciarium, procuratorem suum, visitavit. — J. de Campis.

Obl. et Sol. 31 fol. 36. — a) Suppletum ex margine superiori.

1078. *Litterae Preczlai episcopi et capituli ecclesiae Vratislaviensis, statuta et ordinationes pro perpetuis vicariis in ecclesia s. Crucis Vratislaviensi factas continentes, de dato „Wratislauie IIII id. Februarii a. d. millesimo CCC quinquagesimo quarto“ [1]) confirmantur. „Hiis que pro ecclesiarum“ „Auinione II kal. Maii a. octavo.“*

X
X
X
. X

Avinione, 1360 Aprilis 30.

R. Av. 141 fol. 268. — Ed. apud Theiner Mon. Pol. I pag. 593. — [1]) Ed. apud Theiner ibidem.

1079. *Compositio Petri Prussi super annatis de parochiali ecclesia in Stankovicz.*

1360 Aprilis 30.

De parrochiali ecclesia plebania nuncupata Stankowicz Pragensis dioc. fuit provisum fratri Petro dicto Prussi presbytero ordinis Premonstratensis IIII yd. Maii a. VII. Composuit die ultima mensis Aprilis a. MCCCLX ad mediam partem fructuum et hemolumentorum, solvendam in curia Romana camere apostolice infra festum b. Michaelis a. MCCCLXI, presentibus magistro Johanne de Guihicurte et Guillelmo Frenandi. — Arnaldus Johannis.

Col. Alam. 292 fol. 14. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 265 nr. 72. — Conf. nr. 929.

1080. *Raczko in abbatem monasterii Cladrunensis electus eidem monasteroi praeficitur.*

XXXX
. XXXX .

Avinione, 1360 Maii 4.

D. f. Raczkoni abbati monasterii Cladrubensis ordinis s. Benedicti Pragensis dioc. salutem etc. Inter solicitudines . . . . Dudum siquidem d. f. Henrico monacho, tunc abbate monasterii Cladrubensis ordinis s. Benedicti Pragensis dioc., regimini ipsius monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice sedis providenciam ydoneam preesse personam, provisionem ipsius monasterii ea vice disposicioni nostre decrevimus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero prefato monasterio ex eo abbatis regimine destituto, quod dictus Henricus regimini et administracioni ipsius monasterii, cui tunc preerat, ex certis racionabilibus causis in manibus ven. fr. nostri Arnesti archiepiscopi Pragensis extra Romanam curiam libere ac sponte cessit, dictusque archiepiscopus cessionem extra dictam curiam auctoritate ordinaria admisit eandem, dd. ff. prepositus et conventus ipsius monasterii, reservacionis et decreti predictorum forsan ignari, te monachum dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdocio constitutum, in eorum et dicti monasterii abbatem quamvis de facto concorditer elegerunt, tuque huius reserva

cionis et decreti similiter ignarus, predicte eleccioni consenciens, eleccionem ipsam obtinuisti auctoritate ordinaria confirmari tibique munus benediccionis impendi ac te administracioni dicti monasterii in spiritualibus et temporalibus ingessisti, et demum huiusmodi reservacione et decreto ad tuam deductis noticiam, premissa omnia proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur eleccionem et confirmacionem easdem, utpote post et contra reservacionem et decretum attemptatas predicta, reputantes, prout erant, irritas et inanes, et ad provisionem ipsius monasterii celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne prolixe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite mundicia et aliis virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus nec non concordi dictorum te eligencium voluntate attenta meditacione pensatis, de persona tua eidem monasterio de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac munus benediccionis predictum tibi, ut prefertur, impensum et ea, que circa administracionem huiusmodi alias tamen rite per te gesta sunt, ratificamus et eciam approbamus .... D. Auinione IIII non. Maii a. octavo.

In e. m. .... conventui monasterii Cladrubensis.

In e. m. .... archiepiscopo Pragensi.

In e. m. .... Carolo Romanorum imperatori

R. Av. 142 fol. 45.

1081. *Nicolao Ivani*[a]) *de Veselí*[b]) *rectori parochialis ecclesiae de Veselí*[b]) *Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione non. Maii a. octavo."*

X. *Avinione, 1360 Maii 7.*

R. Av. 140 fol. 391' — a) ‚Ywani' Av. b) ‚Veessel' Av.

1082. *Conradus archidiaconus Nitriensis in ecclesia Strigoniensi et capellanus regis Ungariae*[a]) *supplicat, quatenus Conrado quondam Hermanni de Plaue*[b]) *clerico Nuemburgensis dioc. de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Vratislariensis provideatur vel ei similis gracia in ecclesia Quinqueecclesiensi fiat. — „Fiat G.*[1]) *Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam, Auinionensis dioc. IIII id. Maii a. octavo."*

Apud Villamnovam, 1360 Maii 12.

R. Suppl. 31 fol. 122. — Reg. apud Kehr-Schmidt, Päbstliche Urkunden u. Regesten 1353—1378 (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 22. Bd.) pag. 96 nr. 339. — a) ‚Vngarie' Suppl. b) ‚Plawe' Suppl. — 1) Haec resolutio pertinet ad ecclesiam Quinqueecclesiensem.

1083. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Nicolao duce Opaviae*[a]) *et Jutta nata Bolkonis*[b]) *ducis Silesiae*[c]) *et Falkenbergensis*[d]) *super matrimonio, olim ad sedanda guerrarum discrimina, quae inter duces praedictos vigebant, iam contracto, dispenset, eis iniungendo, quod 25 equites eorum sumptibus per sex menses servituros Egidio episcopo Sabinensi, in Italiae partibus apostolicae sedis legato, mittant. „Exhibita nobis“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. non. Junii a. octavo.“*

. L . *Apud Villamnovam, 1360 Junii 5.*

R. Av. 144 fol. 287. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 595. — a) ‚Oppauie‘ Av. b) ‚Bolconis‘ Av. c) ‚Slesie‘ Av. d) ‚Fakemburgensis‘ Av.

1084. *Dorotheae relictae quondam Hermanni Sumppelonis laici, viduae de Swidnicz*[a]) *Vratislaviensis dioc., indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. octavo.“*

Apud Villamnovam, 1360 Junii 13.

R. Av. 142 fol. 526. — a) ‚Siwydunniz‘ Av.

1085. *Litterae securi conductus pro 25 armigeris a Nicolao duce Opaviae ad terras Romanae ecclesiae missis.*

Apud Villamnovam, 1360 Junii 13.

Venerabilibus fratribus . . patriarchis, archiepiscopis et episcopis etc. Cum d. f. nobilis vir Nicolaus dux Oppauie ad terras sancte Romane ecclesie subiectas pro serviciis eiusdem ecclesie viginti quinque homines armigeros cum familia et comitiva ipsorum de presenti transmittat, nos volentes armigeros et familiam ac comitivam eorundem[a]) in eundo, morando et ad partes eorum redeundo plena securitate gaudere, universitatem vestram requirimus etc. ut in forma de securo conducto usque in finem. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. id. Junii a. octavo.

R. Vat. 240 fol. 86. — a) ‚eosdem‘ Vat. Conf. nr. 1083.

1086. *Kazimirus Poloniae rex supplicat, quatenus Swantoslao Petri de Slaucovia*[a]) *clerico Cracoviensis dioc. de beneficio ecclesiastico, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinente, provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam, Auinionensis dioc. VII kal. Julii a. octavo.“*

Apud Villamnovam, 1360 Junii 25.

R. Suppl. 31 fol. 150. — a) ‚Slaucouia‘ Suppl.

1087. Swantoslao Petri de Slaucovia[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura. cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc VII kal. Julii a. octavo.“ — In e. m. b. Mariae in Arena et s. Vincentii extra muros Vratislavienses monasteriorum abbatibus ac decano s. Agricoli Avinionensis.*

. XX . *Apud Villamnovam, 1360 Junii 25.*

R. Av. 143 fol. 483'. — a) ‚Slaucouia‘ Av.

1088. Compositio Johannis de Brandenburg super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae b. Mariae Aquensis, praesentibus Theoderico de Curia et Michaele Michaelis de Nova Villa clericis Pragensis et Leodiensis dioc. „Die XXV mensis Junii a. MCCCLX.“

1360 Junii 25.

Coll. Alam. 292 fol. 7'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 256 nr. 34.

1089. Instrumentum, quo Otto de Nissa ac Petrus, Hanco et Nicolaus fratres dicti Duringi cives Vratislavienses confessi fuerunt, se in deposito habere et recepisse a Preczlao episcopo Vratislaviensi ac Arnaldo de Lacaucina[a]) *scholastico Cracoviensi etc., in Poloniae et Ungariae regnis et partibus circumvicinis apostolicae sedis nuncio, mille florenos auri boni de Florentia seu Ungaria, de pecunia camerae apostolicae per episcopum et nuntium praedictos in dictis partibus recollectos, quos quidem florenos praedicti cives Anthonio et Guidoni mercatoribus Astensibus aut Manueli de Bota aut procuratoribus ipsorum in villa Brugensi a 25 die mensis Junii ad 12 menses solvere promiserunt. „Sub anno“ „Actum a. . . . . MCCCLX, indiccione XIII, die XXV mensis Junii, hora quasi completorii in domo domini Lubucensis episcopi Wratislauie, pontificatus . . . . Innocentii pape VI a. octavo. Presentibus . . . . Francisco episcopo Canticensi, suffraganeo . . . . episcopi Wratislauiensis, et Andrea abbate Camynensis monasterii Wratislauiensis dioc. Cisterciensis ordinis, Conrado de Thurow procuratore . . . . episcopi Wratislauiensis, Johanne de Obichow vicecustode Cracoviensis ac Stanislao de Constantyn ecclesiarum plebanis necnon Johanne notario . . . . officialis Wratislauiensis testibus ad premissa.“*

Vratislaviae, 1360 Junii 25.

Ex instrum. miscel. caps. 225 nr. 25. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 595. — a) ‚Caucina‘ ms.

1090. Instrumentum, quo Petrus de Gostina canonicus ecclesiae Vratislaviensis et Franczco de Zettin[a]), *Richardus de Gubin et Nicolaus Gansbitz ac Johannes*

Ulmbruch[b]) *generi ipsius, cives Vratislavienses, confessi sunt se in deposito habere et recepisse a Preczlao episcopo Vratislaviensi ac Arnaldo de Lacaucina*[c]) *nuncio apostolico mille florenos auri boni de Florentia seu Ungaria, quos sub conditionibus ut in nr. 1089 eisdem personis in villa Brugensi a XXVI die Junii ad 12 menses solvere promiserunt. „Sub anno" „Actum a. . . . . MCCCLX, indiccione XIII, die XXVI mensis Junii, hora quasi nona Wratislauie in domo . . . . episcopi Lubucensis, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. octavo. Presentibus . . . . fratre Francisco episcopo Canticiensi ac . . . . Czamborio canonico Wratislauiensis, Henrico de Dambrowa vicearchidiacono Opoliensis, Nicolao Franczconis mansionario Nore capelle iuxta Wratislauiam ecclesiarum, Nicolao de Poznania plebano de Proczano et Alberto de Zathor, notario . . . . episcopi Wratislauiensis, testibus ad premissa vocatis."*

Vratislaviae, 1360 Junii 26.

Ex instrum. miscell. caps. 225 nr. 30. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 596. — [a]) ‚Zethyn' ms. [b]) ‚Wlmbruch' ms. [c]) ‚Caucina' ms.

1091. *Pro infrascriptis personis supplicatur, quatenus eis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1360 Junii 27.

. . . .

Item acceptacionem et provisionem auctoritate litterarum S[tis] eiusdem factas Wernhero Timonis de Ertmarsdorf de canonicatu et prebenda ecclesie Misnensis, vacante per obitum quondam Henrici de Ysemberg, eciam si alias fuerit reservata, dignemini confirmare aut alias de novo providere, non obstante, quod super parrochiali ecclesia in Malina Pragensis dioc. in palacio apostolico noscitur litigare, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis[a]).

. . . .

Item acceptacionem ac collacionem et provisionem auctoritate litterarum S[tis] V[re] in communi forma pauperum facte Michaeli nato quondam Milhostonis de Welethwin Pragensis dioc. de missa perpetua alias altare in ecclesia Wissegradensi prope Pragam nuncupata, vacante per mortem quondam Johannis Paduani decani quondam Wissegradensis ecclesie et omnia inde secuta dignemini premissis non obstantibus confirmare vel sibi de ipsa de novo providere, eciam si racione decanatus, quem obtinebat dictus Johannes, vel alias fuerit reservata, cum clausulis et non obstantibus oportunis.[b])

. . . .

Item cum devotus vester Nicolaus Henrici de Hoberg ad parrochialem ecclesiam [in] Ostraw Pragensis dioc. tunc vacantem per patronum ecclesiasticum loci ordinario presentatus et in ea institutus fuerit canonice per dictum ordinarium, ipsamque ecclesiam per annum et ultra tenuerit, prout tenet et possidet pacifice et quiete, fructus percipiendo ex ea ad sacros ordines non promotus, supplicat, quatenus presentacionem et institucionem predictas et omnia inde

secuta dignemini confirmare vel sibi de ipsa ecclesia secundum premissa vacante, eciam si eius collacio fuerit ad sedem apostolicam devoluta, de novo providere, aut eciam[si] fuerit sedi apostolice reservata, eumque Nicolaum, si indiget, habilitare, cum paratus sit de fructibus per eum indebite perceptis cum camera S^tis^ V^re^ concordare, cum clausulis et non obstantibus oportunis [c]).

Sanctissime pater, dignemini omnes et singulas supplicaciones non cancellatas, et nisi fuerit alteri ius quesitum, signare et, prout petitur, mandare expediri.

Fiat G. Et sine leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Julii a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 170—172'. — [a]) In marg. dext.: ‚pro camera'. Eadem supplicatio in Coll. Alam. 292 fol. 26' reperitur. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 286 nr. 144.) [b]) In marg. dext.: ‚pro camera'. Eadem supplicatio in Coll. Alam. 292 fol. 27' reperitur. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 287 nr. 147.) [c]) In marg. dext.: ‚pro camera'. Eadem supplicatio in Coll. Alam. 292 fol. 31' reperitur. (Ed apud Kirsch, Annaten I pag. 292 nr. 167.)

1092. Cum Nicolao Henrici de Hoberg dispensatur super inhabilitatis macula et mandatur, ut parochialem ecclesiam in Ostrov dimittat.

Gratis. *Apud Villamnovam, 1360 Junii 27.*

D. f. Nicolao Henrici de Hoberg clerico Misnensis dioc. salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Exhibita siquidem nobis tua peticio continebat, quod olim parrochiali ecclesia in Ostraw Pragensis dioc., quam quondam Ekhardus dictus Ekhart de Turingia, ultimus rector eiusdem, dum viveret, obtinebat, per obitum ipsius Ekhardi, qui extra Romanam curiam decessit, vacante, ... abbatissa et conventus monasterii Vallis s. Marie prope Eyfridisdorf, [a]) Cisterciensis ordinis dicte dioc., ad quas presentacio rectoris dicte ecclesie de antiqua et approbata consuetudine pertinet, te ven. fr. nostro archiepiscopo Pragensi ad dictam ecclesiam presentarunt, idemque archiepiscopus ad presentacionem huiusmodi te in rectorem instituit ecclesie antedicte [1]), ac tu vigore presentacionis et institucionis huiusmodi dictam ecclesiam fuisti canonice assecutus et eam per annum et ultra tenuisti, prout tenes, pacifice et quiete, fructus percipiens ex eadem, ad sacros ordines non promotus, nulla super hoc dispensacione obtenta nec aliquo impedimento legitimo prepeditus Quare nobis humiliter supplicasti, ut tibi et statui tuo providere in hac parte misericorditer dignaremur. Volentes igitur. . . . te prosequi favoribus graciosis, tuis supplicacionibus inclinati, omnem infamie ac inhabilitatis maculam sive notam per te ex premissis vel eorum occasione contractam auctoritate apostolica penitus abolemus; volumus tamen, quod ecclesiam ipsam exnunc realiter et omnino dimittas. . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Julii a. octavo.

R. Av. 144 fol. 537'. — [a]) Corrige: ‚Syfridisdorf' ut in mandato iudicibus misso sub nr. 1093. — [1]) Conf. Tingl, Confirmationum lib. I pag. 62.

1093. *Abbati monasterii de Aula Regia Pragensis dioc. et s. Agricoli Avinionensis et s. Egidii Pragensis ecclesiarum decanis mandatur, quatenus Nicolao Henrici de Hoberg parochialem ecclesiam in Ostrov, quam idem Henricus dimittere tenebatur et quae vacare noscitur, conferant. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Julii pontificatus nostri a. octavo.*

. X . *Gratis (!)* *Avinione, 1360 Junii 27.*

R. Av. 142 fol. 186.

1094. *Preczlaus episcopus et capitulum ecclesiae Vratislaviensis supplicant, quatenus traditio oppidi Grottkau episcopo et capitulo ecclesiae praedictae ex parte Boleslai ducis Silesiae et domini Legnicensis et infeudatio ac incorporatio eiusdem oppidi ecclesiae praefatae ex parte Johannis et Caroli regum Bohemiae factae confirmentur. — Item supplicant, quatenus sibi conservatores concedantur.*

Apud Villamnovam, 1360 Junii 27.

Significant S^ti^ V^re^ devoti oratores vestri P. episcopus et capitulum Wratislaviense, quod olim clare memorie dominus Boleslaus dux Slezie et dominus Legnitzensis et Bergensis de consensu et voluntate nobilis Katherine eius coniugis et Venzeslai ac Ludouici filiorum suorum, habitoque consilio maturo cum eius fidelibus et deliberacione diligenti pro eius necessitate, rite et pure vendidit, tradidit et assignavit domino Preczlao episcopo et capitulo Wratislauiensi et eius successoribus imperpetuum opidum suum Grotkow cum toto eius districtu et cum omnibus et singulis omagiis, feudis, castris, iudiciis, obedienciis, subieccionibus, fructibus, redditibus, obvencionibus, iuribus ducalibus supremis et inferioribus et aliis iurisdiccionibus et pertinenciis quibuscumque in ipsis opido et districtu consistentibus, quocumque nomine censeantur, prout in suis metis et graniciis circumferencialiter sunt distincti, nichil in eis sibi vel suis penitus retinendo, omnes et singulos feudales, terrigenas, advocatos, officiales, consules, iuratos, cives, oppidanos, incolas et habitatores eorum a debito fidelitatis, quo sibi et suis astricti erant, absolvens ac transferens in eosdem episcopum et capitulum et eorum successores omne[a]) ius et dominium sui principatus, que in dictis opido et districtu habebat[1]) Que omnia ipsi episcopus et capitulum ab ipso duce emerunt sibi et Wratislauiensi ecclesie pro certo tunc expresso precio, quod realiter persolverunt, obtinueruntque postmodum ab inclite recordacionis domino Johanne rege Boemie, a quo oppidum et alia premissa tenebantur in feudum, illa sibi infeudari et recepto prestitoque debito fidelitatis solito iuramento de ipsis eciam investiri[2]) et subsequenter, cum ipsi episcopus et capitulum premissa omnia et singula per longa et retroacta tempora possedissent, sicut possident pacifice et quiete, serenissimus princeps dominus Karolus Romanorum imperator et rex Boemie oppidum et districtum aliaque omnia et singula predicta, principum, baronum et procerum suorum sano ad id accedente consilio, auctoritate regis Boemie et ex certa sciencia, certis honestis adiectis condicionibus, ipsi episcopo et capitulo ac Wratislauiensi ecclesie in perpetuum incorporavit, invisceravit et inseparabiliter perpetuis temporibus communivit, prout hec litteris

et munimentis publicis et patentibus plenius continentur.[3]) Quare supplicant dicte S[ti] ipsi episcopus et capitulum, quatenus vendicionem et empcionem, infeudacionem ac incorporacionem et omnia et singula supradicta et in litteris et munimentis huiusmodi contenta, rata et grata habentes, illa dignemini ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmare, tenores litterarum et munimentorum ipsorum in litteris apostolicis inseri faciendo ac supplendo omnem defectum, si quis forsan intervenerit in premissis vel aliquo eorundem, de apostolice plenitudine potestatis, cum clausulis oportunis et non obstantibus et executoribus.

Exibeantur in cancellaria et, si racionabiles fuerint, confirmentur[b]) G.

Item supplicant ipsi episcopus[c]) et capitulum, quatenus ipsis conservatores concedere dignemini usque ad triennium in forma consilii Viennensis.

Fiat G.

Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam, Auinionensis dioc. V kal. Julii a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 129' et 152. — a) ‚omnes' Suppl. b) ‚confirmantur' Suppl. c) ‚episcopi' Suppl. — [1]) Conf. Grünhagen Markgraf, Lehens- und Besitzurkunden Schlesiens II pag. 206. [2]) Conf. ibidem II pag 208 et 209, Emler Reg. Boh. IV nr. 1470 et 1476. [3]) Conf. Grünhagen-Markgraf, l. c. pag. 225 et Böhmer, Reg. Imp. VIII pag. 234 nr. 2872

1095. *Instrumentum, quo Nicolaus Gansbis, Johannes Ulmbruch[a]) gener ipsius, Petrus Johnsdorf,[b]) Guilelmus (?)[c]) de Reichwald,[d]) Johannes de Bertoldi civitate, Johannes Schular nomine patris sui praedicti ac Theodricus Pragar cives Vratislavienses confessi sunt, se in deposito habere et recepisse ab Arnaldo de Lacaucina[e]) nuncio apostolico ducentos florenos auri boni de Florentia seu Ungaria, quos sub conditionibus ut in nr. 1089 eisdem personis in villa Brugensi a secunda die Julii ad 12 menses solvere promiserunt. „Sub anno" „Actum a. . . . . MCCCLX, indiccione XIII, secunda die mensis Julii, hora quasi completorii in domo . . . . magistri Johannis de Grudencz Wratislauie, pontificatus . . . . Innocencii pape VI a. octavo. Presentibus . . . . Clemente canonico et Nicolao Ryk vicario et altarista ecclesie Wratislauiensis ac Johanne Grudencz hospite dicti domini nuncii et Martino plebano ecclesie de Radlow Cracouiensis nec non Johanne laico de Wilcow herede Wratislauiensis dioc., testibus ad premissa."*

Vratislaviae, 1360 Julii 2.

Ex instrum miscell. caps. 225 nr. 26. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 597. — a) ‚Vlmbruch' ms. b) ‚Jansdorf' ms. c) ‚Villus' ms. d) ‚Ruchwalt' ms. e) ‚Caucina' ms.

1096. *Episcopus Poznaniensis et praepositus Budissinensis Misnensis dioc. ac decanus s. Crucis Vratislaviensis ecclesiarum conservatores Preczlai episcopi et*

capituli ecclesiae Vratislaviensis ad triennium instituuntur. „Militanti ecclesiae“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. VIII id. Julii a. octavo.“

X
X *Apud Villamnovam, 1360 Julii 8.*
. X .

R. Av. 144 fol. 213. — Conf. nr. 1094, ubi supplicatio, quae V kal. Julii signata est, reperitur.

1097. *Budko natus quondam nobilis viri Jeruskonis de Volina clericus Pragensis dioc. supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae s. Georgii in castro Pragensi provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI. id. Julii a. octavo.“*

Apud Villamnovam, 1360 Julii 10.

R. Suppl. 31 fol. 160.

1098. *Budkoni nato Jeruskonis de Volina conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae s. Georgii in castro Pragensi.*

| |
=V *Avinione, 1360 Julii 10.*
. XX .

D. f. Budkoni nato quondam Jeru[s]konis de Volina, canonico ecclesie s. Georgii in castro Pragensi salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Dudum siquidem intendentes d. f. Przibislaum canonicum Pragensem favoribus prosequi graciosis, . . decano ecclesie Omnium Sanctorum in castro Pragensi dedimus per nostras litteras in mandatis, ut eidem Przibislao . . . . de canonicatu ecclesie Pragensis provideret ac prebendam, si qua tunc vacabat, vel cum vacaverit in eadem ecclesia, ... conferendam eidem Przibislao donacioni sue auctoritate apostolica reservaret et nichilominus prebendam huiusmodi, quam reservaret, si, ut premittitur, vacabat vel cum vacaret ibidem, . . . eidem Przibislao conferre et assignare curaret, volentes inter cetera, quod idem Przibislaus, quamprimum vigore dictarum litterarum canonicatus et prebende eiusdem ecclesie foret possessionem pacificam assecutus, canonicatum et prebendam ecclesie s. Georgii in castro Pragensi, quos tunc temporis obtinebat, quosque extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur, prout in dictis litteris plenius continetur. [1]) Cum autem postmodum dictus decanus earundem litterarum forma servata eidem Przibislao . . . . de canonicatu ipsius ecclesie Pragensis ac deinde de prebenda eiusdem ecclesie, per obitum quondam Nicolai dicti [de] Erfordia canonici eiusdem ecclesie, qui extra Romanam curiam decessit, vacante, dictarum litterarum vigore duxerit providendum, idemque Przibislaus eandem prebendam sit pacifice assecutus, et propterea dicti canonicatus et prebenda eiusdem ecclesie s. Georgii vacaverint et vacent ad presens, ... nos volentes tibi, qui, ut asseris, in iure canonico peritus existis . . . ., graciam facere specialem, canonicatum et prebendam ecclesie s. Georgii predictos, quorum fructus . . . . triginta quinque florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, sic vacantes . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis

eciam providemus . . . , non obstantibus . . . ., quod parrochialem ecclesiam in Sempnyewicz Pragensis dioc, cuius fructus . . . . secundum communem extimacionem triginta florenorum auri valorem annuum, ut asseris, non excedunt, nosceris obtinere . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc VI id. Julii a. octavo.

In e. m. . . . . Pragensis et . . s. Agricoli Auinionensis ac . . s. Petri Wisegradensis Pragensis dioc. ecclesiarum decanis

R. Av. 142 fol. 227'. — [1]) Conf. nr. 82 pag. 36 et nr. 99.

1099. *Henricus Henrici de Falkenau*[a]) *clericus Vratislaviensis dioc. supplicat, quatenus sibi de perpetua vicaria ecclesiae Vratislaviensis provideatur. „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI id. Julii a. octavo.“*

Apud Villamnovam, 1360 Julii 10.

R. Suppl. 31 fol. 164. — [a]) ‚Valkenow‘ Suppl. [b]) In marg. dext.: ‚pro camera.‘

1100. *Henrico Henrici de Falkenau confertur perpetua vicaria in ecclesia Vratislaviensi.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1360 Julii 10.*

D. f. Henrico nato quondam Henrici de Valkenow, perpetuo vicario in ecclesia Wratislaiuensi salutem etc. Probitatis et virtutum . . . . Cum itaque perpetua vicaria in ecclesia Wratislauiensi ex eo vacaverit et vacet ad presens, quod d. f. Johannes dictus de Valkenow rector parrochialis ecclesie in Pothwinsdorf Wratislaniensis dioc., tunc dictam vicariam obtinens, eiusdem parrochialis ecclesie tunc vacantis, auctoritate litterarum nostrarum sibi collate, [1]) possessionem pacificam est adeptus, ... nos volentes tibi . . . . graciam facere specialem, dictam vicariam sic vacantem, cuius fructus . . . . quadraginta quinque florenorum auri secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, ... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI id. Julii a. octavo.

In e. m. . . . . s. Marie in Arena Wratislauiensis et s. Vincencii prope Wratislauiam monasteriorum abbatibus ac decano ecclesie s. Agricoli Auinionensis.

R. Av. 143 fol. 391'. — [1]) Conf. nr. 464.

1101. *Carolus Romanorum imperator rogatur, quatenus Friderico*[a]) *episcopo et ecclesiae Ratisponensi, qui, sicut idem episcopus significavit, magnam summam*

pecuniae, in qua castrum Donaustauf[b]) eidem imperatori obligatum existit, absque obligatione seu alienatione magna aliorum bonorum ipsorum episcopi et mensae simul solvere non valerent, castrum praedictum, summa praefata per partes successive soluta contentus, restituat. „Ad illa libenter.“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II id. Julii pontificatus nostri a. octavo.“

Apud Villamnovam, 1360 Julii 14.

Orig. in archivio aulico Vindobonensi Boh. nr. 620. — a) ‚Frederic‘ orig. b) ‚Tumstanff‘ orig. — Conf. nr. 415, 505, 506, 508, 516.

1102. *Eyringus abbas monasterii Teplensis quitatur de solutione partis suorum servitiorum.*

1360 Julii 20.

Universis etc. Stephanus [archiepisopus Tholosanus, domini pape camerarius, ... ad universitatis vestre noticiam . . . . deducimus][a]), quod dominus frater Eyrigo[b]) abbas monasterii Teplensis[c]) ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro parte partis sui communis servicii . . . . viginti quinque florenos auri octo solidos monete Avinionensis[d]) nec non pro parte partis IIII serviciorum familiarium etc. quatuor florenos auri et sexdecim solidos predicte monete clericis camere etc. per manus Conradi[e]) dicti Tullinger[f]) procuratoris sui tempore debito solvi fecit . . . . D. Auinione die XX mensis Julii a. [MCCCLX, indiccione XIII pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. octavo][g]

Obl. et Sol. 32 fol. 80, Obl. et. Sol. 33 fol. 116. — a) Suppletum ex folio primo b) ‚Eyrigus‘ Obl. 33. c) ‚de Teplensis‘ Obl 32 et 33. d) ‚Avin. currentis‘ Obl. 33. e) ‚Corrardi‘ Obl. 33. f) ‚Tulliger‘ Obl. 32, ‚Tullinger‘ Obl. 33 g) Suppletum ex folio 63. — De solutione praedicta in Int. et Exit. (1360) 293 fol. 16' sequens nota reperitur: „Die XX Julii recepti fuerunt a domino Eyringo abbate monasterii Teplensis ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro parte partis sui communis servicii, solvente per manus Conradi dicti Trillinges (corrige: ‚Tullinger‘) eius procuratoris. — XXV floreni VIII solidi.“

1103. *Obligatio Nicolai Henrici de Hoberg parochi in Ostrov ratione confirmationis suae et fructuum indebite perceptorum.*

1360 Julii 21.

Die XXI mensis Julii a. MCCCLX Nicolaus Henrici de Haberg racione confirmacionis seu nove provisionis sibi facte de parrochiali ecclesia Ostraw Pragensis dioc. per dominum nostrum Innocencium papam VI sub data V kal. Julii a. VIII tum pro fructibus indebite perceptis promisit solvere camere apostolice in Romana curia triginta flor. auri infra festum s. Marie Magdalene a. MCCCLXI sub penis et obligacionibus consuetis, presentibus Henrico Gutwin clerico Maguntine dioc. et Conrado Pragensi — Arnaldus Johannis.

Coll Alam. 292 fol. 23. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 279 nr. 118. — Conf. nr. 1092, 1093.

1104. *Compositio Budkonis nati Jeruskonis de Volina super annatis de canonicatu ecclesiae s. Georgii in castro Pragensi.*

1360 Julii 27.

De canonicatu et prebenda ecclesie s. Georgii in castro Pragensi, cuius fructus etc. XXXV flor. etc., vacantibus pro eo, quod Przibislaus canonicus dicte ecclesie promisit se ipsos dimissuros, cum canonicatum et prebendam ecclesie Pragensis pacifice fuerit assecutus, fuit provisum VI id. Julii a. VIII Budko nato quondam nobilis viri Jeruskonis de Wolyna. Composuit die XXVII mensis Julii a. MCCCLX per procuratorem suum Vlricum Gotfridi de Blatna scolarem in iure canonico Pragensis dioc., qui eciam pro dicto canonico in se honus debiti recipiens, pro dicto debito se obligavit, ad XVII flor. cum dimidio de Florentia ponderis sentencie, solvendos infra festum s. Marie Magdalene a. MCCCLXI, sub obligacionibus et sentenciis consuetis, presentibus domino Johanne Gilberti collectore Suacie et Guillelmo Horberch — Arnaldus Johannis.

Anno LXII die VII Decembris Paulus Martini de Choczna procurator Budukonis nati condam nobilis viri Jeruskonis de Volyna pro canonicatu et prebenda predictis solvit XVII florenos cum dimidio et fuit absolutus.

Coll. Alam. 292 fol. 23. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 280 nr. 120. — Conf. nr. 1097 et 1098.

1105. *Kazimirus Poloniae rex, cuius ius patronatus in pluribus ecclesiis a nonnullis archiepiscopis et episcopis usurpatur, supplicat, quatenus alicui probo viro mandetur, ut sibi faciat iustitiae complementum, quod archiepiscopo Pragensi commissum est.*

Apud Villamnovam, 1360 Julii 27.

Significat S^ti^ V^re^ devotissimus filius vester Kazimirus rex Polonie . . . .

. . . .

Item significat idem rex, quod, licet ipse in civitatibus, castris, villis et possessionibus ac aliis locis suis plures ecclesias, capellas et beneficia ecclesiastica de bonis sibi a deo collatis dotaverit, in quibus ius patronatus se habere pretendit, nonnulli tamen archiepiscopi et episcopi dictum ius patronatus sibi usurpantes, de facto in illo eundem regem contra iusticiam impedire nituntur, quare supplicat idem rex, quatenus alicui vel aliquibus probis viris in dicto regno vel extra mandare dignemini, ut super premissis appellacione remota summarie et de plano eidem regi faciant iusticie complementum cum potestate citandi eciam ultra duas dietas, contradictores eciam per censuram ecclesiasticam compescendo; non obstantibus constitucionibus constitutis et aliis quibuscumque cum aliis clausulis ut in forma.

Committatur archiepiscopo Pragensi G.

. . . .

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. VI kal. Augusti a. octavo.

R. Suppl 31 fol. 203.

1106. *Johannes Jacobi de Pelhřimov (Pilgram)[a] supplicat, quatenus sibi de altari s. Lucae in ecclesia Pragensi provideatur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. octavo.“*

Apud Villamnovam, 1360 Julii 28.

R. Suppl. 31 fol. 189. — a) ‚Pilgrems‘ Suppl.

1107. *Johanni Jacobi de Pelhřimov (Pilgram) confertur altare s. Lucae in ecclesia Pragensi.*

. X X̄ . *Apud Villamnovam, 1360 Julii 28.*

D. f. Johanni Jacobi de Pilgrems clerico, perpetuo beneficiato in ecclesia Pragensi, salutem etc. Meritis tue probitatis . . . . Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque per assecucionem pacificam canonicatuum, prebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet per nos seu literarum nostrarum auctoritate tunc collatorum et in antea conferendorum eisdem tunc vacancia et vacatura imposterum ubicunque collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . . contingeret attemptari. Postmodum vero intendentes d. f. Fridericum Stromairi de Nuremberg perpetuum beneficiatum in ecclesia Pragensi prosequi graciose, quoddam perpetuum beneficium, mediam prebendam inibi nuncupatum, in ipsa ecclesia tunc vacans, sibi conferri per literas nostras mandavimus et de illo eciam provideri, volentes inter cetera, quod idem Fridericus, quamprimum vigore literarum ipsarum dictum beneficium pacifice assecutus existeret, altare s. Luce, quod ipse tunc in dicta ecclesia obtinebat, . . . dimittere teneretur prout in ipsis literis plenius continetur[1]). Cum itaque Fridericus ipse beneficium prefatum vigore literarum ipsarum pacifice assecutus extiterit, et propterea altare prefatum vacaverit et vacare noscatur ad presens, ... nos volentes tibi . . . . graciam facere specialem, prefatum altare sic vacans . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus . . . . D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a octavo.

In e. m. . . . . preposito Wissegradensis prope Pragam et . . decano Sacensis Pragensis dioc. ac . . sacriste Magalonensis ecclesiarum.

R. Av. 143 fol. 396'. — 1) Conf. nr. 1013.

1108. *Ulricus Michaelis de Manětín supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico ad collationem ecclesiae Pragensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1360 Julii 28.

Supplicat S^ti V^re fidelis exorator vester Vlricus Michahelis de Meneting presbyter Pragensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante coniunctim vel divisim ad colla-

cionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis in civitate, ecclesia vel diocesi, si quod vacat aut quamprimum vacare contigerit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto; non obstante ecclesia in Krzyvocz,[a]) que valet XXIIII flor., quam obtinere dinoscitur, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et de executoribus ut in forma; vel similem sibi graciam facientes de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem prepositi et capituli Wysyegradensis Pragensis dioc. in forma ut supra.

Fiat G. Et transeat sine alia leccione G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 195. — a) Corrige: ‚Krzyvecz'.

1109. *Ulrico Michaelis de Manětín[a]) reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad collationem praepositi et capituli ecclesiae Vissegradensis[b]) Pragensis dioc. spectans, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1108; parochialem ecclesiam in Křivec[c]) tenetur dimittere. „Probitatis et virtutum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. V kal. Augusti a. octavo." — In e. m. episcopo Luthomuslensi et s. Agricoli Avinionensis ac s. Egidii Pragensis ecclesiarum decanis.*

. X X̿ . . *Apud Villamnovam, 1360 Julii 28.*

R. Av. 143 fol. 488'. — a) ‚Meneting' Av. b) ‚Voysyegradensis' Av. c) ‚Krzywcz' Av.

1110. *Petrus episcopus Ostiensis supplicat, quatenus familiari suo Ramuoldo de Polcnz de canonicatu sub expectatione praebendae maioris ecclesiae Budissinensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1360 Julii 31.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus vester P. Ostiensis episcopus, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Ramuoldi de Polericzk[a]) clerici Misnensis dioc., in iure canonico studenti, graciam specialem facientes, de canonicatu sub expectacione prebende maioris ecclesie Budissinensis dicte Misnensis dioc. dignemini providere et unam de prebendis maioribus eidem Ramuoldo conferendam disposicioni sedis apostolice reservantes, consuetudinibus eiusdem ecclesie non obstantibus quibuscumque, quibus inter alia caveri dicitur, quod nullus inibi prebendam maiorem obtinere valeat, nisi gradatim ascendat ad eandem, et quod in canonicum ecclesie Misnensis sub expectacione prebende minoris sit receptus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Augusti a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 190a. — a) Corrige: ‚Polenczk'.

1111. *Ramuoldo de Polenz*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Budissinensis Misnensis dioc. sub expectatione maioris praebendae. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. II kal. Augusti a. octavo". — In e. m. praeposito monasterii s. Affrae et decano ecclesiae Misnensis ac officiali Misnensi.*

| |
—=
. X X . *Apud Villamnovam, 1360 Julii 31.*

R. Av. 142 fol. 319'. — a) ‚Ramualdo de Polonczk' Av.

1112. *Compositio Henrici de Falkenau super annatis de perpetua vicaria ecclesiae Vratislaviensis.*

1360 Augusti 2.

Henrico quondam Henrici de Walkenow clerico Wratislauiensis dioc. fuit provisum de perpetua vicaria ecclesie Wratislauiensis, cuius fructus secundum taxacionem decime XLV flor. non excedunt, vacantem in Romana curia ex eo, quia Johannes dictus de Walkenow presbyter, ultimus vicarius, est vigore litterarum apostolicarum possessionem pacificam parrochialis ecclesie in Pothwinsdorf assecutus, VI id. Julii a. VIII. Composuit die II mensis Augusti a. MCCCLX ad componendum cum collectore in partibus de annuali infra festum proximum pache et certificare cameram apostolicam per litteras collectoris de solucione infra festum b. Marie Magdalene sub obligacionibus et sentenciis consuetis et pena C flor. camere applicandorum, presentibus Arnaldo de Zynna (?) Mindensis dioc. et Dietrico de Minhauser (!). — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 292 fol. 23. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 280 nr. 121. — Conf. nr 1099 et 1100.

1113. *Nicolao Arnaldi conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Misnensis et parochialis ecclesia in Dresden. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVIIII kal. Septembris a. octavo." — In e. m. Halberstadensi et Vratislaviensi episcopis ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

≡V
. XX . *Apud Villamnovam, 1360 Augusti 14.*

R. Av. 143 fol. 220.

1114. *Nicolaus dux Opaviae supplicat, quatenus hospitale s. Nicolai prope Opaviam et ecclesiam s. Venceslai in castro Grecz visitantibus indulgentiae et plebano de Grecz ac aliis 5 personis remissio peccatorum in mortis articulo concedantur.*

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Nicholaus dux Oppauie, quatenus, cum ipse ad honorem s. Nicholai confessoris prope Oppauiam unum hospitale erexerit auctoritate ordinarii episcopi Olomucensis, omnibus vere penitentibus et confessis, ipsum hospitale visitantibus in festis pasche, domini ascensionis, penthecostes, eucaristie, quatuor principalibus b. Marie virginis, omnium apostolorum et evangelistarum, sanctorum Laurencii, Venceslai et Cristini martirum, Nicholai, Michaelis archangeli et dedicacionis hospitalis predicti indulgenciam, secundum quod placuerit V[re] S[ti], concedere dignemini ut in forma.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus similem graciam concedere dignemini pro ecclesia parrochiali s. Wenceslai in ducali castro in Grecz Olomucensis dioc. ut supra.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Francisco Cristani plebano in Grecz Olomucensis dioc. et Petro Hermanni clerico Luthomuslensi et aliis IIII personis per ipsum in cancellaria vestra nominandis plenam remissionem omnium peccatorum suorum semel tantum in mortis articulo concedere dignemini ut in forma.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 226'.

1115. *Paulus episcopus Frisingensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.

Supplicat S[ti] V[re] devota creatura vestra Paulus episcopus Frisingensis . . . .

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti procuratoris sui Petri Hermanni, clerici Bathomuslensis,[a]) de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wyssegradensis prope Pragam dignemini providere, cum acceptacione etc., non obstante, quod super parrochiali ecclesia in Luca Olomucensis[b]) dioc. noscitur litigare in palacio apostolico, cum clausulis ut supra . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Johannis Herdani presbyteri Olomucensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende Wratislauiensis dignemini providere, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Heynreichs[1]) Olomucensis dioc. noscitur obtinere, cum clausulis ut supra . . . .

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Nicholai Jacobi de Nouo Foro presbyteri Wratislauiensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Melicensis ordinis s. Bene-

dicti Pataniensis dioc. dignemini providere, cum acceptacione etc. et clausulis ut supra . . . .

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Nicolai Johannis de Krapicz clerici Wratislauiensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislaviensis, dignemini providere, cum acceptacione etc. et clausulis ut supra.

Fiat de omnibus G. Sine alia leccione G. Et cum commissione examinis ad partes. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 128. — a) Corrige ‚Luthomuslensis'. b) ‚Olomucensis' per errorem bis scriptum in Suppl. — 1) l. e. Byteš Velká (Grossbitesch).

1116. *Petro Hermanni providetur de canonicatu ecclesiae Vissegradensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1115. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo." — In e. m. Frisingensi et Luthomuslensi episcopis ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. XX . *Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.*

R. Av. 143 fol. 335.

1117. *Johanni Herdani providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus, ut in supplicatione sub nr. 1115. „Merita tue probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. XX . *Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.*

R. Av. 143 fol. 346'.

1118. *Nicolao Johannis de Krappitz*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo." — In e. m. Frisingensi et Luthomuslensi episcopis et decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. XX . *Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.*

R. Av. 143 fol. 534. — a) ‚Krapicz' Av.

1119. *Ludovicus rex Ungariae supplicat, quatenus Jacobo Fridlini de Jilový (Eulc) de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae et Nicolao Nicolai de Brustawe (Brzostowo) de beneficio ecclesiastico, ad collationem ecclesiae Pragensis pertinente, provideatur.*

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.

Supplicat S^{u} V^{re} devotus filius vester Ludouicus rex Vngarie . . . . .

. . . .

item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Jacobi Fridlini de Elaw presbyteri Pragensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olomucensis dignemini providere cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Strelecz Olomucensis dioc. noscitur obtinere, cum clausulis ut supra . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Nicolai Nicholai de Bruscaw Wratislaviensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, dignemini providere, cum acceptacione etc. et clausulis ut supra . . . .

. . . .

Fiat de omnibus non cancellatis G. Sine alia leccione et cum commissione examinis ad partes. Fiat G.

D. apud Villamnonam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 236'.

1120. *Johannes de Lobenstein supplicat, quatenus Benedicto Nicolai de Weisskirch et Nicolao Andreae de Bauerwitz de beneficiis ecclesiasticis ad monasterium Trebecense et episcopum Olomucensem spectantibus provideatur et eis, qui capellam b. Mariae Magdalenae in Jägerndorf (Krnov) visitaverint, indulgentiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 16.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus vester Johannes de Lobensteyn frater germanus Pauli episcopi Frisingensis, quatenus sibi in personam dilecti capellani sui Benedicti quondam Nicolai de Alba ecclesia de Jegerdorph, presbyteri Olomucensis dioc., specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Trebecz ordinis s. Benedicti dicte dioc., vacans vel vacaturum, conferendum eidem Benedicto dignemini donacioni sedis apostolice reservare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Item supplicat eidem S^{ti}, quatenus sibi in personam dilecti capellani sui Nicholai Andree de Baurowicz, presbyteri Wratislauiensis dioc. specialem gra-

ciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Olomucensis, vacante vel vacaturo, cum acceptacione etc. dignemini misericorditer providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G.

Item supplicat, ut, cum progenitores sui et ipse cum fratribus suis ad honorem beate Marie Magdalene in claustro fratrum minorum in Jegerdorph Olomucensis dioc. unam capellam erexerint, [eandem devote visitantibus][a]) in festivitatibus principalibus anni videlicet nativitatis domini nostri Jesu Christi, et quatuor b. virginis Marie, omnium apostolorum et evangelistarum ac b. Marie Magdalene et dedicacionis capelle predicte festivitatibus, quatuor annos et quatuor quadragenas de iniunctis penitenciis dignemini relaxare, cum clausulis oportunis ut in forma.

Fiat de uno anno et quadraginta diebus G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVII kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 252b. — a) Suppletum ab editore: ‚quod' Suppl.

1121. Obligatio Johannis Jacobi altaristae altaris s. Lucae in ecclesia Pragensi.

1360 Augusti 17.

Die XVII mensis Augusti a. MCCCLX Johannes Jacobi promisit solvere camere apostolice viginti flor. ponderis camere infra festum assumpcionis b. Marie a MCCCLXI pro annuali altaris s. Luce in ecclesia Pragensi, vacantis ex eo, quod Fridericus dictus Stromer quondam dicti altaris altarista mediam prebendam, que est incompassibilis dicto altari, auctoritate litterarum apostolicarum pacifice est assecutus, sibi collati sub data apud Villamnouam V kal. Augusti a. VIII, presentibus Petro Andree Godefrido de Gendraco Biterrensis et Leodiensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 292 fol. 36'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 299 nr. 186. — Conf. nr. 1106 et 1107.

1122. Johannes comes Cracoviensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.

Rotulus comitis Craconiensis.

Supplicat S[ti] V[re] devotus et humilis orator vester Johannes comes Craconiensis et ambassiator regis Polonie, quatenus consanguineis et familiaribus suis infrascriptis speciales gracias faciatis.

. . . .

Item quatenus Petro Pesconis Enghelmi de canonicatu ecclesie Wratislauiensis, in qua maiores, medie et minores prebende existunt, dignemini providere, prebendam vero unam de dictis maioribus, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem Petro conferendam, collacioni apostolice reservantes; non obstantibus statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie et presertim illis, quibus caveri dicitur, quod nullus maiorem prebendam habere valeat, nisi per minores et medias ascendat ad eandem et aliis non obstantibus etc. [a])

. . . .

Item quatenus nobili viro Henrico duci Slesie et Munsterbergensi de canonicatu ecclesie Wratislauiensis, in qua maiores, medie et minores prebende existunt, dignemini providere, prebendam vero unam de dictis maioribus, si qua vacat ad presens etc. ut in quarta supra proxima, non obstante, quod in ecclesia s. Crucis in Wratislavia canonicatum et prebendam dignoscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus etc.

. . . .

Item quatenus Swantoslao Petri de Slaucouia clerico Cracoviensi dioc. eiusdem [b]) de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. decani, prepositi, archidiaconi, scolastici, cantorum et capituli ecclesie collegiate s. Crucis prope Wratislauiam communiter vel divisim, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini providere, non obstante, quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis auctoritate apostolica noscitur expectare, et cum aliis non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus, ut in forma.

. . . .

Item quatenus Vitkoni dicti Labach de Zane(!) clerico Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Trebicz ordinis s. Benedicti Olomutzensis dioc., si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et aliis clausulis necessariis et oportunis.

. . . .

Fiat de omnibus non cancellatis G. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G.

Et quod examen absencium in partibus committatur. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 196. — a) Haec supplicatio in marg. inf. ascripta, ad signum crucis in rotulo superius positum pertinens, tota est cancellata, ad quam cancellaturam sequens nota in margine pertinet: ‚Attende, quod ista supplicacio erat cancellata in originali, sed tota cancellata debuit supra registrari ad signum crucis propter subsequentem, in qua fiebat mencio de ipsa.' — b) ‚Cracoviensis dioc. eidem' Suppl

---

1123. *Kazimirus rex Poloniae supplicat, quatenus magistro Mattheo Borzeslai de Stachau* [a]) *Vratislaviensis dioc., suo medico, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, quod in ecclesia Sandomiriensi Cracoviensis dioc. cantoriam et in ecclesia s. Crucis Vratislavi-*

ensis dioc. canonicatum et praebendam noscitur obtinere. — Item supplicat, quatenus Nicolao Nicolai de Liebenau[b]) *presbytero Vratislaviensi, capellano suo commensali, de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae collegiatae s. Martini in Scepus Strigoniensis dioc. provideatur. — „Fiat de omnibus non cancellatis G. Sine alia leccione. Fiat G. Et quod examen absencium in partibus committatur. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo.“*

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.

R. Suppl. 31 fol. 220. — a) ‚Matheo Borzeslai de Stachow‘ Suppl. b) ‚Nicholao Nicholai de Libenow‘ Suppl.

1124. *Archiepiscopo Gneznensi mandatur, quatenus Mattheo Borzeslai de Stachau*[a]) *de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1123. „Dignum arbitramur“ „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo.“*

| X . X .

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.

R. Av. 142 fol. 355. — Ed. sub falso dato apud Theiner, Mon. Pol. I. pag. 607
a) ‚Matheo Borzellay de Stachow‘ Av.

1125. *Nobilis vir Belik et Jutta filia Czaconis militis Vratislaviensis dioc. supplicant, quatenus sibi de matrimonio iam contracto dispensetur.*

Apud Villamnovam 1360 Augusti 17.

Supplicant S[ti] V[re] devoti vestri nobilis vir Belico dictus Belik et nobilis mulier Jutta filia Czaconis militis Wratislauiensis dioc., quod cum ipsi olim scientes se quarto consanguinitatis gradu coniunctos, ignorantes tamen, quod propter hoc inter ipsos matrimonium esse non posset, matrimonium invicem contraxerunt, licet clandestine, illudque carnali copula consumarunt et exinde filios procrearunt, et ex eorum separacione, si fieret, magna scandala et mala inter ipsos, eorumque consanguineos et amicos evenire timeantur, quatenus dignemini eos a sentenciis excommunicacionis, quam propterea incurrerunt, absolvere et cum ipsis, ut in dicto matrimonio remanere valeant, dispensare, prolem susceptam et suscipiendam legitimam decernentes, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat iniuncta bona penitencia salutari G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 221.

1126. Kazimirus Poloniae rex supplicat, quatenus Swantoslaus Petri de Slaucovia in omne ius, quod Wernero de Netolicz in ecclesia parochiali de Zbraslavicz competebat, subrogetur.

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Kazimirus rex Polonie, quatenus Swantoslaum Petri de Slaucouia clericum dioc. Cracouiensis in omni iure et ad omne ius, quod competebat Wernero de Netolicz nuper in Romana curia defuncto in parrochiali ecclesia de Swissiauicz[a]) Pragensis dioc. et ad prosecucionem litis, que vertebatur inter ipsum Vernerum ex parte una et Lucam de Rodaslouicz[b]) coram venerabili viro domino Beneuento de Vtino auditore sacri palacii, coram quo processum est usque ad conclusionem, et cuius litis merita hic habere dignemini[c]) pro sufficienter expressis,[d]) dignemini subrogare; non obstante, quod idem Swantoslaus beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis auctoritate apostolica noscitur expectare et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione fiat G. D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 221'. — a) Corrige: ‚Sbrasslauicz'. b) Corrige: ‚Rosdalouicz'. c) Sequitur: ‚pro expressis', sed cancellatum est in Suppl. d) ‚expensis' Suppl. — In marg. dext.: ‚pro camera'. — Conf. nr. 1122.

1127. Swantoslao Petri de Slaucovia confertur omne ius, quod quondam Wernero de Netolicz competebat in ecclesia parochiali de Zbraslavicz[a]), de qua materia quaestionis orta inter eundem Wernerum et Lucam[1]) de Roždalovicz[b]) nondum terminata est; non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1126. „Laudabilia probitatis" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo."

T
X.

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.

R. Av. 142 fol. 261'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 602. — a) ‚Swislauicz' Av. b) ‚Rosdalowicz' Av. — [1]) Conf. Tingl, Confirmationum lib. I pag. 186: Vislauicz.

1128. Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus Segneo Wlostei de dignitate vacante vel vacatura et de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Vratislaviensi provideatur.

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Karolus Romanorum imperator, quatenus dilecto capellano suo, domino Segneo Wlostey, de dignitate, vacante vel vacatura in ecclesia Wratislauiensi, quam duxerit acceptandam, dignemini pro-

videre, cum clausulis anteferri; non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie Craconiensis, de quibus litigat, ac preposituram s. Michaelis in castro Craconiensi noscitur obtinere, quam paratus est dimittere post assecucionem pacificam alicuius dignitatis vigore huiusmodi gracie, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G.

Item pro eodem de canonicatu sub expectacione prebende eiusdem ecclesie Wratislauiensis, cum clausulis non obstantibus et quod examen committatur ad partes.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G.

D. apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 246.

1129. *Segneo Wlostei*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1128. „Honestas morum" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XVI kal. Septembris a. octavo." — In e. m. episcopo Poznaniensi et Cracoviensis ac s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

$.\frac{I}{X}\frac{I}{X}.$ *Apud Villamnovam, 1360 Augusti 17.*

R. Av. 143 fol. 354. — a) ‚Wlostey' Av.

1130. *Mathiae dicto Kiczinger et Catherinae eius uxori civibus Pragensibus indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Apud Villamnouam Auinionensis dioc. XV kal. Septembris a. octavo."*

Apud Villamnovam, 1360 Augusti 18.

R. Av. 142 fol. 530.

1131. *Pro Waltero Johannis Ossanni*[a]) *supplicatur, quatenus praesentatio, acceptatio et collatio ei factae de altari Omnium Sanctorum in ecclesia s. Leonardi Pragensi confirmentur, vel ei de eodem altari de novo provideatur. — „Fiat G. Et sine leccione. Fiat G. D. Auinione VIIII kal. Septembris a. octavo."*

Avinione, 1360 Augusti 24.

R. Suppl. 31 fol. 241. — a) ‚Osanni' Suppl. — In marg. dext.: ‚pro camera'.

1132. *Waltero Johannis Ossanni conceditur, ut praesentatio eius ad altare Omnium Sanctorum in ecclesia s. Leonardi Pragensi valeat.*

Gratis. *Avinione, 1360 Augusti 24.*

D. f. Walthero nato quondam Johannis Ossanni presbytero Misnensis dioc. salutem etc. Probitatis et virtutum .... Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod dudum altari Omnium Sanctorum sito in parrochiali ecclesia s. Leonardi Pragensi, quod quondam Nicolaus Husemanni ultimus eiusdem altaris rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Nicolai obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, d. f. Vlricus rector dicte parrochialis ecclesie ad presentacionem d. f. Luce laici, nati quondam Francisci dicti Guppolt et .... Mare matris eius, vidue Pragensis, dicti altaris patronorum, te in altaris predicti rectorem instituit canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent, tuque vigore presentacionis et institucionis huiusmodi dictum altare per annum cum dimidio tenuisti et possedisti, prout adhuc tenes et possides, pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites altare predictum tempore presentacionis et institucionis predictarum donacioni apostolice reservatum vel eius collacionem ad sedem apostolicam devolutam fuisse, teque posse propterea super eo imposterum molestari, nos volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod presentacio et institucio predicte, ut premittitur, facte et quecunque inde secuta perinde a data presencium .... valeant et plenam obtineant roboris firmitatem .... D. Auinione VIIII kal. Septembris a. octavo.

R. Av. 144 fol. 545. — De confirmatione praedicta etiam in R. Suppl. 28 fol. 179 + 3' brevis nota reperitur.

1133. *Compositio Leonis Dresnicer super annatis de parochiali ecclesia Teplensi.*

1360 Augusti 25.

De parrochiali ecclesia in Tepla Pragensis dioc. fuit facta confirmacio Leoni Dresvicer[a]) IIII kal. Januarii a. sexto. Composuit per procuratorem constitutum sufficienter videlicet Hulricum Michaelis plebanum in Krzywcz predicte dioc. die XXV mensis Augusti a. MCCCLX ad XXIII flor. ponderis camere et ad plus, si plus valeat annuale, solvendos a festo omnium sanctorum proxime venturo ad annum sub penis et sentenciis consuetis camere apostolice in Romana curia, presentibus Bernardo dicto Riusgstede et Henrico Werner Zwerinensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 292 fol. 37. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 300 nr. 190. — [a]) Corrige: ‚Dresnicer'. — Etiam in Coll. Alam. 4 fol. 8 et Coll. Alam. 290 fol. 52 de confirmatione praedictae ecclesiae prefato Leoni breves notae reperiuntur. — Conf. nr. 874.

1134. Compositio Swantoslai Petri de Slaucovia super annatis de parochiali ecclesia in Zbraslavicz.

1360 Septembris 1.

In omne ius et ad litem, quod competebat Vernero de Netolicz in parrochiali ecclesia de Swisslauicz[a]) Pragensis dioc., fuit subrogatus Swantoslauius Petri [de] Slaucouia clericus dioc. Cracoviensis XVI kal. Septembris a. octavo. Composuit die prima mensis Septembris a. MCCCLX ad XXX flor. camere vel taxam, solvendos camere apostolice in Romana curia infra festum nativitatis b. Marie anno MCCCLXI, presentibus domino Raymundo Oliverii et Henrico Verneri presbytero. — Arnaldus Johannis.

Anno LXVI et die penultima mensis Octobris, quia nobis asseruit, quod dicta subrogacione non usus fuit nec ipsam obtinuit[1]) nullosque fructus ex ea recepit, fuit scriptum collectori, quod si sit ita, non molestet, et fuit absolutus.

Coll. Alam. 292 fol. 38'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 303 nr. 200. — a) Corrige: ‚Sbrasslauicz‘. — 1) Conf. Tingl, Confirmationum lib. I pag. 186. — Conf. nr. 1126 et 1127.

1135. Johannes episcopus Tiniensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1360 Septembris 1.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota creatura vestra Johannes episcopus Tyniensis domini Rudolphi ducis Austrie ambaxiator . . . .

. . . .

Item supplicat S^ti^ V^re^, quatenus in personam dilecti sui capellani Johannis de Crudeyn[a]) presbyteri dioc. Luthomuslensis specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, cuius redditus et proventus, si cum cura XL, si sine cura XX marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, si quod vacat ad presens vel cum vacare contingerit, spectante ad collacionem etc. episcopi Luthomuslensis, eidem Johanni conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc. et cum clausulis aliis, non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

. . . .

Item supplicat S^ti^ V^re^, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Pauli condam Rogikonis de castro Burglinis clerici Pragensis dioc. specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. archiepiscopi Pragensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem Paulo dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Item supplicat eidem S^ti^ V^re^, quatenus Haym.[b]) filio[c]) Benedicti militi, castellano de Wissygradu concedere dignemini, quod possit eligere duodecim personas, quas duxerit nominandas, que sanctum sepulcrum dominicum valeant

visitare, ipsis et earum cuilibet licenciam dignemini impertiri cum clausulis oportunis ut in forma.

. . . .

Fiat de omnibus G. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione kal. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 247. — a) Corrige: ‚Crudim' b) Verisimiliter: ‚Hainrico'. c) ‚tia' Suppl.

1136. Johanni de Chrudim[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi Luthomuslensis, si vacat vel cum vacaverit. „Laudabilia probitatis" „Auinione kal. Septembris a. octavo. — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Frisingensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

I I
. X X . *Avinione, 1360 Septembris 1.*

R. Av. 142 fol. 414'. — a) ‚Crudoyn' Av,

1137. Paulo Rogikonis de Křivoklát (Bürglitz)[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad archiepiscopi Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum" „Auinione kal. Septembris pontificatus nostri a. octavo." — In e. m. episcopo Olomucensi et Pragensis ac s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis.*

I I
. X X . *Avinione, 1360 Septembris 1.*

R. Av. 143 fol. 493'. — a) ‚Castroburglinis' Av.

1138. Andreas dictus Hauser miles Pataviensis dioc., ambassiator Rudolphi ducis Austriae, supplicat, quatenus magistro Nicolao[a]) *dicto Laher decretorum doctori, presbytero Pataviensis dioc., de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Vissegradensis Pragensis dioc. provideatur. — „Fiat G. D. Auinione kal. Septembris a. octavo.*

Avinione, 1360 Septembris 1.

R. Suppl. 31 fol. 271. — a) ‚Nicholao' Suppl.

1139. Ortolfus archiepiscopus Salzeburgensis supplicat, quatenus Simoni de Legnicz de dignitate, personatu vel officio, ad collationem episcopi Vratislaviensis spectantibus, provideatur.

Avinione, 1360 Septembris 1.

Supplicat S[ti] V[re] humilis orator vester Ortolfus archiepiscopus Salzeburgensis . . . .

Item supplicat, quatenus dilecto capellano suo Symoni de Legnitz de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, vacantibus vel vacaturis, spectantibus ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis cum acceptacione etc. dignemini providere, non obstante, quod in Wratislauiensi et Posoniensi Strigoniensis dioc. ecclesiis canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam in Lauchse et in Birkenthretzin[a]) et in Blisch allodia consueta canonicis Wratislaviensibus assignari, Patauiensis et Wratislauiensis dioc. obtinet, cum canonicatum et prebendam ecclesie Posoniensis et parrochialem ecclesiam predictos paratus sit dimittere, postquam vigore presentis gracie quodcumque beneficium fuerit pacifice assecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis et executoribus.

Fiat G.

Item, quatenus propter gravia discrimina examen committere dignemini ad partes. Fiat G.

Et quod transeat sine alia leccione Fiat G

D. Auinione kal. Sept. a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 274. — a) Corrige: ‚Birkenchreczim'.

1140. *Episcopo Poznaniensi*[a]) *mandatur, quatenus Simoni de Legnicz dignitatem, personatum vel officium cum vel sine cura, ad collationem episcopi Vratislaviensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet, cum non obstantibus et sub conditionibus ut in supplicatione sub nr. 1139.*[b]) *„Dignum arbitramur" „Auinione kal. Septembris pontificatus nostri a. octavo."*

$\overline{X}$
. X . *Avinione, 1360 Septembris 1.*

R. Av. 143 fol. 159'. — Reg. apud Theiner, Mon. Pol I pag. 607. — a) ‚Posnaniensi' Av. b) ‚Birkenchertzin' Av.

1141 *Compositio Walteri Johannis Ossanni super annatis de altari Omnium Sanctorum in parochiali ecclesia s. Leonardi Pragensi.*

1360 Septembris 7.

Pater sanctissime, presentacionem, acceptacionem et collacionem auctoritate ordinaria factas Walthero quondam Johannis Ossanni presbytero Misnensis dioc. de altari Omnium Sanctorum in parrochiali ecclesia s. Leonardi Pragensi . . . . dignemini confirmare vel sibi de ipso de novo providere . . . . Die VII mensis Septembris a. MCCCLX composuit ad XII flor. camere et ad magis[valenciam] annualis, si plus valeat, solvendos infra festum nativitatis b. Marie a. MCCCLXI, presentibus Henrico Perhab.(!) et Johanne dicto Pastor de Aquis Leodiensis dioc. — Arnaldus Johannis.

Coll. Alam. 292 fol. 41. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 304 nr. 206. — Conf. nr. 1131 et 1132.

1142. *Johannes de Insula rector altaris s. Michaelis in ecclesia Vratislaviensi et Johannes Filialbi canonicus in ecclesia Lanciciensi supplicant, quatenus sibi de beneficiis suis invicem permutandis provideatur.*

Avinione, 1360 Septembris 12.

Confirmaciones Alamanorum . . . .

Pater sanctissime, Johannes de Insula S^tis^ V^re^ capellanus, rector altaris s. Michaelis in ecclesia Wratislauiensi et Johannes Filialbi canonicus prebendatus in ecclesia Latiticensi Gneznensis dioc., cupientes dicta eorum beneficia ex certis legitimis causis invicem permutare, ea in manibus domini Stephani archiepiscopi Tholosani eiusdem S^tis^ camerarii resignarunt; qui quidem archiepiscopus auctoritate vestra resignaciones huiusmodi admisit. Quare supplicant eidem S^ti^, quatenus Johanni de Insula de dictis canonicatu et prebenda et Johanni Filialbi de dicto altari dignemini misericorditer providere, cum clausulis et non obstantibus oportunis. [1])

Sanctissime pater, dignemini omnes predictas supplicaciones non cancellatas signare et, ut petitur, mandare expediri, dummodo in petitis beneficiis non fuerit alteri ius quesitum.

Fiat G. Et sine leccione fiat G.

D. Auinione II id. Septembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 291'. — [1]) Eadem supplicatio in Coll. Alam. 292 fol. 49 reperitur. (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 319 nr. 249.)

1143. *Petrus de Bohemia supplicat, quatenus Slavatae Sdinconis de Útěchovicz beneficium, personatus seu officium, ad collationem archiepiscopi Pragensis spectantia, reserventur.*

Avinione, 1360 Septembris 24.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus orator vester frater Petrus de Boemia ordinis predicatorum professor, penitenciarius S^tis^ eiusdem, quatinus sibi in personam dilecti sui nepotis Slauate Sdinconis de Wtecouicz, presbyteri Olomucensis dioc. specialem graciam facientes, eidem beneficium ecclesiasticum, personatum seu officium cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem vel provisionem domini archiepiscopi Pragensis, vacantes vel vacans aut proxime vacaturos vel vacaturum, conferendos seu conferendum dicto Slauate donacioni apostolice dignemini reservare cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, seu quod idem Slauata beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis pertinens communiter vel divisim auctoritate litterarum vestrarum noscitur expectare [1]) et aliis non obstantibus ut in forma; vel similem sibi graciam facientes, [eidem beneficium ecclesiasticum] spectans ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis [dignemini reservare].

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.
D. Auinione VIII kal. Octobris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 296. — [1]) Conf. nr. 915

1144. *Slavatae Sdinconis de Útěchovicz*[a]) *reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi Vratislaviensis, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1143. „Vite ac morum" „Auinione VIII kal. Octobris a. octavo." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Avinione, 1360 Septembris 24.*

R. Av. 142 fol. 125'. — [a]) ‚Slauate Sdiconis de Wtecouitz' Av.

1145. *Abbati monasterii Podlažicensis indulgetur, ut pontificalibus uti et in locis eidem monasterio subiectis benedictionem elargiri possit.*

L . *Avinione, 1360 Septembris 28.*

D. f. Domaslao abbati monasterii Podlazicensis ordinis s. Benedicti Luthomuslensis dioc. salutem etc. Exposcit tue devocionis . . . . Hinc est, quod nos tuis supplicacionibus inclinati, ut tu et successores tui, abbates dicti monasterii, qui erunt pro tempore, in divinis officiis mitra, baculo, anulo, sandaliis et aliis pontificalibus insigniis libere possitis uti, nec non in dicto monasterio ac prioratibus et locis aliis eidem monasterio subiectis benediccionem super populum post missarum, vesperorum et matutinorum officia solemnem, dummodo in benediccione huiusmodi aliquis antistes vel legatus sedis apostolice presens non fuerit, elargiri possitis, felicis recordacionis Alexandri pape IIII, predecessoris nostri, et aliis quibuscunque constitucionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, tibi et eisdem successoribus auctoritate apostolica de speciali gracia tenore presencium indulgemus . . . . D. Auinione IIII kal. Octobris a. octavo.

R. Av. 144 fol. 331. — In marg. sin.: ‚De camera per A.'

1146. *Carolus Romanorum imperator cum episcopo Vratislaviensi, abbatissa et conventu monasterii Strelinensis supplicat, quatenus eidem monasterio diversae gratiae concedantur; idem imperator supplicat, quatenus officium de corona domini et de s. Hedwigi in conventibus fratrum minorum per provinciam Saxoniae celebrari valeat.*

Avinione, 1360 Octobris 11.

Supplicat devotissimus vester filius Karolus imperator Romanorum una cum episcopo Wratislauiensi et devotis vestris filiis abbatissa et conventu[a]) monasterii in Strelyn ordinis s. Clare Wratislauiensis dioc., quod, cum venerabilis in Christo dominus Gentilis cardinalis, olim in Polonie partibus sedis apostolice legatus,[1]) de consensu episcopi et capituli sui parrochiales ecclesias s. Michaelis in Strelyn et Albam Ecclesiam prope opidum Strelyn Wratislauiensis dioc., de eorum patronatu existentem, propter sterilitatem et paupertatem ipsius monasterii et alias legitimas causas dicto monasterio alias canonice unierunt et incorporaverunt, et ipsarum pretextu predicta abbatissa et conventus pacificam possessionem predictarum ecclesiarum ad quinquaginta annos fuerint et sint assecute, quas uniones et dismembraciones et predictas incorporaciones et omnia inde secuta grata et rata habere dignemini et ex certa sciencia cum insercione tenoris confirmare predictis et aliis non obstantibus quibuscunque.

Exhibeantur in cancellaria uniones, et si racionabiles fuerint, confir-mentur G.

Item eidem S[ti] V[re] supplicant abbatissa et conventus Strelinensis, ut possessiones et alia bona mobilia et inmobilia, que sorores ipsarum liberas in seculo racione successionis vel quocunque alio iusto titulo eas contingat, propter paupertatem ipsarum petere, recipere ac libere retinere ut valeant sine iuris alieni preiudicio aliis quibuscunque non obstantibus.

Fiat, in forma, G.

Item eidem S[ti] V[re] supplicat nobilis puella abbatissa Strelinensis, quatenus eidem concedere dignemini indulgenciam in articulo mortis semel.

Fiat G.

Item eidem S[ti] V[re] supplicat devotissimus filius vester Karolus Romanorum imperator, quod officium de corona domini et officium de s. Hedwige, patrona terre Polonie, possint per provinciam Saxonie in conventibus fratrum minorum et in monasteriis ordinis s. Clare solempniter peragere, sicut per omnes kathedrales ecclesias in predictis partibus communiter peragitur.

Fiat, nisi aliud obsistat, G.

Item eidem S[ti] V[re] supplicant abbatissa et conventus Strelinensis, quod cum illustres principes Bernardus, Poliko et Henricus fratres, duces Slezie, in remedium animarum suarum germane sue abbatisse et conventui Strelinensi viginti marchas in Strelin, viginti in Jawir et viginti in Stregouia sub forma perpetui testamenti contulerint, et pretextu ipsarum abbatissa et conventus pacificam possessionem dictarum ultra XXX annos fuerint et sint assecute, hec et omnia inde secuta grata et rata habere dignemini et ex certa sciencia confirmare, aliis quibuscunque non obstantibus.

Fiat in forma G.

Item concedere dignemini plenam indulgenciam in articulo mortis decem personis in vestra cancellaria nominandis.

Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione V id. Octobris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 303'. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 304. — a) ‚conventus' Suppl. — 1) Legatio cardinalis Gentilis 1308—1311.

1147. *Abbatissae et conventui monasterii Strelinensis*[a]) *ordinis s. Clarae Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, quae sorores eiusdem monasterii, si in saeculo remansissent, ex successionibus vel alio iusto titulo contigissent, petere, recipere, retinere valeant. „Religionis vestrae" „Auinione V id. Octobris a. octavo."*

V̄ .X. *Avinione, 1360 Octobris 11.*

R. Av. 144 fol. 392. — Reg. apud Eubel Bullarium Francisc. VI pag. 332 nr. 796 — a) ‚Screlinensis' Av.

1148. *Annae abbatissae monasterii Strelinensis*[a]) *ordinis s. Clarae Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione V id. Octobris a. octavo."*

.X̿. *Avinione, 1360 Octobris 11.*

R. Av. 144 fol. 474 et R. Av. 145 fol. 541. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV pag. 302 et apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 333 nr. 802 et pag. 327 nr. 781. — a) ‚in Strelim' Av. 144, ‚Strolun' Av. 145.

1149. *Archiepiscopo Magdeburgensi et Vratislaviensi ac Misnensi episcopis mandatur, quatenus fratribus minoribus et monialibus ordinis s. Clarae in partibus Saxoniae apostolica auctoritate concedant, ut festum de spinea corona, in ecclesiis cathedralibus dictarum partium iam diu ordinatum, eodem modo solenni in locis et monasteriis suis agere possint. „Dominus noster" „Auinione V id. Octobris a. octavo."*

V̄ .X. *Avinione, 1360 Octobris 11.*

R. Av. 144 fol. 392'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 606.

1150. *Archiepiscopo Magdeburgensi et Vratislaviensi ac Misnensi episcopis mandatur, quatenus fratribus minoribus et monialibus ordinis s. Clarae in partibus Saxoniae apostolica auctoritate concedant, ut festum s. Hedwigis, ita solenniter ut in ecclesiis cathedralibus celebrare possint. „Sedes apostolica" „Auinione V id. Octobris a. octavo."*

V̄ .X *Avinione, 1360 Octobris 11.*

R. Av. 144 fol. 392'. — Ed. apud Theiner, Mon. Pol. I pag. 607.

1151. Jacobo de Stachau[a]) Vratislaviensis dioc. ordinis fratrum minorum professori indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Avinione V id. Octobris a. octavo."

Avinione, 1360 Octobris 11.

R. Av. 144 fol. 474. — Reg. apud Eubel, Bullarium Francisc. VI pag. 327 nr. 781. — [a]) ‚Jacobo Stachaw' Av.

1152. Preczlaus episcopus Vratislaviensis supplicat, quatenus Petro de Opulia de beneficio ecclesiastico, ad episcopi Vratislaviensis collationem spectante, provideatur.

Avinione, 1360 Octobris 12.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus orator vester Preczlaus episcopus Wratislauiensis, quatenus sibi in personam dilecti sui Petri de Opul officialis sui, magistri in artibus et in iure canonico periti, specialem graciam facientes, eidem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, dignemini providere; non obstante, quod in Wratislauiensi et Lubucensi ac s. Crucis Wratislauiensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet, quos quidem canonicatum et prebendam dicte ecclesie s. Crucis paratus est dimittere, cum vigore presencium possessionem pacificam alicuius beneficii fuerit assecutus; cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione IIII id. Octobris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 308'.

1153. Pro infrascriptis personis supplicatur, quatenus provisio de parochiali ecclesia in Jermeřicz et de vicaria praepositurae ecclesiae Pragensis ac praesentatio ad parochialem ecclesiam in Zbraslavicz eis factae confirmentur.

Avinione, 1360 Octobris 14.

Item presentacionem ac collacionem et provisionem inde subsecutas,[a]) auctoritate ordinaria factas Conrado Fontarii[b]) de Znoyma de parrochiali ecclesia in Jermerziez[c]) Olomucensis dioc. et omnia inde secuta ex certa sciencia dignemini confirmare vel sibi de ipsa de novo providere, eciam si fuerit reservata, vel eius collacio[d]) ad sedem apostolicam devoluta, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

. . . .

Item collacionem et provisionem auctoritate litterarum V^re^ S^tis^ factas Conrado alias Cunssoni Henrici[e]) diacono de vicaria prepositure ecclesie Pra-

gensis, quam pacifice possidet, et omnia inde secuta ex certa sciencia dignemini confirmare vel sibi de ipsa de novo providere, eciam si fuerit reservata, vel eius collacio ad sedem apostolicam devoluta, aut per illicitam detencionem alicuius predecessoris ipsius vacaverit; non obstante, quod prebendam in ecclesia s. Georgii in castro Pragensi noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Item cum Lucas de Rosdyelowicz[f]) presbyter fuisset ad parrochialem ecclesiam in Swislawicz[g]) Pragensis dioc. vacantem diocesano episcopo presentatus per quosdam, ad quos dicebatur presentacio dicta pertinere, et Wernherus de Netolicz presbyter dicte dioc. vigore gracie in forma communi sibi facte dictam ecclesiam acceptasset sibique fecisset de ipsa provideri et se in possessionem induci, ut dicebat, ac propterea inter partes ipsas coram . . officiali Pragensi diucius litigatum fuisset, tandemque idem officialis dictam presentacionem de ipso Luca factam pronunciavit fuisse et esse canonicam prefatoque Wernhero nullum ius competiisse nec competere in dicta ecclesia ac sibi perpetuum silencium imposuit super ea, a qua sentencia pro parte ipsius Wernheri fuit ad sedem apostolicam appellatum, liteque propterea in Romana curia diucius ventilata, post conclusionem inibi factam et ante sentenciam idem Wernherus in eadem curia viam universe carnis extitit ingressus, supplicat idem Lucas, quatinus ad tollendam omnem occasionem seu[h]) materiam questionis sive litis, eundem Lucam dignemini surrogare in omni iure et ad omne ius, si quod dicto Wernhero in dicta ecclesia competebat seu competere poterat, ac de illo providere eidem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ac clausulis et non obstantibus oportunis.[1])

. . . .

Dignemini omnes predictas supplicaciones non cancellatas, prout petitur, signare et, ut petitur, mandare expediri, dummodo in petitis beneficiis non fuerit alteri ius quesitum.

Fiat G.[i])

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II id. Octobris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 316'—317, Coll. Alam. 292 fol. 56', 57', 59. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 327, 328. — a) ‚secutas' Coll. b) ‚Feucarii' Coll. c) ‚Jermerziz' Coll. d) ‚collatio fuerit' Coll. e) ‚Cunrado alias Cinissoni Heinrici' Coll. f) ‚Rozdyelowiz' Coll. g) ‚Swilawicz' Suppl., ‚Swislawicz' Coll. h) ‚et' Coll. i) ‚Dignemini — Fiat G.' deest in Coll. — [1]) Conf. nr. 1126.

1154. *Radulpho Trauers clerico Constantiensis*[1]) *dioc. reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, ad collationem monasterii s. Salvatoris Vicecomitis ordinis s. Benedicti Constantiensis dioc. pertinens. „Laudabilia probitatis" „Auinione XI kal. Novembris a. octavo." — In e. m. archidiacono Pragensis et Michaeli Benini canonico Lingonensis ecclesiarum ac officiali Constantiensi.*

Avinione, 1360 Octobris 22.

Av. 142 fol. 423. — [1]) Coutances in Francia.

1155. *Adae[a]) abbati monasterii Trebecensis[b]) ordinis s. Benedicti Olomucensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione X kal. Novembris a. octavo.“*

Avinione, 1360 Octobris 23.

R. Av. 142 fol 536. — a) ‚Ade‘ Av. b) ‚Trebetensis‘ Av.

1156. *Solutio pecuniae per Guilelmum de Lestkov collectorem in provincia Pragensi recollectae.*

1360 Octobris 27.

Anno a nativitate domini millesimo CCCLX, indiccione XIII, pontificatus .... Innocencii .... pape sexti a. octavo die XXVII mensis Octobris recepti fuerunt a domino Guillelmo de Lastav[a]) decano ecclesie Vicegradensis, collectore apostolico in provincia Pragensi auctoritate apostolica specialiter deputato, de pecuniis per eum in dicta sua collectoria receptis et recollectis ad cameram pertinentibus, ipso manualiter recipiente — III^{C} floreni sentencie.

Int et Exit (1360) 293 fol. 71. — Ed. apud Kirsch, Kollektorien pag. 388. — a) Corrige: ‚Lescav‘. — In marg. super.: ‚Collector Boemie‘.

1157. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus provisio Theoderico de Litovia facta de decanatu Vratislaviensi et acceptatio eiusdem decanatus confirmetur.*

Avinione, 1360 Novembris 19.

Significat S^{ti} V^{re} devotus filius vester Karolus Romanorum imperator et Boemie rex, quod olim dilectus sibi Theodricus de Lithouia clericus et curie sue notarius decanatum ecclesie Wratislauiensis tunc, ut dicebatur, vacantem per obitum quondam Johannis de Zedlicz, qui pro ipsius ecclesie decano se gerebat et decanatum ipsum, dum viveret, possidebat, extra Romanam curiam defuncti, vigore quarundam vestrarum litterarum acceptavit et de illo sibi provideri fecit eumque extunc pacifice possedit, prout possidet. Cum autem, pater sanctissime, a nonnullis dubitetur, quod dictus Johannes ius non habuerit in dicto decanatu, et quod ipse decanatus ad quondam Albertum de Bochnia, qui nuper extra curiam Romanam decessit, pertinebat, supplicat idem imperator, quatenus sibi in personam dicti Th. specialem graciam facientes, dignemini acceptacionem et provisionem predictas et omnia inde secuta premissis non obstantibus ex certa sciencia confirmare vel sibi de dicto decanatu de novo providere, eciam si decanatus ipse alio quovismodo vacet, et eciam si eius collacio per devolucionem aut reservacionem seu alias quomodocunque ad sedem apostolicam pertineat, et nichilominus Th. in iure, si quod predicto Alberto in eodem decanatu, dum

viveret competebat, subrogare dictumque ius sibi conferre; non obstante, quod idem Th. canonicatus et prebendas in capella s. Egidii Wratislanie et in capella regia Omnium Sanctorum in castro Pragensi noscitur obtinere, et quod de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Pragensi sibi providistis et cum aliis non obstantibus clausulisque oportunis ac executoribus.

Fiat nisi alteri fuerit ius quesitum G.

Item dignemini examen ipsius ad partes committere. Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione XIII kal. Decembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 326. — In marg. dext.: ‚Pro camera‘.

1158. *Theoderico de Litoria*[a]) *collatio decanatus ecclesiae Vratislaviensis ei facta sub conditionibus et obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1157 confirmatur. „Laudabilia probitatis“ „Auinione XIII kal. Decembris a. octavo“*

V

. *X* . *Avinione, 1360 Novembris 19.*

R. Av. 144 fol. 363. — [a]) ‚Lithouia‘ Av.

1159. *Carolus Romanorum imperator supplicat, quatenus cum Jodoco nato Johannis marchionis Moraviae et Elisabeth filia Stephani ducis (Transsylvaniae), fratris regis Ungariae, super matrimonio contrahendo dispensetur.*

Avinione, 1360 Novembris 19.

Significat Sti Vre devotus filius vester Karolus imperator, quod inter Iodocum natum Johannis marchionis Moranie, germani sui, ex una parte, et Elizabeth natam quondam Stephani ducis . . . .[a]) fratris regis Vngarie, ex alia, precedentibus hinc inde nonnullis colloquiis consanguineorum et amicorum suorum de contrahendis sponsalibus, cum Jodocus et Elizabeth predicti sint impuberes, certus habitus est tractatus; verum cum iidem Jodocus et Elizabeth quarto consanguinitatis gradu invicem se contingant, propter quod huiusmodi sponsalia licite contrahere nequeunt, dispensacione apostolica super hoc non obtenta, humiliter supplicat dictus imperator et impuberes predicti, quatenus cum eisdem Jodoco et Elizabeth, quod huiusmodi sponsalia invicem licite contrahere valeant, vel si iam contraxerunt, in eis remanere et deinde, cum ad etatem aptam pervenerint, matrimonialiter copulari possint, dignemini auctoritate apostolica dispensare, prolem exinde suscipiendam legitimam nunciando.

Fiat G.

Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XIII kal. Decembris a. octavo.

R. Suppl. 31 fol. 326'. — [a]) Pro nomine Transsylvaniae supplendo hic spatium est relictum; ad quod in marg. dext. sequens alia manu scripta adnotatio pertinet: ‚Simile spacium in originali.‘

1160. *Cum Jodoco nato Johannis marchionis Moraviae et Elisabeth*[a]) *filia Stephani nati clarae memoriae Caroli regis Ungariae*[b]) *super matrimonio contrahendo dispensatur. „Romani pontificis" „Avinione XIII kal. Decembris a. octavo."*
. X̿. *Avinione, 1360 Novembris 19.*

R. Av. 144 fol. 548'. — a) ‚Elizabeth' Av. b) ‚Vngarie' Av.

1161. *Compositio Theodorici de Litovia super annatis de decanatu ecclesiae Vratislaviensis.*
1360 Novembris 27.

Theodorico de Litouia clerico fuit confirmata acceptacio et provisio per ipsum et sibi facta de decanatu ecclesie Wratislauiensis virtute litterarum apostolicarum vel sibi de eo de novo provisum, et fuit subrogatus in iure, si quod competebat in dicto decanatu Alberto de Becchina[a]) tempore mortis suae XIII kal. Decembris a. VIII. — Die XXVII mensis Novembris a. MCCCLX obligavit se Harbardus Czadkonis canonicus Pragensis, in se honus debiti suscipiens pro dicto Theodorico, ad mediam partem fructuum et emolumentorum unius anni dicti decanatus, solvendam camere apostolice in curia Romana in festo nativitatis domini millesimo CCCLII (!),[b]) presentibus Guidone de Valeta et R[aymun]do de Rebombigis Caturcensis dioc. — Arnaldus Gal[celini].

Coll. Alam. 292 fol. 62'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 332 nr. 293. — a) Corrige: ‚Bochnia' b) Corrige: ‚CCCLXII'. — Conf. nr. 1157 et 1158.

1162. *Francisco nato Johannis cultellificis et Catherinae*[a]) *eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione V kal. Decembris a. octavo."*
Avinione, 1360 Novembris 27.

R. Av. 144 fol. 469. — a) ‚Katherine' Av.

1163. *Arnesto archiepiscopo Pragensi conceditur facultas conferendi canonicatum et praebendam ecclesiae Boleslaviensis alicui personae idoneae.*
X
. X. *Avinione, 1360 Novembris 28.*

Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi salutem etc. Cum, sicut accepimus, d. f. Johannes de Drasicz canonicus ecclesie Boleslauiensis tue dioc. canonicatum et prebendam, quos in eadem ecclesia obtinet, intendat ex certis racionabilibus causis libere resignare, fraternitati tue recipiendi apud sedem

apostolicam auctoritate nostra ab eodem Johanne vel procuratore suo ad hoc specialiter constituto liberam resignacionem dictorum canonicatus et prebende ac iurium et pertinenciarum ipsorum, ipsaque recepta conferendi canonicatum et prebendam eosdem apud eandem sedem sic vacantes, eciam si sint generaliter vel specialiter disposicioni apostolice reservati, ... alicui persone ydonee, de qua videris expedire, ... plenam tenore presencium concedimus facultatem. D. Auinione IIII kal. Decembris a. octavo.

R. Av. 142 fol. 251'.

1164. *Nota de solutione pecuniae Pesquini Wersi civis Cracoviensis, quam recepit Obertus de Plana civis et mercator Astensis,*[a]) *socius societatis Anthonii et Guidonis de Malabayla mercatorum Astensium, cum sequens Romanam curiam haberet potestatem recipiendi nomine camerae apostolicae a quibuscunque nunciis apostolicis in Ungariae,*[b]) *Bohemiae et Poloniae regnis ac partibus Alamanniae per sedem apostolicam deputatis vel procuratoribus eorundem pecuniarum summas camerae apostolicae debitas. „Die XII Decembris [a. . . . . millesimo CCC sexagesimo, indiccione XIII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. octavo].“* [c])

1360 Decembris 12.

Int. et Exit. (1360) 293 fol. 35'. — [a]) ‚Estensis‘ Int. [b]) ‚Vngarie‘ Int. [c]) Suppletum ex folio 27.

1165. *Judicibus mandatur, quatenus Bohuslaum abbatem monasterii Siloensis et complices eius, qui Venceslaum canonicum eiusdem monasterii parochiali ecclesia de Iglavia non absque crudeli manuum iniectione spoliaverunt, eundem canonicum in carcere detinentes, excommunicatos nuncient, donec super praedictis satisfecerint.*

X . *Avinione, 1360 Decembris 12.*

Dilectis filiis . . abbati Brewnouiensi prope Pragam et preposito in Riudnicz[a]) Pragensis dioc. per prepositum soliti gubernari monasteriorum ac Petro Cuncindorf canonico Pragensi salutem etc. Significavit nobis d. f. Wencellaus[b]) canonicus monasterii Siloensis ordinis Premonstratensis ac rector parrochialis ecclesie in Yglauia Pragensis et Olomucensis dioc., quod licet olim ipse predictam ecclesiam, consuetam per canonicos dicti monasterii gubernari, tunc vacantem, fuisset canonice assecutus eamque per plures annos tenuisset et possedisset et tunc eciam tene[re]t et posside[re]t pacifice et quiete fructus percipiendo ex ea, tamen Bohuslaus, qui se gerit pro abbate dicti monasterii, ad domum rectoris et ecclesie predictorum accedens, ipsum rectorem absque causa racionabili et indebite et iniuste predicta parrochiali ecclesia et eius possessione contra iusticiam spoliavit, ac eum per nonnullos familiares suos non absque manuum iniectione in eum dei timore postposito temere violenta capi et detineri ausu sacrilego mandavit et fecit, ipsique familiares de predicti Bohuslai mandato et

voluntate eundem rectorem usque ad non modicam sanguinis effusionem crudeliter verberare et eum super unum equum per transversum bestiali more ligatum de dicta dioc. Olomucensi ad predictam dioc. Pragensem secum violenter abducere, ipsumque in prefato monasterio diris carceribus mancipare ausu simili presumpserunt ipsumque extunc detinuerunt prout detinent eisdem carceribus mancipatum et predicta ecclesia spoliatum in divine maiestatis offensam et predicti rectoris preiudicium non modicum et gravamen et scandalum plurimorum. Et licet ven. fr. noster episcopus Olomucensis, in cuius dioc. delicta huiusmodi perpetrata fuerunt, contra eundem Bohuslaum et eius complices propter premissa nonnullos processus fecerit excommunicacionis sententias continentes, tamen prefatus Bohuslaus, cuidam frivole appellacioni, quam ab eodem episcopo et eius processibus se interposuisse pretendit, inherens, predictas excommunicacionis sentencias sustinuit et adhuc sustinet animo indurato. Quare pro parte dicti rectoris fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum sibi, nisi celeriter succurratur eidem, mortis periculum timeatur verisimiliter imminere, providere sibi super premissis de oportuno remedio de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur nolentes, sicut nec debemus, premissa, si veritate nitantur, incorrecta relinquere, discrecioni vestre .... mandamus, quatenus, si est ita, predictos sacrilegos tamdiu appellacione remota excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab omnibus arcius evitari, donec super hiis satisfecerint competenter et cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi, super aliis vero vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari .... D. Avinione II id. Decembris a. octavo.

R. Av. 144 fol. 363'. — a) Corrige: ‚Rudnicz'. b) Corrige: ‚Wenceslaus'.

1166. *Solutio partis servitii Nicolai abbatis monasterii Milocensis.*

1360 Decembris 24.

Die eadem [XXIIII Decembris a. millesimo CCC sexagesimo, indiccione decima tercia, pontificatus ... Innocencii .... pape VI a. octavo][a]) recepti fuerunt a domino fratre Nicolao abbate monasterii Milocensis ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro parte partis sui communis servicii solvente per manus Johannis de Arauicz procuratoris sui — XXXIIII floreni.

Int. et Exit. (1360) 293 fol. 23'. — a) Suppletum ex pagina praecedente et ex folio 7.

1167. *Nicolaus abbas monasterii Milocensis quitatur de solutione partis suorum servitiorum camerae sacri collegii.*

Avinione, 1360 Decembris 24.

Universis etc. Stephanus [. . . . archiepiscopus Tholosanus, domini pape camerarius, ... Ad universitatis vestre noticiam tenore presencium deducimus][a]), quod dominus frater Nicholaus abbas monasterii Miliocensis ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro parte partis sui communis servicii . . . . triginta quatuor florenos auri prefate camere nec non pro parte partis IIII serviciorum familiarium etc. sex florenos auri clericis etc. per manus Johannis de Nauitz[b]) procuratoris sui tempore debito solvi fecit . . . . Verum [intellecta mole gravaminum . . . .],[a]) que ipsum ad solvendum illas pecuniarum quantitates, quas racione sui communis servicii [. . . . termino nondum elapso solvere tenebatur, reddebant . . . . impotentem][a]), ... usque ad festum resurrexionis domini proxime venturum terminum sibi[c]) duximus prorogandum . . . . D. Auinione die XXIIII mensis Decembris a.[d]) domini LX, indiccione (!) et pontificatus a. octavo.

Obl. et Sol. 32 fol. 92, 33 fol. 178'. — [a]) Suppletum ex prima littera in fol. 1. [b]) ‚Nauicz' Obl. 33. [c]) ‚sibi d. prorog.' deest in Obl. 32. [d]) ‚a dom. LX' deest in Obl. 32.

1168. *Pro Henrico de Fürstenwalde supplicatur, quatenus collatio ei facta de cantoria ecclesiae Lubucensis confirmetur.*

[1360?][1])

Item collacionem auctoritate ordinaria factam Henrico de Furstenwalde de cantoria ecclesie Lubicensis, tunc vacante ex eo, quod Petrus de Cuntzendorf nuper cantor dicte ecclesie ipsam cantoriam in manibus domini Lubucensis episcopi libere resignavit, quam idem H[enricus] tenet et possidet pacifice et quiete, dignemini modo simili confirmare vel sibi de ipsa cantoria de novo providere, non obstantibus reservacionibus quibuscunque, seu quod idem H[enricus] altare s. Katherine situm in ecclesia parrochiali in Furstenwalde Lubucensis dioc. noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Coll. Alam. 5 fol. 90'. — [1]) In fol. 88 huius codicis notae de pontificatus anno septimo (1359) reperiuntur, fol. 89 deest, in fol. 91 eadem manu similis nota de diocesi Leodiensi ex anno 1360 reperitur.

1169. *Vojko Galli de Praga supplicat, quatenus collatio altaris s. Lucae in ecclesia Pragensis sibi confirmetur aut de eodem altari de novo provideatur.*

Avinione, 1361 Januarii 19.

Significat S^ti^ V^re^ devotus vester Woyko quondam Galli de Praga cantor ecclesie Pragensis, quod, cum altare s. Luce in dicta ecclesia ex eo vacaret, quia Fredericus Stromer, quondam ipsius altaris altarista, mediam prebendam in dicta ecclesia cum predicto altari incompassibilem auctoritate litterarum S^tis^ V^re^ esset assecutus,[1]) decanus et capitulum dicte ecclesie eidem Woykoni de dicto altari providerunt, ipseque Woyko ipsius altaris possessionem est as-

secutus. Quare supplicat eidem S[ti] prefatus Woyko, quatenus, cum nonnulla talia beneficia, que modo premisso vacant, apostolice sedis disposicioni asserantur reservata, dictam provisionem confirmare aut eidem Woykoni de novo de predicto altari dignemini graciose providere, non obstante, quod cantoriam dicte ecclesie, que est simplex officium et adeo exile, quod de ipsius proventibus sustentacionem congruam habere non potest, noscitur obtinere et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione, cum commissione examinis ad partes. Fiat G.

D. Auinione XIIII kal. Februarii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 10'. — ¹) Conf. nr. 1013. — De confirmatione praedicta ,Woyco quondam Gualli' facta in Coll. Alam. 292 fol. 64' brevis nota reperitur (Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 336 nr. 308).

1170. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus super concessione sub nr. 1163 oraculo vivae vocis sibi facta litterae bullatae sibi dentur.*

Avinione, 1361 Januarii 19.

Sanctissime pater, cum alias videlicet XXVIII die mensis Novembris S[tas] V[ra] devoto vestro Arnesto archiepiscopo Pragensi potestatem recipiendi auctoritate S[tis] V[re] renunciacionem liberam canonicatus et prebende a domino Johanne de Drasicz seu ipsius procuratore, quos idem Johannes obtinet in ecclesia collegiata Boleslauiensi Pragensis dioc., illosque canonicatum et prebendam post huiusmodi renunciacionem eadem auctoritate persone ydonee conferendi oraculo vive vocis commiserit, ¹) dignetur S[tas] V[ra] committere reverendissimo patri domino episcopo Penestrino, ut super huiusmodi potestatis concessione faciat fieri litteras bullatas cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat G.[a])

D. Auinione XIIII kal. Februarii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 10', Coll. Alam. 292, fol. 65. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 336. — a) ,Fiat G.' deest in Coll. — ¹) Conf. nr. 1163. — In marg. dext.: ,pro camera'.

1171. *Catharina ducissa Austriae supplicat, quatenus Johanni Weichardi de Hippersdorf*[a]) *clerico Pataviensis dioc. de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Olomucensi provideatur et examen ad partes committatur. „Fiat G. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XII kal. Februarii a. nono.“*

Avinione, 1361 Januarii 21.

R. Suppl. 32 fol. 12'. — a) ,Hippeldorf' Suppl.

1172. *Officiali Pataviensi mandatur, quatenus Johanni Weichardi de Hippersdorf[a]) de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione XII kal. Februarii a. nono."*

X
. X .

Avinione, 1361 Januarii 21.

R. Av. 147 fol. 8. — a) ‚Hippelsdorf' Av.

1173. *Egidius episcopus Vicentinus supplicat, quatenus Johanni Nuccii, Reinerio quondam Jacobi de Lanfranchis militis, Henrico de Girberlsrath[a]) clerico Coloniensis dioc., Johanni Vleutaler clerico Augustensi, Werlino Ludovici de Rattelsdorf[b]) militis, familiarium suorum, qui sibi in itinere, quo missus fuit per papam ad partes Alamanniae, Bohemiae et Ungariae,[c]) fideliter servierunt et serviunt, diversae gratiae concedantur. — „Fiat de omnibus G. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XII kal. Februarii a. nono."*

Avinione, 1361 Januarii 21

R. Suppl. 32 fol. 13. — a) ‚Heinrico de Girberczrode' Suppl. b) ‚Ratolczdorf' Suppl.) ‚Vngarie' Suppl.

1174. *Johannis episcopus Luthomuslensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1361 Januarii 21.

Supplicat S[ti] V[re] humilis creatura vestra Johannes episcopus Luthomuslensis, [d.] f. vestri domini Karoli Romanorum imperatoris cancellarius,[a]) quatenus sibi in personam dilecti sui Miliczii de Chremser clerici Olomucensis dioc., imperialium litterarum correctoris, specialem graciam facientes, ei de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem etc. archiepiscopi ecclesie Pragensis, et eciam si in ecclesia ipsa fuerit, cum acceptacione etc. et omnibus non obstantibus et executoribus dignemini providere.

Item supplicat, quatenus Johanni Berlini de canonicatu sub expectacione prebende cum cura vel sine cura ecclesie Olomucensis, si vacant vel cum simul aut successive vacabunt, cum acceptacione etc. dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Grecz Pragensis dioc. obtinet, cum omnibus non obstantibus et executoribus ut supra.

Item supplicat, quatenus dilecto nepoti suo Andree filio Ebirwini clerico Luthomuslensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis, vacante vel vacaturo, cum acceptacione etc. dignemini providere, cum non obstantibus ut supra.

Item supplicat, quatenus Johanni Mule litterarum imperialium regestratori providere dignemini de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capi-

tuli ecclesie Wissegradensis Pragensis [dioc.], vacante vel vacaturo, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Abbateshagen Zwerinensis dioc. obtinet, cum clausulis ut supra.

Fiat de omnibus non cancellatis G.

Item supplicat, quatenus propter gravia viarum pericula examen committere dignemini ad partes. Et quod transeant sine alia leccione.

Fiat G.

D. Auinione XII kal. Februarii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 17. — a) ‚cancellarii' Suppl.

1175. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Miliczio de Cremsir*[a]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad archiepiscopi Pragensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione XII kal. Februarii a. nono."*

X

. X . *Avinione, 1361 Januarii 21.*

R. Av. 145 fol. 242'. — a) ‚Chremsir' Av.

1176. *Theodericus episcopus Mindensis supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1361 Januarii 22.

Supplicat S[ti] V[re] devota factura vestra Theodericus episcopus Mindensis, quatenus in personam sui dilecti notarii Ludolphi dicti Rusche, clerici Caminensis dioc., graciam facientes, de ecclesia parrochiali in Steten Herbipolensis dioc. . . . . dignemini providere, cum aliis non obstantibus ac clausulis oportunis ac executoribus, ut in forma.[a])

Sine alia leccione.

Item, quatenus Johanni Steubel clerico Misnensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia collegiata Boliczlauiensi Pragensis dioc., si qua vacat vel vacare contingerit, de benignitate sedis apostolice misericorditer dignemini providere, non obstante, quod altare perpetuum in monasterio Puzmirensi Olomucensis dioc. noscitur obtinere et aliis non obstantibus et cum executoribus ut in forma.

Sine alia leccione et committatur examen ad partes.

Item dignemini providere Lippoldo Conradi de Maschow presbytero Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem . . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim, eciam si fuerit in ecclesia principali, et cum decreto, executoribus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat de omnibus G. Sine alia leccione et committatur examen ad partes. Fiat G. D. Auinione XI kal. Februarii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 12'. — a) In marg. dext.: ‚Pro camera.' — Conf. Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea král. Českého LXIV) pag. 509.

1177. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Steubel de canonicatu ecclesiae Boleslaviensis*[a]) *Pragensis dioc. sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1176. „Dignum arbitramur" „Auinione XI kal. Februarii pontificatus nostri a. nono."*

X
. X .

Avinione, 1361 Januarii 22.

R. Av. 147 fol. 473. — a) ‚Bolizlauiensis' Av.

1178. *Rudolphus dux Austriae supplicat, quatenus Johanni filio Pertholdi de Customer*[a]) *clerico Olomucensis dioc. de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Curiensis provideatur. — „Fiat G. D. Auinione XI kal. Februarii a. nono."*

Avinione, 1361 Januarii 22.

R. Suppl. 32 fol. 14. — a) ‚Chuniz' Suppl.

1179. *Innocentius VI Carolum imperatorem hortatur, quatenus contra pravas confoederationes, quae post pacem inter Franciae et Angliae reges reformatam surrexerunt et versus civitatem Avinionensem accesserunt, auxilium sibi praestet. Eidem innotescat, se Johanni episcopo Argentinensi et Guilelmo decano Vissegradensi, apostolicae sedis nuncio, super eisdem rebus speciales litteras destinasse. „Sicut leta" „Avenione X cal. Februarii a. nono."*

Avinione, 1361 Januarii 23.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 859, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 68.

1180. *Johannes episcopus Argentinensis et Guilelmus decanus Vissegradensis requiruntur, quatenus Carolum imperatorem inducant ad obviandum malignis societatibus, de quibus in litteris sub nr. 1179 scribitur. Eisdem praelatis ad pleniorem informationem imperatoris mittitur forma praedicationis crucis et concessionis indulgentiarum, quibus Christi fideles ad insurgendum contra praedictas societates invitandi sunt. „Scire vos volumus" „Avenione X cal. Februarii a. nono."*

Avinione 1361 Januarii 23.

Ed. apud Martene Durand, Thesaurus II 861.

1181. Solutio servitii Martini abbatis monasterii Strahoviensis.

1361 Januarii 26.

Die XXVI Januarii [a. . . . . millesimo CCCLXI, indiccione decimaquarta, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. nono][a]) recepti fuerunt a domino fratre Martino abbate monasterii b. Marie Montis Syon alias Trieniensis[b]) ordinis Premonstratensis prope Pragam pro totali suo communi servicio, solvente per manus Alberti Orzinpnik[c]) canonici dicti monasterii — L floreni.

Int. et Exit. 295 fol. 5'. — a) Suppletum ex pagina praecedente. b) Corrige: ‚Strahouiensis'. c) Corrige: ‚Horzipnik'.

1182. Martinus abbas monasterii Strahoviensis quitatur de solutione suorum servitiorum.

Avinione, 1361 Januarii 26.

Universis etc. Stephanus [archiepiscopus Tholosanus, domini pape camerarius, ... ad universitatis vestre noticiam . . . . deducimus],[a]) quod dominus frater Martinus abbas monasterii b. Marie Montis Sion alias Tarouiensis[b]) ordinis Premonstratensis prope Pragam pro totali suo communi servicio, in quo est camere [summi pontificis obligatus], quinquaginta florenos auri prefate camere nec non pro totalibus quatuor serviciis octo florenos auri sex solidos et octo denarios monete Auinionensis[c]) clericis camere etc. per manus fratris Alberti de Horzipnik[d]) canonici dicti monasterii die date presencium solvi fecit . . . . D. Auinione die XXVI mensis Januarii a. [MCCCLXI].

Obl. et Sol. 32 fol. 93, Obl. et Sol. 33 fol. 180'. — a) Suppletum ex folio primo. b) Corrige: ‚Strahouiensis'. c) ‚currentis Auinionensis' Obl. 33. d) ‚Horzipnik' Obl. 33, ‚Horziporibz' Obl. 32.

1183. Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus dilecto suo Henrico dicto Reyp[a]) de nobili genere procreato de canonicatu et praebenda ecclesiae Monasteriensis, tunc vacantibus, provideatur. — „Fiat G. D Auinione III kal. Februarii a. nono."

Avinione, 1361 Januarii 30.

R. Suppl. 32 fol. 28'. — a) Genuine ‚Reyph', sed ‚h' erasum in Suppl.

1184. Johannes ambassiator regis Ungariae supplicat, quatenus Petro Johannis de Bankau et Nicolao Jacobi de Brux de beneficiis ecclesiasticis Salzeburgensis et Vratislaviensis dioc. provideatur.

Avinione, 1361 Februarii 4.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Johannes legum doctor, ambassiator regis Vngarie . . . .

Item supplicat idem Johannes, quatenus sibi in personam dilecti capellani sui Petri Johannis de Bancovo Wratislauiensis dioc de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. archiepiscopi Salczburgensis, dignemini providere . . . . et cum aliis non obstantibus etc. ut supra

Fiat G.

Item supplicat S[ti] V[re] idem Johannes, quatenus sibi in personam dilecti capellani nec non notarii sui Nicolai Jacobi de Brux de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Namslauia dicte dioc. obtinet, quam paratus est dimittere, postquam vigore presencium possessionem beneficii curati fuerit pacifice assecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat G. . . . .

D. Auinione II non. Februarii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 68.

1185. *Nicolao Jacobi de Brux reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, ad episcopi Vratislaviensis collationem pertinens, si vacat vel cum vacaverit, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1184. „Vite ac morum" „Auinione II non. Februarii a. nono." — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Luthomuslensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X̿ . *Avinione, 1361 Februarii 4.*

R. Av. 145 fol. 26'.

1186. *Innocentius VI declarat ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis, per Arnestum archiepiscopum Pragensem et Johannem episcopum Argentinensem ac Guilelmum decanum ecclesiae Vissegradensis praesentatam, famam Henrici Romanorum imperatoris per constitutiones seu decretales olim per Clementem papam V editas nec laesam nec minuatam, sed per eas iuribus ecclesiae provisum fuisse. „Romana ecclesia" „Auinione[a]) III id. Februarii a. nono."*

. L . *Avinione, 1361 Februarii 11.*

Orig. membran. archivii capituli Prag. XII 24, R. Av. 146 fol. 559. — Ed. ex orig. apud Pelzel, Karl IV Th. II Urkundenb. pag. 330 nr. 298, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 69. — [a]) Datum deest in Av. — Conf. nr 995.

1187. *Episcopus Luthomuslensis, praepositus Vissegradensis iuxta Pragam ac decanus Pataviensis conservatores abbatis et conventus monasterii Montis Sion alias Strahoviensis nuncupati prope Pragam ad triennium instituuntur. „Militanti ecclesie" „Auinione II id. Februarii, pontificatus nostri a. nono."*

X
X
. X . *Avinione, 1361 Februarii 12.*

R. Av. 147 fol. 86.

1188. *Wernhero Thimonis de Erdmannsdorf*[a]) *prorogatur terminus certificandi cameram de valore medietatis fructuum canonicatus et praebendae ecclesiae Misnensis ad festum Johannis Baptistae a. MCCCLXII. „Item acceptacionem" „XX Februarii."*

[1361?][b]) *Februarii 20.*

Coll. Alam. 292 fol. 26'. — Ed. apud Kirsch, Annaten I pag. 286 nr. 144. — a) ‚Thymonis de Frtmarsdorf' Coll. b) Supplicatio praedicti Wernheri fuit signata 1360 Junii 27 (conf. nr. 1091), terminus solvendi prorogatur sibi ad diem 24 Junii 1362.

1189. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum Henslino Herrer cive Pragensi et Anna nata quondam Nicolai Rost civis Pragensis, qui ignorantes se quarto consanguinitatis gradu invicem coniunctos esse matrimonium contraxerunt, super eodem matrimonio dispenset. „Exhibita nobis" „Auinione V kal. Aprilis, pontificatus nostri a. nono."*

. X̄ . *Avinione, 1361 Martii 28.*

R. Av. 145 fol. 395.

1190. *Solutio partis servitii Nicolai abbatis monasterii Milocensis.*

1361 Aprilis 2.

Die II mensis Aprilis [a. . . . . millesimo CCCLXI, indiccione decima quarta, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. nono][a]) recepti fuerunt a domino fratre Nicolao abbate monasterii Mulocensis ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro complemento prime partis sui communis servicii, solvente per manus Johannis de Arayez[b]) — XXIIII floreni, VIII solidi.

Int. et Exit. 295 fol. 7'. — a) Suppletum ex folio 5. b) Corrige: Haravicz (Horažďovice).

1191. *Nicolaus abbas monasterii Milocensis quitatur de solutione partis suorum servitiorum.*

Avinione, 1361 Aprilis 2.

Universis etc. Arnaldus etc. [ad universitatis vestre noticiam deducimus], quod dominus frater Nicholaus[a]) abbas monasterii Milocensis ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro complemento prime partis sui communis servicii, in quo est camere [summi pontificis obligatus], viginti quatuor florenos auri et octo solidos monete Auinionensis prefate camere, nec non pro complemento prime partis quatuor serviciorum etc. quatuor florenos auri, XV solidos et sex denarios dicte monete clericis [camere] etc. per manus Johannis Hartaut[b]) iuxta dilacionem sibi concessam tempore debito solvi fecit . . . . D. Auinione die secunda mensis Aprilis a. [millesimo trescentesimo sexagesimo primo, indiccione XIIII, pontificatus domini Innocencii pape VI a nono].[c])

Obl. et Sol. 32 fol. 97, Obl. et Sol. 33 fol 190'. — a) ‚Nicolaus' Obl. 33. b) Corrige: ‚Haranicz'. c) Suppletum ex folio praecedente.

1192. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori et Bohemiae regi scribit, se paratum esse supplicationibus eius, tam per litteras quam per Johannem Bambergensis et Eystetensis[a]) ecclesiarum canonicum, notarium et nuncium eius, porrectis, annuere. „Nuper tam per tuas" „Avenione V cal. Maii a. nono."*

Avinione, 1361 Aprilis 27.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 946, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 70. — a) ‚Cystenensis' Martene.

1193. *Henricus Parchin de Dresden supplicat, quatenus sibi de canonicatu et maiori praebenda ecclesiae Budissinensis provideatur.*

Avinione, 1361 Aprilis 28.

Item supplicat S[ti] V[re] devotus orator vester Henricus Porschin de Dresden, presbyter Misnensis dioc., quatenus sibi specialem graciam facientes, de canonicatu et maiori prebenda ecclesie Budissinensis dicte dioc., in qua et maiores et minores existunt, vacantibus per mortem quondam Nicolay Ebirhardi de Budissin, qui in Romana curia diem clausit extremum, eciam si alias sint sedi apostolice reservati, dignemini misericorditer providere; non obstantibus statutis dicte ecclesie, quod nullus inibi potest habere maiorem prebendam, nisi prius habuerit minorem et in maioribus gradatim ascendat, et quod idem Henricus perpetuam vicariam in ecclesia Misnensi et ecclesiam parrochialem in Libenstat dicte diocesis obtinet, quam ecclesiam paratus est dimittere, quamprimum etc., cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Sanctissime pater, dignemini predictas supplicaciones non cancellatas signare et, ut petitur, mandare expediri, dummodo non sit alteri ius quesitum.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IIII kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 76'. — Reg. apud Kehr-Schmidt, Päbstl. Urkunden u. Regesten 1353—1378 (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 22. Bd.) pag. 107 nr. 375.

1194. *Abbati monasterii in Osek*[a]) *Pragensis dioc. et praeposito Misnensi ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Henrico Parchin de Dresden canonicatum et praebendam ecclesiae Budissinensis conferant, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1193. Parochialem ecclesiam in Liebstadt*[b]) *tenetur dimittere. „Laudabilia probitatis" „Auinione IIII kal. Maii a. nono."*

I
—
V
. X .

Avinione, 1361 Aprilis 28.

R. Av. 147 fol. 359. — a) ‚Ossek' Av. b) ‚Libenstat' Av.

1195. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus magistro Reimboto [Eberhardi]*[a]) *suo medico commensali et familiari dilecto propter merita multorum servitiorum utilium, per multos annos in magnis casibus et desperatis in corpore suo et suorum exercitatorum, de ecclesia in Superiori „Ehenheim",*[b]) *ad sedem apostolicam devoluta, quamvis ius patronatus eiusdem ad Romanos imperatores spectare dicitur, provideatur, „non obstante canonicatu et prebenda s. Petri, s. Andree et prebenda regali s. Ciriaci et Nuhusensis ecclesiarum Wormaciensis, quas noscitur obtinere, et canonicatu et prebenda Spirensis ecclesie et ecclesia parochiali in Ostringen, quas tenet in lite, et prebenda et canonicatu s. Victoris Maguntinis, quam tenet sub expectacione." „Datum Nuremberg die XIII mensis Februarii, regnorum nostrorum a. quintodecimo, imperii vero sexto." — „Fiat G." „Auinione III kal. maii a. nono."*

Avinione, 1361 Aprilis 29.

R. Suppl. 32 fol. 49. — a) ‚Reymbot' Suppl. b) Diocesis nomen omissum, ad quod in margine adnotatur: ‚Attende diocesim.'

1196. *Johannes marchio Moraviae supplicat, quatenus Radslao de Volduchy de parochiali ecclesia s. Jacobi in Brunna Olomucensis dioc. provideatur.*

Avinione, 1361 Aprilis 30.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Johannes marchio Moranie, germanus frater serenissimi principis domini Karoli Romanorum imperatoris, quatenus sibi in personam dilecti Raslay de Volduch capellani et notarii sui dilecti specialem graciam facientes, de parrochiali ecclesia s. Jacobi in Brunna Olomucensis dioc., vacante per assecucionem alterius curati beneficii seu per constitucionem ‚Execrabilis', quia Olenus[a]) ecclesie parrochialis et curate in Jempnicz possessionem pacificam assecutus, eandem preter dispensacionem sedis apostolice detinet occupatam, eidem Raslao de prefata ecclesia s. Jacobi, sic vel alio quovismodo vacante, dignemini providere, non obstante, quod dictus R. ecclesiam parrochialem in Teplicz noscitur obtinere, cuius fructus valorem annuum XL flor. auri non excedunt, quam paratus est dimittere, postquam dicte ecclesie s. Jacobi possessionem pacificam fuerit assecutus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione Fiat G.
D. Auinione II kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 47'. — In marg dext.: ,Pro camera.' — a) Correctum ex ,Olemus' Suppl.

1197. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus fundatio et constructio domus fratrum servorum s. Mariae in Viridi ordinis s. Augustini in civitate Pragensi confirmetur et visitantibus ecclesiam eiusdem loci seu leguntibus aliquid dicto loco indulgentiae concedantur.*

Avinione, 1361 Aprilis 30.

Supplicat S^ti V^re devotus filius vester Carolus Romanorum imperator ac Boemie rex, quatenus fundacionem et construccionem domus seu loci fratrum servorum s. Marie in Viridi [1]) ordinis s. Augustini in civitate Pragensi noviter factam dignemini ex certa sciencia confirmare et de ulteriori dono gracie omnibus visitantibus ecclesiam dicti loci et ibidem pias elemosinas porrigentibus in festis b. Marie et in omnibus diebus sabbati infra quadragesimam et adventum domini nec non omnibus aliquid legantibus dicto loco aut ibidem interessentibus, quando predicabitur verbum dei, aliquas plenas indulgencias elargiri cum clausulis oportunis.

Exhibeatur in cancellaria, et si racionabile fuerit, confirmetur. Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 47'. — [1]) Conf. Ekert, Posvátná místa Prahy II pag. 225.

1198. *Anna Romanorum imperatrix supplicat, quatenus sibi et infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1361 Aprilis 30.

Supplicat S^ti V^re devota filia vestra Anna Romanorum imperatrix . . .

. . . .

Item supplicat dicta imperatrix, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Hermanni decani ecclesie s. Martini in Vorchaym Bambergensis dioc., per ipsam imperatricem ad presenciam S^tis V^re cum litteris de nativitate [a]) filii sui presencialiter destinati, graciam facientes specialem, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Bambergensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini providere, cum reservacione etc.; non obstante, quod decanatum ac canonicatum et prebendam in dicta ecclesia s. Martini obtinet, quem decanatum paratus est dimittere, quamprimum possessionem etc. cum clausulis oportunis.

. . . .

Item supplicat, quatenus Wlastiborio[b]) nato quondam Stephani de Soltzano[c]) in Cremsir presbytero Pragensi, grossatori privilegiorum et litterarum imperialium, de canonicatu sub expectacione prebende Wissegradensis ecclesie prope Pragam, vacante vel vacaturo, dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Popouicz Pragensis dioc. obtinet, cuius fructus V marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, cum clausulis oportunis.

. . . .

Item supplicat, quatenus sibi et nobili mulieri relicte quondam nobilis viri Herboldi de Janouicz Pragensis dioc. magistri curie sue et XXIIII aliis mulieribus, familiaribus suis domesticis commensalibus, quas duxerit nominandas, plenam remissionem in mortis articulo indulgere dignemini ut in forma.

Item dignemini examen omnium predictorum ad partes committere.

Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 48'. — a) ,ntiatate' Suppl b) Antecedit: ,Wlastiborio' correctum ex ,Wastiborio', sed cancellatum est in Suppl. c) Corrige: ,Seltzano'.

1199. Hermanno Gotfridi de Burgkundstadt[a]) *capellano Annae Romanorum imperatricis reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Bambergensis pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et virtutum“ „Auinione II kal. Maii a. nono.“*

. X X. *Avinione, 1361 Aprilis 30.*

R. Av. 145 fol. 251'. — a) ,Burchunstat' Av.

2000. Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus sibi et infrascriptis personis diversae gratiae concedantur. — Anna conthoralis Benessii de Wartenberg supplicat, quatenus monasterium s. Clarae Pragense intrare valeat.

Avinione, 1361 Aprilis 30.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatenus sibi pro divini cultus et sacre religionis augmento concedere dignemini, quod parrochialem et secularem ecclesiam in Rokytzano Pragensis dioc., ad collacionem suam spectantem et in proventibus habundantem, erigere possit in regularem et conventualem ecclesiam et in ea conventum sex canonicorum ordinis s. Augustini, quorum unus sit prepositus et caput ipsius conventus curamque animarum et personarum eiusdem conventus habeat, et alius de canonicis ipsis curam animarum parrochianorum ipsius ecclesie exerceat et gerat, et quod circa

premissa statuta et ordinaciones racionabilia auctoritate apostolica idem archiepiscopus facere valeat cuiuscunque licencia minime requisita, ita quod cedente vel decedente rectore ipsius ecclesie vel eam quomodolibet dimittente prefatus archiepiscopus premissa omnia libere facere possit, proviso prius per eum, quod dicta ecclesia, cum erecta fuerit, habeat tot perpetuos redditus, quod dicti sex canonici cum servitoribus congrue valeant sustentari et alia eis incumbencia onera supportare, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Item supplicat, quatenus sibi concedere dignemini, ut confessor vel confessores sui, quos duxerit eligendos, quandocunque neccesse fuerit, possint audita eius confessione ipsum absolvere et omnia secum facere, que possunt penitenciarii vestri cum confitentibus eis in casibus quibuscunque ad tempora vite sue.

Item, quatenus sibi indulgere dignemini, quod non obstante iuramento per eum sedi apostolice prestito de non alienando bona ecclesie sue Pragensis Romano pontifice inconsulto possit usque ad biennium cum consensu sui capituli in casibus a iure permissis seu concessis alienare et alios quoscunque contractus inire de bonis dicte ecclesie ipsius Romani pontificis licencia minime requisita.

Item dignemini concedere, quod triginta personis, quas duxerit eligendas, auctoritate apostolica sub sigillo suo plenam remissionem in mortis articulo indulgere valeat ut in forma.

Item supplicat, quatenus dilecto familiari suo et medico magistro Bartholomeo, presbytero Pragensi, de altari s. Katherine in ecclesia Pragensi, vacante per obitum quondam Gregorii de Rudnicz rectoris dicti altaris, capellani et familiaris sui continui et commensalis, qui nuper cum eo in Romana curia existens, in ea diem suum clausit extremum, dignemini providere, non obstante, quod altare s. Wencislai in eadem ecclesia Pragensi tenet, super quo in Romana curia diu litigans, duas contra se diffinitivas sentencias reportavit, quod paratus est dimittere cum vigore etc., cum non obstantibus et clausulis oportunis.[a])

Item quatenus Nicolao de Valeczow notario et familiari suo, presbytero Pragensis dioc., de parrochiali ecclesia in Vocelna[b]) dicte dioc., vacante apud apostolicam sedem per obitum dicti Gregorii, in dicta curia, ut prefertur, defuncti, dignemini providere, cum clausulis et non obstantibus oportunis.[a])

Item supplicat, quatenus graciam dudum per S^tem V^ram ad supplicacionem ipsius archiepiscopi factam Wratinogio de Mlicowicz, dilecto capellano suo commensali, de dignitate, personatu vel officio, vacante vel vacaturo in ecclesia Pragensi,[1]) ad dignitatem, ad quam quis per eleccionem consueverit assumi, dignemini de ulteriori dono gracie extendere et eciam ampliare, non obstantibus, quod quandam perpetuam vicariam archiepiscopalem Pragensem nuncupatam et altare s. Dionisii in ecclesia Pragensi obtinere noscitur, seu quod in eadem ecclesia Pragensi in canonicum et in fratrem per capitulum eiusdem ecclesie est receptus.

Item cum S^tas V^ra dudum concesserit prefato archiepiscopo, ut de duobus ex novem archidiaconatibus in ecclesia Pragensi ad collacionem suam spectantibus possit duabus personis ydoneis, eciam beneficia ecclesiastica se cum dictis archidiaconatibus compassibilia obtinentibus, providere,[2]) ipseque archiepiscopus unum ex ipsis archidiaconatibus, cum vacaret, dilecto capellano suo commensali

Prudote de Wsietat presbytero Pragensis dioc. conferendum reservaverit, dictusque Prudota tempore reservacionis huiusmodi parrochialem ecclesiam in Wsietat et in Pragensi altare s. Margarete ac in s. Egidii Pragensi cum prebenda ac in Wratislauiensi ecclesiis sub expectacione prebende canonicatus obtineret et propterea dubitet, quod dicta beneficia, que obtinet et expectat, quoad dictam reservacionem debitum numerum non excedant, humiliter supplicat idem archiepiscopus, quatenus predictam reservacionem et graciam per eum factam dicto Prudote premissis non obstantibus ex certa sciencia confirmare vel eidem Prudote de uno ipsorum archidiaconatuum, ad collacionem dicti archiepiscopi spectancium, vacante vel vacaturo, providere de novo [dignemini].

Ipseque Prudota paratus est, prout in gracia sibi facta de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Wratislauiensi predicta se obtulit, dimittere parrochialem ecclesiam et altare predicta, cum dicti archidiaconatus possessionem fuerit pacificam assecutus, et cum clausulis et non obstantibus oportunis.

. . . .

Supplicat S^ti^ V^re^ Anna conthoralis domini Benessii de Wartemberg Pragensis dioc., quatenus sibi, [ut] cum quatuor matronis honestis possit, quamdiu vivet, bis in anno intrare monasterium s. Clare Pragense ordinis eiusdem sancte, indulgere dignemini ut in forma.

Supplicant S^ti^ V^re^ devote creature vestre Arnestus archiepiscopus Pragensis et Johannes episcopus Argentinensis, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis dicti Zuffras domini imperatoris notarii et secretarii de cellaria ecclesie Bambergensis, que simplex officium existit, ... vacante . . . . dignemini providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie Eystetensis et parrochialem ecclesiam s. Marie Bambergensem obtinet et super canonicatu et prebenda ecclesie Bambergensis noscitur litigare, cum clausulis oportunis.[a])

Fiat de omnibus G.

Item examen predictorum ad partes committere dignemini. Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 49—50. — [a]) In marg. dext.: ‚Pro camera'. [b]) Corrige: ‚Wtelna'. — [1]) Conf. nr. 755. [2]) Conf. nr. 752. — In marg. dext. alia manu adnotatum est: ‚Attende, quod omnes supplicaciones suprascripte erant in rotulo archiepiscopi Pragensis sub una data.'

1201. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Bartholomaeo de Praga altare s. Catherinae in ecclesia Pragensi conferat, cum non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1200 et sub conditione, ut altare s. Venceslai in eadem ecclesia dimittat. „Dignum arbitramur" „Auinione II kal. Maii a. nono."*

$\frac{|}{X}$ *Avinione, 1361 Aprilis 30.*

. X .

R. Av. 145 fol. 160.

1202. Officiali Pragensi mandatur, quatenus Nicolao de Valečov a) parochialem ecclesiam in Vtelno b) vacantem per obitum Gregorii de Rudnicz conferat. „Dignum arbitramur“ „Auinione II kal. Maii a nono.“

X
. X . *Avinione, 1361 Aprilis 30.*

R. Av. 145 fol. 157'. — a) ‚Valeczow‘ Av. b) ‚Votelna‘ per errorem loco: ‚Wtelna‘ Av.

1203. Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis personis et locis diversae gratiae concedantur.

Avinione, 1361 Aprilis 30.

Supplicat Sti Vre devotus filius vester Carolus Romanorum imperator ac Boemie rex, quatenus venerabili Arnesto archiepiscopo Pragensi et successoribus suis de speciali gracia indulgere dignemini, ut quociens et ubicumque eos infra suas civitatem et diocesim seu provinciam in pontificalibus celebrare contigerit, possint post confessionem et absolucionem tunc secundum consuetudinem Romane curie faciendas omnibus ibidem presentibus centum dierum indulgenciam elargiri.

Item quatenus concedere dignemini dilecto suo Johanni dicto Dolesckow, a) preposito monasterii sanctimonialium in Chotyessowoyez, per prepositum et priorissam soliti gubernari, Premonstratensis ordinis Pragensis dioc., viro utique magnarum virtutum et honeste conversacionis et vite, eiusque successoribus, prepositis dicti monasterii, qui erunt pro tempore, quod in missarum sollemniis et aliis congruis locis et temporibus uti possint baculo, cum clausulis et non obstantibus b) oportunis, presertim cum ipsum monasterium, ad quod dictus imperator magnum gerit devocionis affectum, satis solemne et in loco multum populoso consistat, idemque usus cessurus sit ad magnam consolacionem ipsius imperatoris et aliorum fidelium plurimorum.

. . . .

Item supplicat, quatenus collacionem et institucionem auctoritate ordinaria factam Heinrico de Wessalia notario et secretario suo de prepositura ecclesie Cortensis Coloniensis dioc. et omnia inde secuta, eciam si dignitas curata existat et eciamsi per constitucionem ‚Execrabilis‘ aut alias reservata sit, vel eius collacio ad sedem apostolicam devoluta, dignemini confirmare vel ipsi H. de ipsa de novo providere, non obstante, quod in s. Florini de Confluentia ac in s. Marie Vetslariensi cum prebendis et in s. Seueri de monasterio in Meynfelt Treuerensis dioc. et in Spirensi sub expectacione prebendarum canonicatus et in eadem Spirensi ecclesiis prebendam sacerdotalem noscitur obtinere, cum clausulis oportunis. c)

Item cum redditus custodie ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc. sint adeo tenues, quod custos ipsius ecclesie exinde non potest congrue sustentari, dictaque custodia requirat residenciam personalem, dignetur Stas Vra unam de prebendis ipsius ecclesie, si vacat vel quamprimum vacabit, unire perpetuo dicte custodie cum reservacione et aliis clausulis oportunis et insuper, cum archiepiscopus Pragensis per suum statutum declaraverit, dictam custodiam non esse

dignitatem in dicta ecclesia, supplicatur, ut idem archiepiscopus non obstante dicto statuto possit eandem custodiam erigere in dignitatem, cum clausulis oportunis.

Item quatenus Barsoni Manikonis de Prtzicz actu legenti ius canonicum in civitate Pragensi, clerico Pragensis dioc., de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie s. Apollinaris in Saczka Pragensis dioc. [dignemini providere], cum clausulis oportunis.

Item quatenus Hermanno de Wyntwich [d]) clerico Monasteriensis dioc., magistro in artibus, actu legenti in studio Pragensi, de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia b. Marie in Erfordia Maguntine dioc., vacante vel vacaturo, [dignemini providere], non obstante, quod in eadem ecclesia quandam perpetuam vicariam obtinet, cum clausulis oportunis.

Item quatenus Martino Johannis militis [e]) de Weselicz magistro in artibus de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Patauiensis dignemini providere, cum clausulis oportunis.

Item quatenus Henrico Petri dicti Hoph de Montecuthnis clerico Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Zedlicz Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. [dignemini providere], cum clausulis oportunis.

Item quatenus Nicolao Nedaniri [f]) de Podol clerico Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti [dignemini providere], cum clausulis oportunis.

Item quatenus Nicolao de Cremsir prothonotario suo, qui dudum in ecclesia Pragensi per capitulum ipsius ecclesie in canonicum receptus extitit, de prebenda ipsius ecclesie, vacante vel vacatura, dignemini providere, non obstante, quod archidiaconatum Boleslauiensem in ecclesia Pragensi et in Olomucensi et Saccensi Pragensis dioc. canonicatus et prebendas obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat de omnibus G.

Item examen predictorum ad partes committere dignemini. Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione II kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 50. — a) Corrige: ,de Lestkow'. b) ,et non obstantibus' bis in Suppl. c) In marg. dext.: ,Pro camera'. d) Corrige: ,Wynterswich'. e) Sequitur: ,clerico Pragensis dioc.', sed cancellatum est in Suppl. f) Corrige: ,Nedamiri'.

1204. *Johanni de Lestkov [a]) praeposito monasterii Chotěšovicensis [b]) et successoribus suis indulgetur, ut in missarum solenniis et aliis congruis locis et temporibus baculo libere uti possint. „Exposcit tue devocionis" „Auinione II kal. Maii, a. nono."*

. L . *Avinione, 1361 Aprilis 30.*

R. Av. 145 fol. 480. — a) ,Lestkow' Av. b) ,Chotyssowoicz' Av.

1205. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Hermanno de Winterswijk*[a]*) artes in studio Pragensi actu legenti de canonicatu ecclesiae b. Mariae in Erfordia Maguntinae dioc. sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1203 „Dignum arbitramur" „Auinione II kal. Maii a. nono."*

X . X . *Avinione, 1361 Aprilis 30.*

R. Av. 147 fol. 51. Reg. apud Kehr-Schmidt, Päbstl. Urkunden u. Regesten 1353—1378 (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 22. Bd.) pag. 107 nr. 376. — a) ‚Wintirswich' Av., ubi genuine ‚Wnica' scriptum sed cancellatum est.

1206. *Johannes marchio Montisferrati supplicat, quatenus Dirslao Troiani de Mízholez (Meshals) de ecclesia parochiali in Újezd Olomucensis dioc. provideatur.*

Avinione, 1361 Maii 1.

Supplicat S[ti] V[re] devotus filius vester Johannes marchio Montisferrati, ad presens in Romana curia moram trahens . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus Dyrslao Troyany de Myezholz clerico Pragensis dioc. graciam specialem facientes, de ecclesia parrochiali in Ygezd Olomucensis dioc., que tanto tempore vacavit, quod ipsius collacio iuxta statuta Lateranensis consilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, vel si[a]) alias quovis modo alio vacet, eidem Dyrslao dignemini misericorditer providere, non obstante, quod quidam apostata A. ordinis heremitarum s. Augustini eandem de facto detinet occupatam, cum acceptacione etc. [ut] in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione kal. Maii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 42'. — a) ‚et' Suppl. — In marg. dext.: ‚Pro camera'.

1207. *Johannes marchio Montisferrati supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione 1361 Maii 1.

. . . .

Item supplicat dictus marchio [Johannes marchio Montisferrati],[a]) quatenus Wolmaro[b]) nato Busconis de Stan clerico Pragensis dioc. de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie s. Petri in Brunna Olomucensis dioc., spectante ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli dicte ecclesie s. Petri, dignemini providere, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Item supplicat dictus marchio, quatenus Radslao de Wolduch presbytero Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi ecclesie Olomucensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, dignemini providere, cum acceptacione etc. non obstante, quod idem quandam parrochialem ecclesiam in

Teplicz dicte Pragensis dioc. obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Item supplicat, quatenus Wissemiro quondam Welislao[c]) de Bohumilicz clerico Pragensis dioc. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione et cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat de omnibus G. Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione kal. Maii a. nono

R. Suppl. 32 fol. 97'. — a) Suppletum ex fol. 42'. b) Corrige: ‚Wolkmaro'. c) Corrige: ‚Welislai'.

1208. *Pro Ulrico*[a]) *iuniore de Nova Domo barone regni Bohemiae ac eius uxore et pro Michaele de „Milit" germano episcopi Olomucensis ac eius uxore supplicatur, quatenus eis in mortis articulo plenaria remissio omnium peccatorum concedatur. — „Fiat de omnibus G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione kal. Maii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 1.

R. Suppl. 32 fol. 99. — a) ‚Vlrico' Suppl.

1209. *[Johanni] episcopo Luthomuslensi indulgetur, ut missam ante diem celebrari facere possit. „Sincere devocionis" „Auinione id. Maii pontificatus nostri a. nono."*

. X *Avinione, 1361 Maii 15.*

R. Av. 145 fol. 507'.

1210. *Johanni de Zell*[a]) *clerico Maguntinae dioc., subnotario in cancellaria Caroli Romanorum imperatoris, reservatur beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem ecclesiae Maguntinae pertinens, si vacat vel cum vacaverit. „Vite ac morum" „Auinione V kal. Junii a. nono."*

X X . *Avinione, 1361 Maii 28.*

R. Av. 145 fol. 34'. — a) ‚de Cellis' Av.

1211. *Litterae securi conductus Augustini de Brisaco ordinis fratrum heremitarum s. Augustini procuratoris generalis, ad certas Alamanniae et Bohemiae partes pro quibusdam arduis negotiis sibi commissis destinati. „Cum dilectum filium" „Avenione V cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 28.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 989.

1212. *Rudolphus dux Austriae et Ludovicus senior marchio Brandenburgensis supplicant, quatenus magistro Venceslao Caroli*[a]) *clerico Pragensis dioc., dilecto medico et familiari eorundem ducis et marchionis, de parochiali ecclesia in „Caldario" Tridentinae dioc. vacante provideatur. — „Fiat G. D. Auinione III kal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 30.

R. Suppl. 32 fol. 71'. — a) ‚Wenselao Karoli' Suppl.

1213. *Johannes episcopus Luthomuslensis, imperialis aulae cancellarius, supplicat, quatenus Johanni de Prusnicz sigillorum imperialium custodi de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Vratislaviensi, non obstante, quod ecclesiam parochialem s. Petri Legnicensem*[a]) *Vratislaviensis dioc. obtinet, provideatur. Item supplicat, quatenus Johanni dicto Helegreve*[b]) *presbytero Herbipolensis dioc. de beneficio ecclesiastico, ad monasterium Fuldense Herbipolensis dioc. pertinente, provideatur. — „Fiat pro omnibus G. Sine alia leccione. Et cum commissione examinis ad partes. Fiat G. D. Auinione III kal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 30.

R. Suppl. 32 fol. 72'. — a) ‚in Lignis' Suppl. b) ‚Helegreue' Suppl.

1214. *Innocentius VI Carolum Romanorum imperatorem ac Bohemiae regem certiorem facit, Raymundum episcopum Elnensem tunc temporis ad praesentiam eius non destinari, supervenientibus tamen suis litteris primo per specialem nuncium suum deinde per Gerardum episcopum Nuremburgensem noviter praesentatis, se maturo consilio Egidium episcopum Vicentinum tam super Bononiensi negotio quam super nonnullis aliis ad imperatorem destinasse. Haec per Conradum de Geisenheim*[a]) *notarium familiarem et secretarium, ac praepositum Eystetensem, nuncios ipsius imperatoris, intimat. „Licet pridem" „Avenione III cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 30.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 989, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag 511 nr. 73. — a) ‚Bisynhegin' Martene.

1215. *Egidius episcopus Vicentinus procurator ac nuncius apostolicus ad terminandum via arbitrali negotium Bononiense cum Bernabove de Vicecomitibus ad praesentiam Caroli imperatoris et Ludovici regis Hungariae destinatur. „Tantam de preclare" „Avenione II*[a]*) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 970, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 76. — [a]) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber ibid. nr. 74 et 80.

1216. *Egidio episcopo Vicentino, procuratori apostolico ad Carolum imperatorem et Rudolphum ducem Austriae misso, indicendi treugas ad procurandam pacem inter eosdem imperatorem et ducem ac excommunicandi inobedientes, si forsan praefati imperator et dux monitionibus suis „super cessatione commotionis seu congressionis hostiliter nollent acquiescere", facultas conceditur. „Nuper ad nostram" „Avenione II*[a]*) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 971, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII. pag. 512 nr. 78. — [a]) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber ibidem nr. 74 et 80.

1217. *Egidio episcopo Vicentino ad Alamanniae et Bohemiae partes misso conceditur potestas per censuram ecclesiasticam compellendi concessa sibi subsidia solvere recusantes. „Olim siquidem" „Avenione II*[a]*) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 973. — [a]) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74 et 512 nr. 80.

1218. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori et Bohemiae regi scribit, se recepisse litteras eius per Conradum de Geisenheim*[a]*) et praepositum Eystetensem ambaxiatores et nuncios eius praesentatas super procuranda pace inter ecclesiam Romanam et Bernaborem de Vicecomitibus militem Mediolanensem. Agit gratias imperatori, quod ad praefatum Bernaborem et ad Egidium episcopum Sabinensem apostolicae sedis legatum Johannem lantgravium de Leuchtenberg,*[b]*) consiliarium et fidelem suum treugarum firmandarum causa misit et imperatorem certiorem facit, se Egidium episcopum Vicentinum, apostolicae sedis nuncium, super huiusmodi discordia ad praesentiam eius destinasse. „Celsitudinis tue litteras" „Avenione II*[c]*) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 975, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74. — [a]) ‚Gisheim' Martene. [b]) ‚Lucelburgensem' Martene. [c]) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber ibidem nr. 74 et 80.

1219 *Innocentius VI ad Ludovicum regem Ungariae simili modo super procuranda pace inter ecclesiam Romanam et Bernaborem de Vicecomitibus scribit et eum hortatur, ut ad componendas discordias inter imperatorem et Rudolphum ducem Austriae, inter quos nonnulla noviter dissensionis materia suscitata est, et ad quos Egidium episcopum Vicentinum misit, partes suas interponat. „Pridem per speciales" „Avenione II a) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 978, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 75. — a) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber ibidem nr. 74 et 80.

1220. *Marchio Brandenburgensis rogatur, quatenus Egidio episcopo Vicentino ad Carolum Romanorum imperatorem et Bohemiae regem misso apud eundem imperatorem assistat consiliis et favoribus. „Cum nos venerabilem" „Avenione II a) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 974. — a) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74 et 512 nr. 80.

1221. *Johannes marchio Moraviae rogatur, quatenus Egidio episcopo Vicentino, apostolicae sedis nuncio, pro sedanda discordia ad Carolum imperatorem et Rudolphum ducem Austriae misso, eius relatibus fide plenaria adhibita se benivolum exhibeat. „Quam periculosa" „Avenione II a) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 979. — a) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74 et pag. 512 nr. 80.

1222. *Johannes episcopus Gurcensis simili modo hortatur, quatenus adhibita fide plenaria relatibus Egidii episcopi Vicentini, ad inclinandum ducem Austriae, cuius consiliarius et cancellarius existit, ad pacem cum Carolo imperatore sua studia interponat. „Dolenter accepimus" „Avenione II a) cal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 980. — a) Apud Martene: ‚VI'; quoad datum conf. Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74 et pag. 512 nr. 80.

1223. *Arnestus archiepiscopus Pragensis rogatur, quatenus Carolum imperatorem ad terminanda ea, quae per eum circa defensionem Romanae ecclesiae terrarum*

contra Bernabovem de Vicecomitibus et praecipue circa negotium Bononiense tam excellenter sunt inchoata, suis consiliis et exhortationibus studeat inducere. „Nuper a carissimo“ „Avenione II[a]) cal. Junii a. nono.“

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 980. — [a]) Apud Martene: ‚VI‘; quoad datum conf. Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74 et 512 nr. 80.

1224. *Arnestus archiepiscopus Pragensis, qui consiliarius imperatoris existit, rogatur, quatenus Egidio episcopo Vicentino ad Carolum imperatorem in negotio ecclesiae Romanae contra Bernabovem de Vicecomitibus misso suis auxiliis assistat et etiam eundem imperatorem ad sopiendas dissensiones cum duce Austriae inclinet. „Ad tuam iamdudum“ „Avenione II[a]) cal. Junii a. nono.“ — In e. m. Johanni episcopo Luthomuslensi imperialis aulae cancellario, Johanni Argentinensi, Johanni Olomucensi, Theoderico Mindensi episcopis, et Guilelmo decano ecclesiae Vissegradensis,[b]) apostolicae sedis nuntio,[c]) ac Burchardo comiti Magdeburgensi et Rudolpho duci Saxoniae.*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 981. — [a]) Apud Martene: ‚VI.‘ [b]) ‚Vicegradensi‘ Martene. [c]) ‚mutatis mutandis et non dicatur ibi, cuius consiliarius existis‘. — Quoad datum conf. Huber, Reg. Imp. VIII pag. 511 nr. 74 et 512 nr. 80.

1225. *Innocentius VI Carolum Romanorum imperatorem ac Bohemiae regem hortatur ad ineundam pacem cum Rudolpho duce Austriae, qui propter filiam imperatoris, consortem eiusdem ducis, loco filii ei est habendus. Commendat ei Egidium episcopum Vicentinum, apostolicae sedis nuncium, ad eum et ducem nominatum procurandae pacis causa missum. „Nuper carissime fili“ „Avenione II[a]) cal. Junii a. nono.“*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. Apud Martene-Durand, Thesaurus II 976, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 512 nr. 79. — [a]) Apud Martene: ‚VI‘; quoad datum conf. Huber ibidem nr. 74 et 80.

1226. *Innocentius VI Rudolphum ducem Austriae hortatur, quatenus consideret, quanta Carolo imperatori, cuius filiam habet, debeat affectione coniungi, et animum suum ad pacem cum eodem imperatore inclinet. Recommendat ei Egidium episcopum Vicentinum ad eum et imperatorem missum, cuius salutaribus monitis sanisque consiliis acquiescere velit animum suum. „Ad nostram nuper“ „Avenione II[a]) cal. Junii a. nono.“*

Avinione, 1361 Maii 31.

Ed. apud Martene-Duraud, Thesaurus II 984. Ex orig. archivii aulici Vindobon. reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 512 nr. 80. — [a]) Apud Martene: ‚VI‘, in orig.: ‚II‘.

1227. *Innocentius VI hortatur Johannem episcopum Luthomuslensem, quatenus Carolo imperatori negotia ecclesiae Romanae, super quibus eidem imperatori noviter scribit, adversus invasorem terrarum ecclesiae (Bernabovem de Vicecomitibus) commendet. „Noverit tua fraternitas" „Avenione II(?)[a]) cal. Junii a. nono." — In e. m. Arnesto archiepiscopo Pragensi, Johanni Argentinensi, Theoderico Mindensi, Johanni Olomucensi episcopis et Guilelmo decano Wissegradensi,[b]) apostolicae sedis nuntio.*

Avinione, 1361 Maii 31!

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 986. — a) Apud Martene ‚IX'. b) ‚Wicegradensi' Martene. — Verba huius litterae: „noviter *scribimus*" et datum ante cal. Junii litteram hanc, in qua de praecedentibus mentio fit, ad datum „II cal. Junii" ponendam esse demonstrant. Datum „IX cal. Junii" per errorem positum esse iam Martene suspicatus est.

1228. *Conradus de Geisenheim[a]) secretarius Caroli Romanorum imperatoris supplicat, quatenus provisio sibi de ecclesia parochiali in „Echzil" Maguntinae dioc. facta confirmetur. — „Fiat G. D. Auinione kal. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Junii 1.

R. Suppl. 32 fol. 105'. — a) ‚Ghisenheim' Suppl

1229. *Obligatio Radslai de Volduchy ratione parochialis ecclesiae s. Jacobi in Brunna.*

1361 Junii 4.

Obligationes Alamannorum facte coram venerabili viro magistro Petro de Champanhaco licenciato in legibus, ad hoc per reverendum patrem dominum Arnaldum archiepiscopum Auxitanum, domini nostri pape camerarium, deputato, secuntur in hunc modum.

. . . .

Eisdem anno, die, mense, pontificatus et loco supradictis [a. MCCCLXI, indiccione XIIII, die IIII mensis Junii, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. nono . . . . in palacio apostolico videlicet in thesauraria dicti domini pape][a]) composuit coram dicto magistro Petro [de Champanhaco licenciato in legibus, ad infrascripta commissario,][a]) in presencia mei predicti notarii [Nicolai Johannis de Esceyo in Vepria Tullensis dioc. publici apostolica et imperiali auctoritate notarii][a]) Raslaus de Volduch racione parrochialis ecclesie s. Jacobi in Brunna Olomucensis dioc., de qua dictus dominus noster papa sibi providerat sub data II kal. Maii a. nono, pro media parte fructuum pro eo, quod, ut asseruit per iuramentum, ignorabat certam taxam ipsius, ad quam tenebitur in casu, quando sciri poterit, scilicet in summa quinquaginta florenorum auri solvendorum camere dicti domini nostri pape hinc ad festum penthecostes anno LXII. Obligavit [dictam suam ecclesiam et omnia bona sua communiter camere dicti domini nostri

pape][a]) et iuravit [premissa attendere nec non, ut brevius poterit, bullas super dicta ecclesia sibi procurare et ipsius possessionem canonice adipisci].[a]) Actum ut supra. Presentibus magistro Jo. de Baiocis notario publico et Johanne Gryn rectore parrochialis ecclesie de Halmale Leodiensis dioc. testibus et me Nicolao etc.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 1'. — a) Suppletum ex obligatione praecedente. — Conf. nr. 1196.

1230. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori et Bohemiae regi intimat, se benigne recepisse litteras per Nicolaum scholasticum Pragensem, secretarium et nuncium eius, sibi praesentatas, sed non posse super translatione Theoderici episcopi Mindensis ad ecclesiam Magdeburgensem modo agere, cum propter pestem maior pars cardinalium se absentaverit. Quamprimum periculo pestis suaque infirmitate cessantibus poterit tenere consistorium, promittit se de eadem translatione acturum et rogat imperatorem, quatenus capitulo Magdeburgensis ecclesiae super conservatione bonorum suis auxiliis assistat. „Nuper tam" „Avenione VI id. Junii a. nono."*

Avinione, 1361 Junii 8.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 1000, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 512 nr. 81. — Conf. Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea král. Českého LXIV) pag. 518.

1231. *Theodericus episcopus Mindensis ad ecclesiam Magdeburgensem transfertur et ei in archiepiscopum praeficitur. „Romani pontificis" „Auinione XIIII kal. Julii a. nono." — In e. m. . . . . Carolo imperatori Romanorum.*

V V V V
X X X X
. X X X X .

Avinione, 1361 Junii 18.

R. Av. 146 fol. 38'. — Reg. apud Kehr Schmidt, Päbstliche Urkunden u. Regesten 1353—1378 (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 22 Bd) pag. 109. nr. 384. Conf. Nováček Dětřich z Portic (Časopis českého musea 1890) pag. 519.

1232. *Nota de solutione subsidii Theoderici archiepiscopi Magdeburgensis.*

1361 Junii 18.

[Anno . . . . millesimo CCC sexagesimo primo, indiccione XIIII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . VI a. nono].[a]) Die XVIII mensis Junii recepti fuerunt a domino Theoderico archiepiscopo Magdaburgensi pro subsidio per eum d. n. pape pro recuperacione et defensione terarum ecclesie et aliis expensis ac oneribus camere apostolice incumbentibus supportandis, solvente per manus magistri Nicolai scolastici et canonici Pragensis, — M flor. fort.

Int. et Exit. (1361) 295 fol. 96'. — Ed. apud Kirsch, Kollektorien pag. 389. — a) Suppletum ex pagina praecedente.

1233. *Innocentius VI Carolo Romanorum imperatori ac Bohemiae regi intimat, Theodericum episcopum Mindensem ad ipsius imperatoris supplicationem ad sedem Magdeburgensem translatum esse. Mittit ei quasdam litteras super contumatia Bernaboris de Vicecomitibus et hortatur eum, ut contra temeritatem eius assurgat. „Vacante pridem ecclesia" „Avenione XII cal. Julii a. nono."*

Avinione, 1361 Junii 20.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 1003, reg apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 512 nr. 82. — Conf. Nováček l. c. pag. 519.

1234. *Theodericus electus Magdeburgensis supplicat, quatenus visitantibus ecclesiam monasterii in Skalicz indulgentiae et infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1361 Junii 26.

Supplicat S^ti^ V^re^ devota factura vestra T. electus ecclesie Magdeburgensis, quatenus omnibus visitantibus ecclesiam monasterii in Skalicz ordinis Cisterciensis Pragensis dioc. per dictum Theodericum de novo fundati [1]) et dotati in singulis domini Jesu Christi et gloriose virginis sue matris nec non in penthecostes et omnium sanctorum ac singulorum apostolorum et in s. Johannis Baptiste, Marie Magdalene, Bernardi, Laurencii martyris, s. Nicolai confessoris et sancti eiusdem monasterii patroni ac dedicacionis eiusdem monasterii festivitatibus dignemini misericorditer elargiri unum annum et XL dies. [2])

Item supplicat, quatenus dilecto dispensatori curie sue Mathie Johannis de Glogouia, presbytero Wratislauiensis dioc., specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, si vacat [a]) ad presens vel cum vacaverit, [b]) eidem Mathie dignemini providere, non obstante, quod idem Mathias altare s. Trinitatis in ecclesia s. Nicolai Maioris civitatis Pragensis nec non ecclesiam parrochialem in Thucomericz dicte Pragensis dioc. noscitur obtinere, et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Johanni quondam Nicolai Institoris clerico Olomucensi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani, prepositi et capituli dicte Olomucensis ecclesie, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, dignemini providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Petro Conradi de Modricz presbytero Olomucensis dioc. specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie s. Petri in Brunna dicte dioc. dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer reservare, cum acceptacione etc., non obstante, quod idem Petrus canonicatum et prebendam [in ecclesia Olomucensi] ac ecclesiam parrochialem ibidem in Pustmir noscitur obtinere, et cum clausulis oportunis et executoribus.

Fiat de omnibus G. Et cum commissione examinis omnium predictorum ad partes. Fiat G.

Sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione VI kal. Julii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 124'. — a) ,vacant' Suppl. b) ,vacabunt' Suppl. — 1) Conf. nr. 684 et 685. 2) Ed. apud Nováček l. c. pag. 514.

1235. *Omnibus vere poenitentibus, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, resurrectionis, ascensionis et corporis domini nostri Jesu Christi, ac penthecostes et quatuor principalibus b. Mariae, b. Johannis Baptistae ac singulorum apostolorum, b. Laurentii martyris, s. Nicolai confessoris, Bernardi abbatis, Mariae Magdalenae ac dedicationis ipsius ecclesiae festivitatibus et celebritate omnium sanctorum ecclesiam monasterii in Skalicz Cisterciensis ordinis Pragensis dioc. devote visitaverint annuatim, unus annus et quadraginta dies de iniunctis eis poenitentiis relaxantur. „Splendor paterne glorie“ „Auinione VI kal. Julii pontificatus nostri a. nono.“*

Avinione, 1361 Junii 26.

Orig. archivii Vorlicensis; copia in musaeo regni Bohemiae. — Ed. apud Sommersberg, Silesiacarum rerum scriptores I pag. 957. Reg. apud Kehr-Schmidt, Päbstl. Urkunden u. Regesten 1353—1378. (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 22 Bd.) pag. 109 nr. 385 ex R. Av. 145 fol. 429'.

1236. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Mathiae Johannis de Glogovia beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi Vratislaviensis, si vacat vel cum vacaverit, reservet, non obstantibus ut in supplicatione sub nr. 1234. Parochialem ecclesiam in Tuchoměřicz[a]) tenetur dimittere. „Dignum arbitramur“ „Auinione VI kal. Julii a. nono.“*

X
. X . *Avinione, 1361 Junii 26.*

R. Av. 145 fol. 238'. — a) ,Tuchomericz' Av.

1237. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Nicolai Institoris beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Olomucensis, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur“ „Auinione VI kal. Julii a. nono.“*

X
. X . *Avinione, 1361 Junii 26.*

R. Av. 145 fol. 239'.

1238. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Petro Conradi de Modřicz*[a]) *de canonicatu ecclesiae s. Petri in Brunna sub expectatione praebendae provideri procuret, non obstantibus, quod canonicatum et praebendam in ecclesia Olomucensi et parochialem ecclesiam in Pustiměř*[b]) *dictae dioc. obtinet.* „*Dignum arbitramur*" „*Auinione VI kal. Julii pontificatus nostri a. nono.*"

X
. X .

Avinione, 1361 Junii 26.

R. Av. 147 fol. 471. — a) ‚Modricz' Av. b) ‚Pustimir' Av.

1239. *Carolus Romanorum imperator ac Bohemiae rex supplicat, quatenus Friderico dicto Kreuzer*[a]) *de Lauf presbytero Bambergensis dioc., capellano et familiari suo dilecto, de parochiali ecclesia in Rasch Eystetensis dioc., tunc vacante, provideatur.* „*Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI kal. Julii a. nono.*"

Avinione, 1361 Junii 26.

R. Suppl. 32 fol. 124'. — a) ‚Frideric. d. Creuczer' Suppl.

1240. *Nicolaus scholasticus ecclesiae Pragensis, nuncius imperatoris, supplicat, quatenus Johanni Andreae de Tusta presbytero Pragensis dioc., capellano suo, de parochiali ecclesia in Wismar*[a]) *Ratzeburgensis*[b]) *dioc., tunc vacante, provideatur.* „*Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G.* „*D. Auinione VI kal. Julii a. nono.*"

Avinione, 1361 Junii 26.

R Suppl. 32 fol. 131'. — a) ‚Wismer' Suppl. b) ‚Razeburgensis' Suppl. — In marg. dext : ‚Pro camera'.

1241. *Nicolaus Crepindorf supplicat, quatenus sibi de perpetua vicaria et altari in ecclesia s. Crucis Vratislaviensi provideatur.*

Avinione, 1361 Junii 26.

Supplicat S[ti] V[re] devotus vester orator Nicolaus Crepindorf presbyter Wratislauiensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de perpetua vicaria et altari in ecclesia s. Crucis Wratislauiensis, vacantibus per mortem Symonis de Boleslauia ipsius vicarie et altaris ultimi[a]) possessoris, qui in curia S[tis] V[re] diem suum clausit extremum, dignemini auctoritate apostolica cum omnibus iuribus et pertinenciis eorum misericorditer providere, et cum omnibus aliis non obstantibus, clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI kal. Julii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 131'. — a) ‚ultime' Suppl. — In marg. dext : ‚Pro camera.'

1242. *Nicolao Crepindorf conferuntur perpetua vicaria et altare in ecclesia s. Crucis Vratislaviensi. „Exigunt tue laudabilia“ „Auinione VI kal. Julii a. nono.“ — In e. m. episcopo Vratislaviensi et abbati monasterii in Heinrichau[a]) Vratislaviensis dioc. ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.*

. X X . *Avinione, 1361 Junii 26.*

R. Av. 145 fol. 186'. — a) ‚Heynrichow‘ Av.

1243. *Martinus Svatoslai de Praga supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico, ad collationem monasterii s. Georgii in castro Pragensi pertinente, provideatur.*

Avinione, 1361 Junii 26.

Supplicat S[ti] V[re] Martinus natus quondam Swatoslai de Praga clericus, quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti, si quod vacat ad presens aut quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione etc. et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VI kal. Julii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 132.

1244. *Martino Svatoslai[a]) de Praga reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti, si vacat vel cum vacaverit. „Probitatis et alia“ „Auinione VI kal. Julii a. nono.“ — In e. m. Pragensis et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis ac officiali Pragensi.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1361 Junii 26.*

R. Av. 145 fol. 259. — a) ‚Swatoslai‘ Av.

1245. *Johannes episcopus Olomucensis supplicat, quatenus Conrado de Enns de beneficio ecclesiastico, ad collationem suam spectante, provideatur.*

Avinione, 1361 Junii 26.

Supplicat S[ti] V[re] Johannes episcopus Olomucensis, domini imperatoris consiliarius, quatenus sibi in personam dilecti sui familiaris Conradi de Anaso,

clerici Pragensis dioc., specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem etc. dicti episcopi Olomucensis, dignemini providere, cum inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat G. Et cum commissione examinis ad partes. Fiat G.[a] Et sine alia leccione.

Fiat G. D. Auinione VI kal. Julii a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 133. — a) ,Et cum commissione . . Fiat G.' in marg. alia manu suppletum cum adnotatione: ,error scriptoris'.

1246. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Conrado de Enns*[a]) *beneficium ecclesiasticum, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi Olomucensis, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione VI kal. Julii a. nono."*

X
. X . *Avinione, 1361 Junii 26.*

R. Av. 145 fol. 37. — a) ,Auaso' Av.

1247. *Innocentius VI Carolo imperatori ac Bohemiae regi intimat, Egidio episcopo Vicentino, qui de negotio Bononiensi cum imperatore tractaturus erat, in itinere defuncto, se Augustinum de Brisaco ordinis fratrum heremitarum s. Augustini procuratorem generalem et Johannem de Roma familiarem et ostiarium suum cum litteris ad imperatorem et nonnullos praelatos ac nobiles, quas idem Egidius praesentare debuerat, destinasse. De novo imperatorem hortatur, quatenus adversus Bernabovem de Vicecomitibus brachium potestatis exerat. „Pridem ut" „Avenione V cal. Julii a. nono."*

Avinione, 1361 Junii 27.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 1012. reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag 512 nr. 83.

1248. *Innocentius VI Rudolfo duci Austriae simili modo scribit obsecrans eum, quatenus animum suum ad habendam cum Carolo imperatore concordiam inclinet. „Pridem ad nostram" „Avenione V cal. Julii a. nono."*

Avinione, 1361 Junii 27.

Ed. apud Martene-Durand, Thesaurus II 1013, reg. apud Huber, Reg. Imp. VIII pag. 512 nr. 84.

1249. *Arnesto archiepiscopo Pragensi conceditur facultas absolvendi a sententiis Nicolaum iudicem et scabinos civitatis Pragensis, qui Martinum Ješkonis de Kralovicz dictum Cvik presbyterum propter furta et alios excessus capi et in aquam proici fecerunt.*

. *CL* . *Avinione, 1361 Augusti 11.*

Ven. fr. Arnesto archiepiscopo Pragensi salutem etc. Romanus pontifex . . . Sane peticio pro parte Nicolai Reymbote, Seidlini dicti Institoris, Hamlini Negel, Jesconis Pair, Jelini Humel, Vlrici Wesseler, Jelini Ioram, Hanzilini Czotter, Henslini Beneschewer, Jordani Rechezer, Mathie Turenouiensis, Fanze Donati, Cristoferi Pair, Nicolai Longi, Pauli de Glacz, Henslini Scach, Johannis de Brunna, Wenezslai Budconis, civium Pragensium, nobis nuper exhibita continebat, quod olim ad audienciam dicti Nicolai, qui iudex, et aliorum civium, qui scabini seu consules civitatis Pragensis tunc existebant, fama publica referente deducto, quod quondam Martinus Jesconis de Cralowicz dictus Cuik, presbyter Pragensis dioc., nonnulla furta et alios excessus commiserat tunc expressa, iidem Nicolaus, tunc iudex, et alii cives, tunc scabini existentes, prefatum presbyterum, cum de fuga timeretur ipsius, capi fecerunt et eum sic captum officiali Pragensi, habenti super inquirendis, corrigendis et puniendis excessibus subditorum tuorum specialem a te potestatem, ac tuis curis et carceribus tradiderunt eidemque officiali supplicarunt, ut ipsum presbyterum non dimitteret, sed in eisdem carceribus detineret, quia eius excessus non poterant sustineri. Cumque postmodum prefatus presbyter per eundem officialem impune dimissus et mala malis continuans, associatis sibi nonnullis furibus et latronibus a patracione huiusmodi furtorum et excessuum non cessaret, tantusque clamor contra dictum presbyterum notorie crebesceret, quod prefati cives ipsum et eius excessus non possent sine magno scandalo amplius tolerare, iidem Nicolaus, tunc iudex, et alii cives, tunc, ut prefertur, scabini existentes, dictum presbyterum capi fecerunt et eum in uno sacco poni et in aquam proici per suam sentenciam decreverunt et eciam fecerunt, propter quod tu contra dictos cives procedens, declarasti eos propter premissa sentencias a canone latas et alias penas incurrisse ipsosque fecisti, prout facis, excommunicatos publice nunciari et alias contra eos sentencias et processus huiusmodi multipliciter aggravasti. Quare pro parte Nicolai, qui a iudicatus, et aliorum civium, qui a scabinatus officiis sunt amoti, predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum ipsi eorumque servientes et satellites et alii, qui eorundem supplicancium mandato seu requisicione seu alias in premissis excessibus dedissent operam ac auxilium, consilium vel favorem, propter magnam loci distanciam et viarum discrimina sedem apostolicam commode visitare non possint, si ex hiis, nisi per nos provideretur de remedio oportuno, magna possent inter clerum et populum dicte civitatis Pragensis scandala suscitari, providere eis de absolucionis beneficio a predictis sentenciis et penis, quas propter premissa incurrerunt, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur . . . . ipsorum civium in hac parte supplicacionibus inclinati, de fraternitate tua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinentes, absolvendi predictos Nicolaum et alios cives ac servientes et satellites et alios culpabiles in premissis auctoritate apostolica a quibuslibet sentenciis et penis, quas propter premissa

incurrerunt, iuxta formam ecclesie, si hoc humiliter postulaverint, et predicta veritate nitantur, ac imponendi eis super hiis penitenciam salutarem et alia, que de iure fuerint iniungenda, . . . fraternitati tue plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem. Volumus autem, quod duo ex predictis civibus infra octo mensium spacium a data presencium conputandum se apostolico conspectui representent, et si dicti duo cives infra predictum tempus se apostolico conspectui non representaverint, ut prefertur, omnes predicti Nicolaus et cives et alii, quos propter premissa duxeris absolvendos, in pristinas penas et sentencias relabantur. D. Auinione III id. Augusti a. nono.

R. Av. 145 fol. 431'.

1250. *Obligatio archiepiscopi Magdeburgensis per Conradum vicarium praeposituae ecclesiae Pragensis, procuratorem suum. [„Die XXI Augusti a. MCCCLXI."]* [a])

1361 Augusti 21.

Obl. et Sol 35 fol. 4. — [a]) Suppletum ex notis in codice praecedentibus.

1251. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus infrascriptis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1361 Augusti 22.

Supplicat S^ti^ V^re^ devotus filius vester Karolus Romanorum imperator ac Bohemie rex, quatenus sibi in personam dilecti capellani commensalis sui Habardi presbyteri, nati nobilis Conradi de Telezowicz, specialem graciam facientes, de archidiaconatu ecclesie Pragensis, vacante ad presens per obitum quondam Durandi eiusdem archidiaconatus archidiaconi, qui nuper in curia diem suum clausit extremum, eidem Habardo dignemini misericorditer providere, non obstante, quod canonicatum ecclesie Pragensis per eleccionem capituli eiusdem ecclesie et altare sanctorum Cosme et Damiani in ipsa Pragensi ecclesia et parrochialem ecclesiam in Wrrwicz noscitur obtinere [1]) quodque super canonicatu et prebenda ecclesie s. Georgii in castro Pragensi in partibus litigare noscatur, quam ecclesiam cum altari paratus est dimittere, dum presens gracia suum sortita fuerit effectum; et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma. [a])

. . . .

Item quatenus dilecto sibi Czadconi olim nobilis viri Dominici de Passower clerico Pragensis dioc. specialem graciam facientes, de capella s. Egidii Pragensi sine cura, vacante per obitum quondam Johannis de Harawicz, ultimi capellani eiusdem, qui nuper in curia diem clausit extremum, eidem Czadconi dignemini misericorditer providere, cum ceteris clausulis supra descriptis.

Fiat G. [b])

Item quatenus dilecto suo Czenconi olim nobilis viri Dominici de Passower

clerico Pragensis dioc. specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Veteris capelle Ratisponensis, vacantibus ad presens, ... dignemini misericorditer providere, cum ceteris clausulis supra descriptis.

Fiat G.

Et quod transeant sine alia leccione, et quod examen dictorum Czadroni[s][c]) et Czenconi[s] committatur ad partes. Fiat G.

D. Auinione XI kal. Septembris a. nono.

R. Suppl. 32 fol. 160'. — a) In marg. dext. alia manu adnotatum: ‚Ad ipsam papa non respondit.' b) In marg. dext.: ‚Pro camera.' c) Corrige: ‚Czadconis'. — 1) Conf. Tingl, Confirmationum lib. I pag. 10.

1252. *Abbati monasterii Strahoviensis mandatur, quatenus Čadkoni*[a]) *nato Dominici de Pasovary*[b]) *capellam s. Egidii Pragensem conferat. „Dignum arbitramur" „Auinione XI kal. Septembris a. nono."*

$\overline{X}$. X . *Avinione, 1361 Augusti 22.*

R. Av. 145 fol. 158. — a) ‚Czadcon.' Av. b) ‚Passowor' Av.

1253. *Abbati monasterii Strahoviensis mandatur, quatenus Čenkoni*[a]) *nato Dominici de Pasovary*[b]) *canonicatum et praebendam Veteris capellae Ratisponensis conferat. „Dignum arbitramur" „Auinione XI kal. Septembris pontificatus nostri a. nono."*

$\overline{\overline{X}}$. X . *Avinione, 1361 Augusti 22.*

R. Av. 147 fol. 374. — a) ‚Czencon.' Av. b) ‚Passower' Av.

1254. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex et Fridericus burgravius Norimbergensis,*[a]) *qui desiderant, quod Venceslaus imperatoris et Elisabeth*[b]) *burgravii praedictorum infantes, cum ad aetatem legitimam pervenerint, matrimonialiter copulentur, supplicant, quatenus cum eisdem filiis, qui quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt, de matrimonio contrahendo dispensetur. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione XI kal. Septembris a. nono."*

Avinione, 1361 Augusti 22.

R. Suppl. 32 fol. 162'. — Ed. apud Sauerland in Quellen u. Forschungen aus italien. Archiven VI pag. 13. — a) ‚Fredericus purg. de Nurenberch' Suppl. b) ‚Elizabeth' Suppl. — Ista supplicatio genuine in fol. 160' descripta, sed ibi cancellata est, ad quam cancellaturam sequens adnotatio in marg. dext. pertinet: „non bene concordabat cum originali et ideo rescripta inferius."

1255. *Carolus Romanorum imperator et Bohemiae rex supplicat, quatenus Habardo presbytero nato nobilis viri Conradi de Telčovicz,[a]) capellano suo, de canonicatu et praebenda ecclesiae s. Johannis in Haug extra muros Herbipolenses, tunc vacantibus provideatur, „non obstante, quod canonicatum ecclesie Pragensis per eleccionem capituli eiusdem ecclesie, altare sanctorum Cosme et Damiani in ipsa Pragensi ecclesia et parrochialem ecclesiam in Wrrwicz[1]) noscitur obtinere, quodque super canonicatu et prebenda ecclesie s. Georgii in castro Pragensi[b]) in partibus litigare noscatur, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.“ „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IX kal. Septembris a. nono.“ [c])*

Avinione, 1361 Augusti 24.

R. Suppl. 33 fol. 173'. — [a]) ‚Conrandi de Teltzowitz‘ Suppl. [b]) ‚in castro Prag.‘ bis scriptum in Suppl. [c]) In marg. dext.: ‚Pro camera.‘ — [1]) Conf. Tingl, Confirmationum lib. I pag. 10.

1256. *Habardo Conradi de Telčovic[a]) conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae s. Johannis in Haug extra muros Herbipolenses tunc vacantes, non obstantibus, „quod canonicatum et altare ss. Cosme et Damiani in ecclesia Pragensi“ obtinet etc. ut in supplicatione sub nr. 1255.[b]) „Nobilitas generis“ „Auinione VIIII kal. Septembris a. nono.“ — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis[c]) extra muros Pragenses et praeposito Avinionensi ac decano Vissegradensi Pragensis dioc.*

. X X . *Avinione, 1351 Augusti 24.*

R. Av. 146 fol. 287'. — [a]) ‚Telczowicz‘. [b]) ‚Wirewicz‘ Av. [c]) ‚Brenouiensis‘ Av.

1257. *Compositio Henrici procuratoris magistri Bartholomaei super annatis de altari s. Catherinae in ecclesia Pragensi.*

1361 Augusti 25.

Eodem anno, indiccione et pontificatu quibus supra [MCCCLXI, indiccione XIIII, ... pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape sexti a. nono][a]) et die XXV mensis Augusti composuit Henricus Warnerii canonicus Caminensis, procurator magistri Bartholomei presbyteri,[b]) cui provisum fuit de altari s. Katerine in ecclesia Pragensi per dominum Innocencium kal. Junii a. nono (!)[1]) ad solvendum taxam dicti altaris vel valorem, si reperiatur taxatum, vel medietatem fructuum prime annate, si non sit taxatum, et hoc a festo nativitatis domini proxime venturo in unum annum; obligavit et iuravit etc., promisit certificare etc., voluit excommunicari etc. . . . .

Anno LXIII die IIII mensis Julii solvit XXII flor. cum dimidio et promisit solvere residuum, si quod sit, et certificare cameram per litteras collectoris infra festum b. Johannis Baptiste, et fuit absolutus.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 4'. — a) Suppletum ex nota 1. b) In marg. sin.: ,Pragensis'. — 1) Conf. nr. 1200 et 1201. — In marg. dext.: ,pro totali medietate fructuum manualiter solvit X flor.'

1258. *Nicolao de Horscha*[a]) *et Catherinae*[b]) *eius uxori, civibus Vratislaviensibus indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione VII kal. Septembris a. nono.“*

V̄
. X .

Avinione, 1361 Augusti 26.

R. Av. 146 fol. 538. — a) ,Harschow' Av. b) ,Katherine Av.

1259. *Visitatio Theoderici electi Magdeburgensis per Conradum alias „Cunssem“ vicarium praepositurae ecclesiae Pragensis, procuratorem suum. „Die XXVIII mensis Augusti“ [a. MCCCLXI].*[a])

1361 Augusti 28.

Obl. et Sol. 31 fol. 52'. — a) Suppletum ex folio 49.

1260. *Guido episcopus Portuensis supplicat, quatenus Aleramo de marchionibus „Cene“ de archidiaconatu ecclesiae Pragensis provideatur.*

Avinione, 1361 Septembris 7.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester G[uido] episcopus Portuensis, quatenus sibi in personam infrascriptorum capellanorum et familiarium suorum commensalium specialem graciam facientes, dignemini ei[s]dem de infrascriptis beneficiis providere, cum clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus: Videlicet domino Alerano de marchionibus Cene, licenciato in decretis, capellano suo, de archidiaconatu ecclesie Pragensis, eciam si sit dignitas electiva et curam habeat animarum[a]), vacante ad presens per obitum condam Durandi Girardi ultimi ipsius ecclesie archidiaconi et ipsius episcopi camerarii, apud sedem apostolicam defuncti, cum clausulis et non obstantibus ut supra.

. . . .

Fiat de omnibus. G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione VII id. Septembris a. nono.

R. Suppl. 33 fol. 186'. — a) Verba: ,eciam si sit — animarum' alia manu supra lin adscripta sunt; ad haec verba sequens adnotatio in marg. pertinet: „Nota, quod ista verba: ,eciam si sit dignitas electiva et curam habeat animarum' fuerunt addita in originali per dominum G., cardinalem Vabrensem de mandato domini pape et hic per me Sy ad relacionem ipsius domini cardinalis.“

1261. *Aleramo de „Cena" confertur archidiaconatus ecclesiae Pragensis. „Nobilitus generis" „Auinione VII id. Septembris a. nono." — In e. m. abbati monasterii Psalmodiensis Nemausensis dioc. ac Bartholomeo Raynaldi canonico Carnotensi ac officiali Pragensi.*

. X X̄. *Avinione. 1361 Septembris 7.*

R. Av. 146 fol. 274.

1262. *Bartholomaeo Raynaldi conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Carnotensis. „Litterarum sciencia" „Auinione VII id. Septembris a. nono." — In e. m. abbati monasterii Psalmodiensis Nemausensis dioc. et archidiacono Pragensi ac officiali Carnotensi.*

. X X. *Avinione, 1361 Septembris 7.*

R. Av. 146 fol. 266'

1263. *Compositio Alerami de marchionibus „Cene" et obligatio Johannis de Marelio super annatis de archidiaconatu Pragensi.*

1361 Septembris 15.

Eodem anno [MCCCLXI] [a]) et die decima quinta Septembris composuit dominus Aleramus de marchionibus Cene licenciatus in decretis super archidiaconatu ecclesie Pragensis, de quo sibi provisum fuit per dominum Innocencium papam VI VII id. Septembris a. nono, ad taxam dicti archidiaconatus, si reperiatur taxatus, alias medietatem fructuum prime annate, solvendo a festo nativitatis domini proxime venientis in unum annum, promisit facere sertificare dominum commissarium de valore, si reperiatur taxatus, alias de valore medietatis fructuum, obligavit et iuravit etc: ut supra presentibus. [Johanne de Molle clerico, Benedicto Fromentini clerico Xantonensi Osnaburgensis dioc.] [a])

VIII id. Aprilis a. nono (!) pontificatus domini Innocencii pape VI fuit Johanni de Murolio [b]) provisum de dicto archidiaconatu, quia domino Alerano predicto fuit provisum de canonicatu et prebenda et archidiaconatu in ecclesia Burgensi, prout ibidem dictum fuit, pro quo Johanne et pro fructibus primi anni obligavit se Guillelmus La Val clericus Claramontensis dioc. ut procurator dicti Johannis, prout est inferius, die prima mensis Februarii a. LXIII.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 7. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. b) Corrige: ‚Marelio'. — Conf. nr. 1260 et 1261.

1264. *Arnestus archiepiscopus Pragensis supplicat, quatenus sibi facultas de duobus canonicatibus et praebendis providendi concedatur.*

Avinione, 1361 Septembris 25.

Supplicat S^{ti} V^{re} devotus vester Arnestus archiepiscopus Pragensis, quatenus sibi specialem graciam facientes, dignemini concedere facultatem de duobus canonicatibus ac duabus prebendis in ecclesia Pragensi personis idoneis, quas eligendas duxerit, providendi, cum reservacionibus, decretis et aliis clausulis oportunis, non obstante, si dicte persone et quelibet ex eis alia beneficia ecclesiastica obtineat, eciam si alicui eorum cura imminet animarum, et cum aliis non obstantibus et clausulis neccessariis et oportunis.

Fiat G. Sine alia leccione fiat G.

D. Auinione VII kal. Octobris a. nono.

R. Suppl. 33 fol. 205'. — In marg. dext.: ‚at[tende] si pro camera'.

1265. *Arnesto archiepiscopo Pragensi conceditur facultas conferendi duabus personis idoneis, etiam si quaelibet earum beneficia ecclesiastica obtineat, quorum uni cura immineat animarum, duos canonicatus Pragensis ecclesiae, reservandi quoque eisdem duas praebendas in eadem ecclesia. „Sincere devocionis" „Auinione VII kal. Octobris pontificatus nostri a. nono."*

V
. X . *Avinione, 1361 Septembris 25.*

R. Av. 145 fol. 474'.

1266. *Chotěborius Cadoldi de Stan supplicat, quatenus assecutio praepositurae ecclesiae curatae in Touškov sibi confirmetur vel de eadem de novo provideatur.*

Avinione, 1361 Septembris 25.

Rotulus confirmacionum Almannorum.

. . . .

Item exponit S^{ti} V^{re} orator vester Chotyeborici [a]) Cadoldi de Stan prepositus prepositure ecclesie curate in Guscow [b]) per prepositum solite gubernari ordinis s. Benedicti Pragensis dioc., quod ipse dicta prepositura vacante per mortem Henrici prefate ecclesie [prepositi] immediate ex presentacione abbatis de Caladruna [c]) ordinis et dioc. predictorum et institucione ordinaria dictam preposituram extitit assecutus canonice et eam possedit et possidet pacifice et quiete, que prepositura personatus existit curatus, et quia dubitat, dictam preposituram tempore dicte assecucionis fuisse donacioni apostolice reservatam, ideo S^{ti} V^{re} supplicat, quatenus huiusmodi assecucionem et institucionem ratas habentes, ipsam predicto Chotyeborio de speciali gracia dignemini confirmare quacunque reservacione generali vel speciali non obstante, vel eidem de novo dignemini providere.

. . . .

Sanctissime pater, dignemini omnes predictas supplicaciones non cancellatas signare et, prout petitur, mandare expedire, dummodo in beneficiis petitis non fuerit alteri ius quesitum.

Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.
D. Auinione VII kal Octobris a. nono.

R. Suppl. 33 fol. 223. — a) Corrige: ‚Chotyeborius'. b) Corrige: ‚Tuscow' (Conf Tingl, Confirmationum lib. 1 pag. 41). c) Corrige: ‚Cladruna'.

1267. *Pro Conrado de Geisenheim*[a]) *baccalario in decretis, ambassiatore Caroli Romanorum imperatoris supplicatur, quatenus collatio canonicatus et praebendae ecclesiae Spirensis ei facta confirmetur vel ei de eisdem de novo provideatur. — „Fiat G. Et sine leccione. Fiat G. D. Auinione VII kal. Octobris a. nono."*

Avinione, 1361 Septembris 25.

R. Suppl. 33 fol. 236'. — a) ‚Gysinheim' Suppl.

1268. *Pro Johanne quondam Conradi de Herrndorf*[a]) *supplicatur, quatenus ei de canonicatu et praebenda ecclesiae Poznaniensis, vacantibus per obitum Nicolai Arnoldi de Strelicz in Romana curia defuncti, provideatur, non obstante, quod parochialem ecclesiam in Herrndorf*[a]) *Vratislaviensis dioc. obtinet. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione X kal. Novembris a. nono."*

Avinione, 1361 Octobris 23.

R. Suppl. 33 fol. 250'. — a) ‚Herendorf' Suppl. — In marg. dext.: ‚Pro camera.'

1269. *Andreas natus Johannis Pauli de Torselleriis clericus Pistoriensis*[a]) *supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Pisanae et de prioratu ecclesiae s. Andreae de „Triuazano" Placentinae dioc., vacantibus per liberam resignationem Guilelmi fratris sui, provideatur, non obstante, quod in Wormatiensi et in s. Egidii Pragensi ecclesiis canonicatus et praebendas noscitur obtinere. — „Fiat G." — Item supplicat, quatenus sibi, ut in Romana curia vel in generali studio residendo fructus, redditus et proventus benefitiorum, quae obtinet, usque ad triennium percipere valeat, indulgeatur. — „Fiat G. Et sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione III kal. Novembris a. nono."*

Avinione, 1361 Octobris 30.

R. Suppl. 33 fol. 239. — a) ‚Pistoricensis' Suppl. — In R. Av. 146 fol. 348' reperiuntur litterae, quibus praedicto Andreae canonicatus et praebenda ecclesiae Pisanae conferuntur.

1270. *Nobili viro Alberto dicto Kolovrat*[a]) *militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione III kal. Novembris a. nono."*

Avinione, 1361 Octobris 30.

R. Av. 146 fol. 549. — a) ‚Golowrat' Av.

1271. *Cum Venceslao nato Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis super matrimonio cum quacunque muliere sibi quarto consanguinitatis et etiam affinitatis gradu coniuncta contrahendo dispensatur.*

. L . *Avinione, 1361 Octobris 31.*

Ad futuram rei memoriam. Eximie devocionis affectus, quem . . . . Carolus Romanorum imperator . . . . et Boemie rex illustris ad nos et Romanam gerit ecclesiam, non indigne meretur, ut votis suis, quantum cum deo possumus, sacrorum eciam canonum interdum temperando rigorem, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod, cum pro parte imperatoris eiusdem nobis fuerit humiliter supplicatum, ut cum d. f. nobili Wenceslao nato suo in infancia constituto, quod ipse Wenceslaus, cum ad etatem ad id aptam provenerit, aut interim idem genitor suus vel alius eius nomine et pro eo sponsalia et demum ipse Wenceslaus matrimonium cum quacunque nobili muliere sibi quarto consanguinitatis et eciam affinitatis gradu coniuncta licite contrahere possit et cum eadem eciam super hoc muliere dispensare misericorditer dignaremur, nos huiusmodi supplicacionibus inclinati, cum eodem Wenceslao et cum huiusmodi muliere sic sibi coniuncta, quod ipsi vel alii eorum nomine, impedimentis consanguinitatis et eciam affinitatis huiusmodi nequaquam obstantibus sponsalia et matrimonium invicem, ut premittitur, libere contrahere et in ipso matrimonio, postquam contractum fuerit, licite remanere valeant, auctoritate apostolica tenore presencium de speciali gracia dispensamus, prolem ex ipso suscipiendam matrimonio legitimam nunciantes . . . D. Auinione II kal. Novembris a. nono.

R. Av. 145 fol. 449'.

1272. *Enderlino dicto Vorsucher de Montibus Cutnis*[a]) *laico Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione II kal. Novembris a. nono."*

Avinione, 1361 Octobris 31.

R. Av. 145 fol. 572'. — a) ‚Montecutnis' Av.

1273. *Henselino dicto Beneschauer*[a]) *et Annae eius uxori, civibus Pragensibus, indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione II kal. Novembris a. nono."*

. X̄V̄ . *Avinione, 1361 Octobris 31.*

R. Av. 145 fol. 572'. — a) ‚Benessauer' Av.

1274. *Abbati monasterii Scotorum*[a]) *in Norimberga*[b]) *mandatur, quatenus Johanni dicto Zufraz*[c]) *canonico Eystetensi, notario Caroli Romanorum imperatoris,*

cellerariam ecclesiae Bambergensis conferat, non obstantibus, quod in ecclesia Eystetensi canonicatum et praebendam ac parochialem ecclesiam s. Mariae Bambergensem obtinet ac super canonicatu et praebenda praefatae Bambergensis ecclesiae litigat. „Dignum arbitramur" „Auinione II kal. Novembris a. nono."

X *Avinione, 1361 Octobris 31.*
. X .

R. Av. 146 fol. 375. — a) ‚Scothorum' Av. b) ‚Nurenberg' Av. c) ‚Zuffras' Av. — Conf. nr. 1200.

1275. *Nota de solutione partis servitii Eyringi abbatis monasterii Teplensis.*

1361 Novembris 6.

Die eadem sexta predicti mensis Novembris [a. . . . . millesimo trecentesimo sexagesimo primo, indiccione XIIII, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. nono][a]) recepti fuerunt a domino fratre Eyringo abbate monasterii Telpensis[b]) ordinis Premonstratensis Pragensis dioc. pro parte partis sui communis servicii solvente per manus Francisci de Praga familiaris sui — LXXXIIII floreni camere.

Int. et Exit. (1361) 294 fol. 6', 297 fol. 12. — a) Suppletum ex folio 4. b) Corrige: ‚Teplensis' — Etiam in manuali receptorum et expensarum camerae apost. 1361 nr. 296 fol. 9 de solutione eadem notitia fit.

1276. *Nota de solutione annatae Leonis rectoris parochialis ecclesiae Teplensis per procuratorem Franciscum Vernerii.*

1361 Novembris 9.

Item anno, indiccione et pontificatus, quibus supra [millesimo trecentesimo sexagesimo primo, pontificatus . . . Innocencii . . . . pape sexti a. nono, indiccione XIIII][a]) die IX Novembris discretus vir Franciscus Vernerii de Praga Pragensis [dioc.] nomine procuratorio religiosi viri fratris Leonis plebani, monachi monasterii Premonstratensis, rector[is] parrochialis ecclesie in Tepla eiusdem ordinis Pragensis dioc., solvit pro medietate fructuum prime annate dicte parrochialis ecclesie — XXIII flor. de camera.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 168'. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus.

1277. *Nobili viro Petro de Wartenberg militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VI id. Decembris a. nono."*

Avinione, 1361 Decembris 8.

R. Av. 145 fol. 577'.

1278. *Nobili viro Marquardo de Wartenberg militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione VI [id.] Decembris a. nono.“*

Avinione, 1361 Decembris 8.

R. Av. 145 fol. 578.

1279. *Nobili viro Sazemae de Opočno*[a]) *militi Pragensis dioc. et Elškac*[b]) *eius uxori indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione VI id. Decembris a. nono.“*

V
.X. *Avinione, 1361 Decembris 8.*

R. Av. 145 fol. 578'. — a) ‚Opczna‘ Av. b) ‚Elske‘ Av.

1280. *Nicolaus ac Franciscus Henrici pannicidae, civis Pragensis, Berwicus Friczconis de Frankenstein, Conradus Nicholai Mostil de Grecz supplicant, quatenus eis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1361 Decembris 14.

Supplicat Sti Vre Nicolaus Henrici pannicide, civis Pragensis, quatenus graciam sibi facientes specialem, ei de canonicatu et prebenda in ecclesia Pragensi dignemini providere, prebendam, si qua vacat vel quamprimum vacare contigerit in eadem ecclesia, donacioni apostolice reservantes predicto Nicholao ut in forma, cum inhibicione et decreto et clausula anteferri et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et cum executoribus, cum remissione examinis ad partes.

Ista ecclesia est nimis gravata.[a]) Et sine alia leccione.

. . . .

Item supplicat Sti Vre Franciscus Henrici pannicide civis Pragensis, quatenus sibi graciam specialem facientes, ei de canonicatu et prebenda in ecclesia Wischegradensi inter muros Pragensis civitatis dignemini providere, prebendam, si qua vacat vel quamprimum vacare contigerit, donacioni apostolice reservantes ut in forma, cum inhibicione et decreto et clausula anteferri et aliis non obstanciis et clausulis oportunis et executoribus et cum remissione examinis ad partes.

Et sine alia leccione.

. . . .

Supplicat Sti Vre devotus vester filius Berwicus Friczconis de Frankinstein, clericus Vratislaviensis dioc., quatenus sibi graciam specialem facientes, de beneficio cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem episcopi Wratislaniensis, si quod ad presens vacat vel[b]) quamprimum vacare contigerit, dignemini providere, non obstante, quod idem Berwicus ecclesiam parrochialem in Nigra Olomucensis dioc. et altare in Lazan Wratislaniensis dioc. obtinet, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et sine opposicione et executoribus

Et sine alia leccione.

. . . .

Supplicat S[ti] V[re] Conrardus [c]) Nicholai Mostil de Greicz clericus Pragensis dioc., quatenus sibi graciam facientes specialem, ei de canonicatu et prebenda in ecclesia Olomuncezensi dignemini providere, prebendam, si qua vacat ad presens vel quamcito vacare contigerit, donacioni apostolice reservantes, cum inhibicione et decreto et clausula anteferri ut in forma et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et commissione examinis ad partes.

Fiat de non cancellatis G. Et sine alia leccione. Fiat G.

D. Auinione XIX kal. Januarii a. nono.

R. Suppl. 33 fol. 274'. — [a]) Ad istam resolutionem sequens in marg. alia manu scripta adnotatio pertinet: ‚Hec est responsio pape in originali, et sic erat cancella[ta] supplicatio. Jo.' Supplicatio ista etiam hic est cancellata. [b]) ‚vel vel' Suppl. [c]) Corrige: ‚Conradus'.

1281. *Nicolaus scholasticus Pragensis supplicat, quatenus nepoti suo Andreae Ulrici de Glatovia* [a]) *clerico Pragensis dioc. de canonicatu ecclesiae Boleslaviensis dictae dioc. cum reservatione praebendae provideatur. — „Fiat G. Et quod transeat sine alia leccione. Fiat G. Et cum commissione examinis ad partes. Fiat G. D. Auinione XIX kal. Januarii a. nono.“*

Avinione, 1361 Decembris 14.

R. Suppl. 33 fol. 292'. — [a]) ‚Vlrici de Glathouia' Suppl.

1282. *Abbati monasterii in Prüfening* [a]) *Ratisponensis dioc. mandatur, quatenus Conrado de Montepuellarum canonico ecclesiae Ratisponensis, magistro in artibus, ad sedem apostolicam . . . . per Carolum Romanorum imperatorem . . . . ac Bohemiae regem ambassiatori destinato, praeposituram ecclesiae Ratisponensis tunc vacantem conferat. „Dignum arbitramur“ „D. Auinione XVIIII kal. Januarii a. nono.“*

„Sine taxa.“ *Avinione, 1361 Decembris 14.*

R. Av. 147 fol. 290. — [a]) ‚Prufling' Av. — Supplicatio praedicti Conradi pro praepositura praefata et pro canonicatu et praebenda ecclesiae Pataviensis in R. Suppl. 33 fol. 296 reperitur.

1283. *Episcopo Luthomuslensi mandatur, quatenus Conrado de Montepuellarum ambassiatori Caroli Romanorum imperatoris ac Bohemiae regis, ad sedem apostolicam pro certis negotiis destinato, canonicatum et praebendam ecclesiae Pataviensis, tunc vacantes, conferat. „Dignum arbitramur“ „Auinione XVIIII kal. Januarii a. nono.“*

X
. X .

Avinione, 1361 Decembris 14.

R. Av. 147 fol. 445'.

1284. Litterae Bohuslai abbatis monasterii Siloensis de eleccione Venceslai Pauli canonici monasterii Siloensis in praepositum monasterii Cunicensis papae ad confirmationem praesentantur.

Avinione, 1361 Decembris 16.

In nomine domini amen. Nos Bohuslaus divina miseracione abbas monasterii Syloensis Premonstratensis ordinis Pragensis dioc., pater abbas monasterii prepositure sanctimonialium in Cunycz dicti ordinis Olomucensis dioc. per prepositum soliti gubernari, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium nostrarum noticiam habituris litterarum, quod vacante nuper monasterio et prepositura Cunycensibus predictis per mortem bone memorie fratris Johannis de Nichilspurl,[a]) pridem prepositi dicti monasterii immediati, corpore quoque dicti Johannis ecclesiastice tradito sepulture, volentes, prout ad nostrum spectat officium, dicto monasterio sic vacanti de preposito et pastore secundum statuta et privilegia ordinis Premonstratensis canonice providere, et quantum cum deo possemus, indempnitati dicti monasterii consulere et precavere, instantibus eciam nobis religiosis nostris in Christo filiabus Eufamia priorissa, Jutka subpriorissa, Machna cantrice ceterisque monialibus et conventu monasterii predicti, ad quas electio monasterii prefati de iure et antiqua consuetudine noscitur pertinere, priorisse, subpriorisse, cantrici et conventui supradictis vicesimamprimam diem mensis Julii presentis terminum peremptorium et precisum duximus assignandum ad procedendum in dicto eleccionis negocio deo duce, quantum fuerit de iure, ac omnibus, quorum interest vel posset interesse quovismodo in futurum, et quod secundum ordinis instituta venerabiles et religiosos viros fratres nostros karissimos P. . . Gradicensis, Hinconem Zaburdouicensis, Wilhelmum Jarocensis monasteriorum abbates dicti ordinis Olomucensis et Patauiensis dioc. ad eundem terminum invitari fecimus et vocari ad presidendum nobiscum et assistendum nobis in eleccione huiusmodi celebranda. Subsequenter quoque veniente dicto termino ad eleccionem prefixo, comparentibus eciam predictis abbatibus in dicto Cunicensi monasterio veluti piis monasterii et ordinis predictorum zelatoribus, priorissa, subpriorissa, cantrix et conventus monialium predictarum se ad eleccionem eandem disponentes, missa de spiritu sancto primitus solemniter decantata ipsaque finita, ad sonum campane una nobiscum et dictis confratribus nostris capitulum dicti monasterii et ad hoc congregate capitulariter intraverunt. In quo omnibus et singulis presentibus et interessentibus monialibus monasterii prefati, qui potuerunt et debuerunt interesse de iure, decantato primitus per nos et ipsas ympno ‚Te deum laudamus' statutum nostri Premonstratensis ordinis continens formas eleccionum in dicto capitulo fecimus recitari hortando, monendo et in virtute sancte obediencie precipiendo priorisse, subpriorisse, cantrici et monialibus ac conventui predictis, ut secundum aliquam de formis perlectis procedere curarent ad eleccionem predictam. Statim quoque priorissa, subpriorissa, cantrix et conventus monialium predicte deliberandi a nobis venia petita et obtenta inter se tractantes et omnes singule supradicte formam compromissi amplectantes, in predictam Eufemiam priorissam vota et vices ipsarum et cuiuslibet earum concorditer transtulerunt et in eam compromiserunt, dantes sibi omnimodam potestatem, ut ipsa Eufemia suo et ipsarum et cuiuslibet ipsarum ac dicti conventus nomine et

nominibus de canonicis regularibus professis monasterii Syloensis predicti aliquam ydoneam nominaret et eligeret personam in prepositum monasterii prefati. Demum vero predicta soror Eufemia nobiscum deliberacione prehabita, si dictum compromissum assumere deberet, nolensque resistere tam concordi voluntati monialium et conventus predictorum, dictum assumpsit compromissum et deliberacione secum ac aliis sanctimonialibus monasterii predicti prehabita diligenti, quomodo possit talem eligere personam in prepositum sui monasterii, per quam in spiritualibus et temporalibus idem monasterium valeret reformari, constituta in conventu et capitulo predictis et ipsis monialibus concorditer petentibus per eam pronunciari et nominari electum, predicta Eufemia quandam trahens cedulam in dicto conventu ipsam cedulam legit et venerabilem fratrem Wenceslaum Pauli canonicum dicti monasterii Syloensis, professum, in prepositum dicti monasterii elegit et pastorem. Cuius quidem cedule tenor per omnia erat talis:

In nomine domini amen. Ego soror Eufemia priorissa, professa nostri monasterii Cunycensis Premonstratensis ordinis Olomucensis dioc., nomine meo et tocius conventus sanctimonialium, sororum mearum, monasterii Cunycensis predicti Premonstratensis ordinis dioc. Olomucensis et ab ipsis vigore compromissi plenam super hoc habens potestatem, vacante prepositura monasterii Cunicensis predicti per mortem bone memorie domini Johannis inmediati olim prepositi monasterii predicti et de ipsarum sanctimonialium expresso consensu religiosum virum fratrem Wenceslaum Pauli canonicum monasterii Syloensis dicti ordinis Pragensis dioc nomino et eligo in hiis scriptis in nostrum et dicti monasterii Cunicensis verum et legitimum prepositum et rectorem; quem Wenceslaum nostrum electum nomine et nominibus ut supra peto per vos venerabilem patrem dominum Bohuslaum abbatem monasterii Syloensis predictì, nostrum patrem abbatem, solemniter confirmari et sibi tradi possessionem et administracionem temporalium et spiritualium monasterii et prepositure predictorum.

Quaquidem eleccione sic peracta et publicata ipsoque fratre Wenceslao electo cum ceteris nostris capellanis tunc presente requisivimus eundem electum diligenter, si dicte eleccioni vellet consentire Idemque electus non ambiciose[b]) concupiscens nec pompose contempnens eleccionem huiusmodi de se factam, pro saniori consilio habendo cum dictis nostris fratribus se traxit ad partem et deliberacione cum ipsis prehabita diligenti, secuto quoque ipsorum consilio tamquam dicti ordinis zelatorum, non valens voluntati divine in hoc contraire, quamquam se multipliciter excusaret, dicte eleccioni de se facte obedienter consensit. Quodque audito huiusmodi consensu priorissa, subpriorissa, cantrix et conventus monialium earundem una cum predicto ipsarum electo et pro ipso nobis humiliter supplicarunt, ut dictam ipsarum eleccionem ratam habentes et gratam, eam et electum predictum dignaremur confirmare in prepositum monasterii predicti et eum mittere in possessionem et administracionem temporalium et spiritualium monasterii et prepositure predictorum. Nos itaque peticionem predictam advertentes fore racionabilem et iustam, nolentes tamen ante tempus examinis dicto electo manus confirmacionis cito imponere, nisi comperto prius, si per experienciam discipline et obediencie meritum sit velut Aron a deo vocatus, et alias iuxta canonicas sanctiones cridam seu proclamacionem sub nostris patentibus litteris fieri fecimus ad horam vesperarum diei predicte, quem terminum[c]) predictis monialibus

et aliis quibuscunque, quorum interest vel posset interesse quovismodo in futurum, precisum et peremptorium duximus prefigendum ad dicendum et opponendum, quicquid dici vel opponi possit verbo vel in scriptis tam contra electum quam eciam eligentes seu formam eleccionis prefate. Veniente quoque hora supradicta et priorissa, subpriorissa, cantrice et conventu monialium predictarum una cum predicto ipsarum electo coram nobis et dictis fratribus nostris constitutis et dictam confirmacionem cum instancia postulantibus, nullo apparente, qui in personam dicti electi seu eligencium aut formam eleccionis predicte addiceret vel opponeret verbo vel in scriptis, propter quod impensio dicte confirmacionis differi posset vel impediri de iure, dicto quoque electo per nos prius diligenter examinato, quem invenimus literature competentis, vite laudabilis et conversacionis honeste, humilem, modestum, in temporalibus providum et spiritualibus sagacem et prudentem et quod per ipsius eleccionem predictam operante domino magis est provisum ecclesie Cunicensi quam persone, consideratis eciam dicti electi multiplicibus probitatum meritis, quibus apud spirituales et mundanas personas multipliciter extitit commendatus, dicta eleccione primitus discussa et inventa canonica receptisque a predicto electo solitis consuetis et necessariis iuramentis in dei nomine in hiis scriptis, Christi nomine invocato, eleccionem sanctimonialium supradictarum ac predictum fratrem Wenceslaum, venerabilem ipsarum electum, in prepositum rectorem perpetuum monasterii Cunycensis predicti confirmamus eumque per tradicionem nostri anuli de prepositura supradicta investimus sibique possessionem et administracionem temporalium et spiritualium monasterii et prepositure predictorum tradimus presentibus et assignamus, mandantes nichilominus omnibus et singulis personis ecclesiasticis et mundanis, preposito et monasterio predictis qualitercunque subiectis et subessentibus, ut predicto domino Wenceslao preposito ipsorum et monasterii Cynucensis[d]) predicti ut vero domino et prelato ipsorum [i]n omnibus pareant, obediant pariter et intendant. Actum et datum in monasterio Cunycensi supradicto presentibus venerabilibus viris fratribus supradictis ac Petro priore dicti Cunycensis monasterii, Persicone in Kaspurk, Nicolao in Gunpolcz, Stiborio de Zaherlino ecclesiarum rectoribus Pragensis et Olomucensis dioc., canonicis regularibus monasterii Syloensis supradicti, ac discretis viris Petro Sdislai de Lauiborz(!), Jacobo Francلini de Iglauia, Jacobo in Cunicz commoranti, publicis notariis Pragensis, Olomucensis et Wratislaviensis dioc., ac aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo die vicesima prima mensis Julii. In quorum omnium testimonium nostrum ac Gradicensis, Zabirdouicensis abbatum, confratrum nostrorum, et conventus monasterii Cunycensis predictorum sigilla sunt presentibus appensa, tenore nichilominus presencium in publicam formam redacto.

Fiat G.(!)

Et ego Petrus Sdislay de Slawibors clericus Olomucensis dioc., publicus imperiali auctoritate notarius, convocacioni, congregacioni, compromisso, eleccioni, nominacioni, consensibus, voluntatibus, cride edicioni seu proclamacioni, terminorum prefixioni, confirmacioni, investiture ac omnibus et singulis premissis, dum sic agerentur locis et horis predictis, una cum prescriptis testibus interfui presens eaque omnia et singula propter mei certam occupacionem per manum al-

terius notarii conscripta et per me diligenter auscultata in hanc publicam formam redegi meisque signo et nomine consuetis signavi requisitus in testimonium omnium premissorum sub anno mense, die, horis et testibus quibus supra, indiccione quartadecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providencia pape sexti a. nono.

D. Auinione XVII kal. Januarii a. nono.

Et ego Jacobus quondam Nicolai de Nimycz clericus Wratislauiensis dioc., publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus et singulis premissis una cum testibus et notariis suprascriptis presens interfui eaque omnia et singula [e]) sic fieri vidi et audivi et me hic subscripsi, signo et nomine meis consuetis signavi requisitus in testimonium omnium premissorum.

Et ego Jacobus quondam Franczisci de Iglauia clericus Olomucensis dioc., publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus et notariis, presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et signo meo solito signavi rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

R. Suppl. 33 fol. 303. — [a]) Corrige: ‚Nichilspurk'. [b]) ‚ambicione' Suppl. [c]) ‚tim͡' Suppl [d]) Corrige ‚Cunycensis' [e]) ‚et singula' bis in Suppl. — In marg. dext.: ‚Pro camera'.

1285. *Electio Venceslai Pauli de Praga in praepositum monasterii sanctimonialium in Kounicz confirmatur.*

X
. X .

Avinione, 1361 Decembris 16.

D. f. Venceslao Pauli de Praga preposito monasterii sanctimonialium in Chunicz . . . . Sane peticio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod nuper prepositura monasterii sanctimonialium in Chunicz . . . . vacante, ... priorissa et conventus dicti monasterii . . . . te . . . . in prepositum dicti monasterii in Chunicz per viam compromissi concorditer elegerunt, tuque eleccioni huiusmodi illius tibi presentato decreto consentiens [a]), obtinuisti eam a. d. f. Bohuslao abbate Silocensi [b]) et patre abbate in Chunicz monasteriorum predictorum . . . . confirmari alias canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent, statutis in hiis omnibus a iure temporibus observatis. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu timeas preposituram ipsam fuisse tempore eleccionis et confirmacionis predictarum disposicioni apostolice reservatam, et propterea te posse super ea imposterum molestari, nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod eleccio et confirmacio supradicte et alia inde sequ[u]ta plenam perhinde obtineant roboris firmitatem, ac si de prepositura ipsa nulla per sedem apostolicam reservacio facta foret . . . . D. Auinione XVII kal. Januarii a. nono.

R. Av. 145 fol. 459'. — [a]) ‚contentiens' Av. [b]) Corrige: ‚Siloensi'.

1286. *Guilelmus de Sleyda et Johannes Binghe supplicant, quatenus ipsis de rectoria altaris s. Johannis in ecclesia s. Ceciliae Coloniensi et de canonicatu ac praebenda ecclesiae Vissegradensis causa permutationis provideatur.*

Avinione, 1361 Decembris 24.

Rotulus permutacionum Novembris et Decembris.

. . . .

Item cum Wilhelmus de Sleyda canonicatum et prebendam ecclesie Wyssegradensis Pragensis dioc. et Johannes dictus Binghe [a]) rectoriam altaris s. Johannis evangeliste siti in ecclesia s. Cecilie Coloniensis, que beneficia tunc obtinebant, per procuratores suos in manibus [Arnaldi archiepiscopi Auxitani, camerarii vestri,] [b]) et ex causa [permutacionis inter se de eisdem beneficiis] [b]) resignaverint, dignetur S^tas^ V^ra^ Wilhelmo de rectoria et Johanni predictis de canonicatu et prebenda supradictis providere, non obstantibus, quod idem Wylhelmus Coloniensis et Bunnensis Coloniensis dioc. ecclesiarum canonicatus et prebendas et eiusdem Coloniensis ecclesie preposituram et prefatus Johannes canonicatum et prebendam ac thesaurariam dicte Bunnensis ecclesie noscantur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis ut supra.

. . . .

Dignetur S^tas^ V^ra^ omnes et singulas suprascriptas supplicaciones non cancellatas exaudire et signare, ut petitur. Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.
D. Auinione IX kal. Januarii a. nono.

R. Suppl. 33 fol. 313'. — a) ‚Bighe' Suppl. b) Suppletum ex supplicationibus praecedentibus. ‚In manibus et ex causa quibus supra' Suppl.

1287. *Pro Johanne dicto Kamik supplicatur, quatenus ei de canonicatu et praebenda ecclesiae s. Andreae Wormatiensis causa permutationis cum Reinboldo* [a]) *dicto Beyer pro canonicatu et praebenda ecclesiae Wormatiensis provideatur, non obstante, quod idem Johannes in Pragensi canonicatum sub expectatione praebende et in Luthomericensi* [b]) *et Boleslaviensi ecclesiis canonicatus et praebendas obtinet. — „Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G. D. Auinione IX kal. Januarii a. nono."*

Avinione, 1361 Decembris 24.

R. Suppl. 33 fol. 322. — a) ‚Roybald, Raymbald' Suppl. b) ‚Luthmericensi' Suppl.

1288. *Reinboldo dicto Beyer confertur canonicatus et praebenda ecclesiae Wormatiensis, quos cum Johanne dicto Kamik, qui Johannem de Tusta clericum Pragensem procuratorem suum ad hoc specialiter constituit, pro canonicatu et praebenda s. Andreae Wormatiensis permutavit. „Apostolice sedis" „Auinione VIIII kal. Januarii a. nono."*

. X X . *Avinione, 1361 Decembris 24.*

R. Av. 146 fol. 426'. — a) ‚Reymboldo' Av.

1289. *Johanni de Falkenau*[a]) *presbytero Vratislaviensis dioc. parochialis ecclesia in Komorsk*[b]) *Wladislaviensis dioc. confertur, non obstantibus, quod canonicatum et praebendam ecclesiae b. Mariae Glogoviensis Vratislaviensis dioc. obtinet. „Vite ac morum" „Auinione II kal. Januarii a. decimo." — In e. m. Vratislaviensi et Culmensi episcopis ac decano s. Agricoli Avinionensis.*

. XX . *Avinione, 1361 Decembris 31.*

R. Av. 149 fol. 312'. — a) ‚Falkenow' Av. b) ‚Komorsko' Av. — Supplicatio praedicti Johannis in R. Suppl. 33 fol. 309' reperitur.

1290. *Compositio Nicolai Crepindorf super annatis de perpetua vicaria ecclesiae s. Crucis Vratislaviensis. „Composuit et se obligavit ad solvendum medietatem fructuum primi anni dicte perpetue vicarie" „[Auinione . . . . a. MCCC sexagesimo secundo . . . . die VII Januarii]."* [a])

Avinione, 1362 Januarii 7.

Coll Alam. (1361—1364) nr. 6 fol 20'. — a) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. — Conf. nr. 1241, 1242.

1291. *Praeposito Glogoviensis Vratislaviensis dioc. ac decanis Maioris et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Johanni nato quondam Conradi de Herrndorf*[a]) *rectori parochialis ecclesiae in Herrndorf*[b]) *Vratislaviensis dioc. canonicatum et praebendam ecclesiae Poznaniensis conferant. „Ad illorum provisionem" „Auinione XIII kal. Februarii a. decimo."*

V . X . *Avinione, 1362 Januarii 20.*

R. Av. 149 fol. 279'. — a) Herendorf' Av. b) ‚Herenorf' Av.

1292. *Episcopo Merseburgensi et praeposito Maioris ac decano s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus Ramvoldo de Polenz*[a]) *in iure canonico studenti canonicatum et praebendam ecclesiae Misnensis ac parochialem ecclesiam in Dresden Misnensis dioc., quos quondam Nicolaus Eberhardi de Budissin ipsius ecclesiae canonicus capitularis obtinebat, conferant, non obstantibus, quod in Misnensi ecclesia in canonicum est receptus et in Budissin*[b]) *dictae dioc. canonicatum sub expectatione praebendae obtinet. „Probitatis et virtutum" „Auinione XIII kal. Februarii a. decimo."*

V . X . *Avinione, 1362 Januarii 20.*

R. Av. 148 fol. 213'. — Reg. apud Kehr-Schmidt, Pästl. Urkunden und Regesten 1353—1378 (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 22. Bd.) pag. 114 nr. 403. — a) Ramuoldo de Polenczk' Av. b) ‚Busdissin' Av.

1293. *Judicibus mandatur, quatenus Leonardum de Znoima surrogent ad omne ius, quod quondam Martino de Telč in parochiali ecclesia de Vrbicz, super qua litigabant, competebat.*

Γ
. X . *Avinione, 1362 Januarii 22.*

Dilectis filiis . . abbati monasterii Lucensis Olomucensis dioc. et . . s. Petri ac . . s. Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis salutem etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus . . . . Leonardus de Znoyma, presbyter Olomucensis dioc. apud nos fidedignorum commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Exhibita siquidem nobis pro parte dicti Leonardi peticio continebat, quod orta dudum inter eundem Leonardum ex parte una et quondam Martinum de Telez[a]) clericum dicte dioc. super parrochiali ecclesia in Wrwicz eiusdem dioc., de qua, tunc per obitum quondam Mathie de Znoyma eiusdem ecclesie rectoris vacante, Martinus apostolica ei et Leonardus predicti ordinaria sibi auctoritate provisum fuisse, prout idem Leonardus, qui ipsam ecclesiam assecutus possederat et adhuc possidet, asserit, ex altera materia questionis et causa[b]) huiusmodi per appellacionem dicti Martini ad sedem apostolicam legitime devoluta et coram d. f. Guillelmo de Lenne (?) decano ecclesie Cicestrensis, capellano nostro et causarum palacii apostolici auditori, ex commissione nostra diucius ventilata, tandem dictus Martinus unam pro se et contra dictum Leonardum tunc absentem in causa huiusmodi diffinitivam sentenciam reportavit, que ex eo in rem transisse dicitur iudicatam, quod ab ea non fuit pro parte dicti Leonardi appellatum, licet ipse certum nuncium pro dicte cause prosecucione ad eandem sedem destinasset, qui tamen in itinere ad sedem veniendi predictam constitutus, ad illam, gravi infirmitate detentus, accedere nequivit, et demum dictus Martinus, antequam dictus Leonardus, ad cuius noticiam huiusmodi infirmitas pervenerat, propterea ad sedem prefatam accessisset apud eam extitit vita functus, dicta sentencia nondum execucioni mandata. Nos itaque volentes dictum Leonardum . . . . favore prosequi gracie specialis, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus . . . . prefatum Leonardum in omni iure et ad omne ius, quod dicto Martino in dicta ecclesia tempore sui obitus quomodolibet competebat seu competere poterat, dummodo tempore date presencium non sit in ipso iure alicui specialiter ius quesitum, auctoritate apostolica surrogetis dictumque ius sibi conferatis et provide[a]tis eciam de eodem, ipsumque Leonardum ad prosecucionem et defensionem huiusmodi iuris et sentencie ipsiusque execucionem vigoris[c]) in eo statu admittatis et admitti faciatis, in quo dictus Martinus, si viveret, posset et deberet admitti . . . . D. Auinione XI kal. Februarii a. decimo.

R. Av. 149 fol. 363. — a) Corrige: ‚Telcz‘. b ‚ea‘ Av. c) ‚vigore‘ Av.

1294. *Johanni de Kunzendorf*[a]) *confertur parochialis ecclesia in Schwanenkirchen*[b]) *Pataviensis dioc., non obstantibus, quod quoddam altare in ecclesia Vratislaviensi obtinet.* „*Vite ac morum*“ „*Auinione VII kal. Februarii a. decimo.*“ —

In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Frisingensi ac decano ecclesiae s. Agricoli Avinionensis.

. XX . *Avinione, 1362 Januarii 26.*

R. Av. 148 fol. 314'. — a) ‚Cunczindorf' Av. b) ‚Swanakirchen' Av.

1295. *Compositio Johannis de Falkenau*[a]) *super annatis de parochiali ecclesia in Komorsk*[b]) *Wladislariensis dioc. „Composuit ad solvendum medietatem fructuum prime annate dicte sue parrochialis ecclesie a prima die kadragesime ad unum annum." „[Anno . . . . MCCC sexagesimo secundo]*[c]) *. . . . die XXVII . . . . mensis [Januarii]."*[c])

1362 Januarii 27.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 25. — a) ‚Falkenow' Coll. b) ‚Kamorsko' Coll. c) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. — Conf. nr. 1289.

1296. *Theodericus archiepiscopus Maydeburgensis quitatur de solutione partis sui communis servitii camerae apostolicae per manus Conradi alias Cunsonis Henrici vicarii praepositurae ecclesiae Pragensis, procuratoris sui. „Auinione die XIX mensis Marcii a. d. MCCCLX secundo, pontificatus d. Innocencii pape VI a. decimo."*

Avinione, 1362 Martii 19.

Obl. et Sol. 34 fol. 43. — Ed. apud Nováček, Dětřich z Portic (Časopis musea král. Českého LXIV) pag. 524. — Nota de solutione praedicta etiam in R. Av. 149 fol. 67 reperitur.

1297. *Nobili viro Johanni Sters domicello Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione VI kal. Aprilis a. decimo."*

. X . *Avinione, 1362 Martii 27.*

R. Av. 149 fol. 532'.

1298. *Omnibus, qui ecclesiam monasterii sanctimonialium ordinis s. Clarae in Krumlov (Krummau) visitaverint, indulgentiae conceduntur.*

. X . *Avinione, 1362 Aprilis 17.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Splendor paterne glorie . . . . Cupientes igitur, quod ecclesia monasterii sanctimonialium in Crumnaw ordinis s. Clare Pragensis dioc. in honorem et sub vocabulo sacratissimi corporis domini nostri Jesu Christi ac gloriose virginis Marie matris eius per d. f. Petrum de Rosenberg prepositum ecclesie Omnium Sanc-

torum in castro Pragensi de novo canonice fundati, constructi atque dotati,[1]) ad quam presertim in ipsius corporis festo et per octabas eiusdem causa devocionis maxima, sicut accepimus, confluit populi multitudo, congruis honoribus frequentetur . . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurreccionis, ascensionis et eiusdem corporis domini nostri Jesu Christi ac annunciacionis ipsius b. Marie virginis ac s. Johannis evangeliste et in dedicacionis ipsius ecclesie festivitatibus prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, unum annum et quadraginta dies singulis videlicet festivitatum ipsarum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, ut prefertur, misericorditer relaxamus. D. Auinione XV kal. Maii a. decimo.

R. Av. 148 fol. 543', R. Av. 149 fol. 573. — [1]) Conf. nr. 743.

1299. *Martino dicto Suchan Střezkonis de Grecz confertur parochialis ecclesia in Teplicz.*

. XX. *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

D. f. Martino dicto Suchan Strzezkonis de Greez[a]) rectori parrochialis ecclesie in Teplicz Pragensis dioc. salutem etc. Laudabilia probitatis . . . . Dudum siquidem omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, tunc apud sedem apostolicam vacancia et in antea vacatura, collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus . . . . contingeret attemptari. Cum itaque postmodum parrochialis ecclesia in Teplicz Pragensis dioc., quam quondam Radslaus de Wolduch ultimus ipsius ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Radslai obitum, qui nuper apud dictam sedem diem clausit extremum, apud sedem ipsam vacaverit et vacare noscatur ad presens, ... nos volentes tibi . . . . graciam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam sic vacantem . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus . . . . D. Auinione X kal. Maii a. decimo.

In e. m. . . . . archiepiscopo Pragensi et . . . . s. Agricoli Auinionensis ac Wyssegradensis prope Pragam ecclesiarum decanis.

R. Av 148 fol. 346'. — [a]) Corrige: ‚Grecz'.

1300. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Přibislao*[a]) *Johannis de Újezdec*[b]) *rectori parochialis ecclesiae in Dřínov*[c]) *Pragensis dioc., capellano continuo, dometico commensali Arnesti archiepiscopi Pragensis ad supplicationem eiusdem archiepiscopi de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideri procuret. „Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

X . X *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

R. Av. 148 fol. 309. — [a]) ‚Przybislao' Av. [b]) ‚Vgezdecz' Av. [c]) ‚Drzyenow' Av. — Conf. Tingl, Confirmationum lib. I pag. 96.

1301. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Nicolao Conradi presbytero Pragensi, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collacionem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis, si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

X
. X . *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

R. Av. 148 fol. 417.

1302. *Officiali Pragensi mandatur, quatenus Johanni Nicolai de Bavorov* [a]) *presbytero Pragensis dioc. beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem abbatis et conventus monasterii ad Sanctam Coronam Cisterciensis ordinis dictae dioc., si vacat vel cum vacaverit, reservet. „Dignum arbitramur" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

X
. X . *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

R. Av. 148 fol. 421. — a) ‚Bauarow' Av.

1303. *S. Procopii et Brevnoviensis* [a]) *monasteriorum abbates ac praepositus ecclesiae Rudnicensis Pragensis dioc. conservatores Guilelmi* [b]) *decani et capituli ecclesiae Vissegradensis* [c]) *prope Pragam ad quinquennium instituuntur. „Militanti ecclesie" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

Avinione, 1362 Aprilis 22.

R. Av. 149 fol. 522'. — a) ‚Brewnow' Av. b) ‚Willelmi' Av. c) ‚Wissegradensis' Av.

1304. *Guilelmo* [a]) *de Lestkov* [b]) *decano ecclesiae Vissegradensis indulgetur, ut confessorem, qui confessione audita ei absolutionem impendat, eligere possit. „Benigno sunt" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

. X . *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

R. Av. 149 fol. 585'. — a) ‚Willelmo' Av. b) ‚Lastau' Av.

1305. *Eidem* [a]) *indulgetur, ut missam ante diem celebrari facere possit. „Sincere devocionis" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

. X . *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

R. Av. 149 fol. 585'. — a) ‚Willelmo de Lescau' Av.

1306. *Eidem*[a]) *indulgetur, ut altare portatile habere possit. „Sincere devocionis" „Auinione X kal. Maii a. decimo."*

. X . *Avinione, 1362 Aprilis 22.*

R. Av. 149 fol. 586. — a) ‚Willelmo de Lestau' Av.

1307. *Nicolao Heydenrich de Magna Glogovia et Catherinae eius uxori Vratislaviensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit" „Auinione VIII kal. Maii a. decimo."*

Avinione, 1362 Aprilis 24.

R. Av. 148 fol. 595'.

1308. *Pragensis et s. Agricoli Avinionensis ecclesiarum decanis ac officiali Pragensi mandatur, quatenus abbati et conventui monasterii Brevnoviensis satisfactionem impendi faciant in causa sequentis tenoris: Secundum petitionem eiusdem abbatis et monasterii Florianus rector parochialis ecclesiae in Chrudim eidem monasterio in quadam pensione annua 120 librarum cerae tenebatur; qua pensione denegata indeque lite coram officiali Luthomuslensi orta idem Florianus ad solvendum pensionem praefatam condemnatus ad sedem apostolicam appellavit, sed causa eadem coram auditoribus sedis apostolicae iudicata Florianus praedictus in pensione dictae cerae retentae condemnatus est. Procuratores ex parte monasterii praedicti erant: Johannes de Horažďovicz,*[a]) *Cunso de Veselí*[b])*; ex parte praefati Floriani: Johannes de Lubecca,*[c]) *magister Petrus Luthomuslensis, magister Paulus de Choczna*[d]) *„Peticio dilectorum" „Auinione XVI kal. Junii pontificatus nostri a. decimo."*

Avinione, 1362 Maii 17.

Orig. archivii monasterii Brevnoviensis, copia in Musaeo regni Bohemiae. — Ed. apud Dobner, Monumenta historica Boemiae VI pag. 79. — a) ‚Harawicz' Orig. b) ‚Cunsso de Wessel' Orig. c) ‚Lubek' Orig. d) ‚Cotzna' Orig.

1309. *Nobili viro Troiano de Doubravicz*[a]) *militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XVI kal. Junii a. decimo."*

Avinione, 1362 Maii 17.

R. Av. 148 fol. 597'. — a) ‚Dubranicz' Av.

1310. *Venceslao de Miličín*[a]) *rectori parochialis ecclesiae in Bošilce*[b]) *Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione XVI kal. Junii a. decimo.“*

Avinione, 1362 Maii 17.

R. Av. 148 fol. 605'. — a ‚Miliczyn' Av. b ‚Bosulecz' Av.

1311 *Cunsoni de Občděnicz*[a]) *laico Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione XV kal. Junii a. decimo.“*

Avinione, 1362 Maii 18.

R. Av. 148 fol. 597. — a ‚Obedenicz' Av.

1312. *Nobili viro Vlčkoni*[a]) *de Dobronicz militi et nobili mulieri Dobrkae eius uxori Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eorum in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem eis concedere possit. „Provenit“ „Auinione XV kal. Junii a. decimo.“*

Avinione, 1362 Maii 18.

R. Av. 148 fol. 597'. — a) ‚Wlczconi' Av.

1313. *Czaychano de Vlksicz*[a]) *laico Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit“ „Auinione XV kal. Junii a. decimo.“*

. X . *Avinione, 1362 Maii 18.*

R. Av. 148 fol. 597'. — a) ‚Wliksicz' Av.

1314. *Compositio Martini dicti Suchan Střezkonis de Grecz super annatis de parochiali ecclesia in Teplicz.*

1362 Maii 24.

Item anno indiccione et pontificatus quibus supra [MCCC sexagesimo secundo, indiccione XV, pontificatus . . . . Innocencii . . . pape VI a. decimo][a]) et die XXIIII mensis Maii discretus vir Martinus dictus Suchan Serzezkonis de Grecz clericus Pragensis dioc., rector parrochialis ecclesie in Teplicz eiusdem dioc., cui fuit provisum per . . . . Innocencium papam VI X kal. Maii a. decimo, composuit et se obligavit ad solvendum medietatem fructuum primi anni dictec parrochialis ecclesie a festo penthecostes proxime futuro in unum annum extun

secuturum . . . ., promisit facere certificare de vero valore infra annum . . . . iuravit etc., presentibus Ferrando Rodorici, Stephano Aymerici alias de Caslario Palentinensis et Caturcensis dioc.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6. fol. 43'. — a) Suppletum ex folio 20. — Conf. nr. 1299.

1315. Ludovico de Nordenberg[a]) capellano Caroli Romanorum imperatoris providetur ad supplicationem ipsius imperatoris de canonicatu ecclesiae Augustensis sub expectatione praebendae, non obstantibus, quod in Eystetensi et Feuchtwangensi[b]) ecclesiis canonicatus et praebendas et parochialem ecclesiam in Ulsenheim[c]) Augustensis et Herbipolensis dioc. obtinet, et beneficium ecclesiasticum ad collationem episcopi Herbipolensis pertinens sibi reservatur. „Vite ac morum" „Auinione IIII non. Junii a. decimo."

. X X *Avinione, 1362 Junii 2.*

R. Av. 149 fol. 441'. — a) ‚Nortenberg' Av. b) ‚Fuhewangensi' Av. c) ‚Vlsenheim' Av. — Conf. Mon. Vat. I nr. 953, 954.

1316. Nobili viro Johanni de Dírné[a]) militi Pragensis dioc. indulgetur, ut confessor eius in mortis articulo plenam omnium peccatorum remissionem ei concedere possit. „Provenit" „Auinione XII kal. Junii a. decimo."

Avinione, 1362 Maii 21.

R. Av. 148 fol. 597. — a) ‚Dyerni' Av. — Conf. nr. 880.

1317. Compositio Pauli Martini procuratoris Andreae Raczonis de Dub super annatis de canonicatu et praebenda ecclesiae Boleslaviensis.

1362 Junii 9.

Pragensis [dioc.].

Item eodem anno, indiccione quibus supra [MCCCLXII, indiccione XV, pontificatus . . . . Innocencii . . . . pape VI a. decimo][a]) et die nono mensis Junii discretus vir Paulus Martini rector altaris s. Marie Nivis in ecclesia Pragensi ut procurator Andree Raczonis de Dub, cui fuit provisum de canonicatu et prebenda ecclesie Boleslauiensis Pragensis dioc., composuit et se obligavit ut principalis et ut primata persona ad solvendum medietatem fructuum prime annate a festo b. Johannis Baptiste proxime instante ad annum, iuravit etc. Die X mensis Decembris a. LXII idem Paulus Martini obligavit se de novo ut procurator ad solvendum in termino iam dicto sub penis predictis, iuravit etc., resentibus dominis Fulcone Pererii preposito Valenciensi et Oliuerio de Mederio milite.

Anno LXIII die IIII Julii fuit eidem prorogatus terminus usque ad festum omnium sanctorum proxime venturum sub eisdem penis et sentenciis.

Eodem anno die ultima mensis Octobris certificavit cameram per literas collectoris, quod medietas fructuum canonicatus et prebende predictorum[b]) non ascendebant summam XX florenorum auri, quos solvit per manus Pauli Martini — XX. flor.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 49. — [a]) Suppletum ex folio 20. [b]) ‚predictis' Coll

---

1318. *S. Agricoli Avinionensis et s. Jacobi extra muros Bambergenses ecclesiarum decanis ac cantori Eystetensi mandatur, quatenus Ulrico dicto Kunk clerico Eystetensis dioc. perpetuam vicariam parochialis ecclesiae in Ingolstadt[a]) dictae dioc. ad supplicationem Caroli Romanorum imperatoris et Bohemiae regis conferant. „Laudabilia probitatis" „Auinione IIII kal. Julii a. decimo."*

V *Avinione, 1362 Junii 28.*
. X

R. Av. 149 fol. 350. — [a]) ‚Ingelstat' Av.

1319. *Computus camerae apostolicae de pecuniis receptis de fructibus benefitiorum vacantium in Alamannia.*

1362 Julii 12 — 1364 Julii 19.

Sequitur computus brevis redditus camere apostolice per me Eblonem de Mederio clericum camere apostolice de pecuniis levatis et receptis de fructibus beneficiorum vacancium in Alamania a die XII mensis Julii anni LXII usque ad diem XIX mensis Julii anni LXIIII inclusive et eciam de restis debitis eidem camere ex causis supradictis a die XVIII mensis Septembris pontificatus felicis recordacionis domini Innocencii pape VI anni IIII usque ad diem XII Julii anni LXII predicti.

. . . .

Item computat se recepisse in civitate et diocesi Misnensi — X florenos.

Item computat restare in civitate et diocesi Misnensi pro temporibus suprascriptis — CLVII flor. cum dimidio.

Item computat restare quedam beneficia, de quibus debetur medietas, que sunt in numero — XV.

. . . .

Item computat se recepisse in civitate et diocesi Olomucensi — XXV flor.

Item computat restare in civitate et diocesi Olomucensi pro temporibus suprascriptis — VII^{C}X flor.

Item computat restare quedam beneficia, de quibus debetur medietas, que sunt in numero — XIX.

. . . .

Item computat se recepisse in civitate et diocesi Pragensi — LXXXVIII flor.

Item computat restare in civitate et diocesi Pragensi pro temporibus suprascriptis — II^C LXXIII flor. VII marcas cum dimidia argenti.

Item computat restare quedam beneficia, de quibus debetur medietas, que sunt in numero — XXXIX.

Coll. Alam. 9 fol. 95—98'.

1320. *Nota de solutione 200 florenorum pro expensis faciendis Johanni de Cabrespino*[a]) *decretorum doctori, canonico ecclesiae Narbonensis, misso cum certis bullis et litteris camerae apostolicae ad partes Ungariae, Bohemiae et Poloniae super certis pecuniis in illis partibus per certos nuntios apostolicos receptis, ad ipsam cameram pertinentibus, per ipsum dominum Johannem asportandis. „Die prima mensis Augusti“ [a. millesimo trecentesimo sexagesimo secundo].*[b])

1362 Augusti 1.

R. Av. 149 fol. 138'. — a) ‚Cabrispino‘ Av. b) Suppletum ex notis in codice praecedentibus. — In Int. et Exit. 296 fol. 61 nota de solutione 2 florenorum praedicto Johanni de Cabrespino pro extraordinariis et cera reperitur.

1321. *Litterae securi conductus magistri Petri Begonis cancellarii ecclesiae Vratislaviensis, baccalarii in legibus, capellani apostolici, nuncii apostolicae sedis ad partes regni Ungariae missi. „Cum d. f. magistrum“ „Auinione non. Augusti a. decimo.“*

Avinione, 1362 Augusti 5.

R. Vat. 244 N (Archet) nr. 228b.

1322. *Idem Petrus Begonis cancellarius ecclesiae Vratislaviensis Nicolao patriarchae Aquilegensi et Andreae Dandulo duci Venetiarum commendatur. „Cum d. f. magistrum“ „Auinione VII id. Augusti a. decimo.“*

Avinione, 1362 Augusti 7.

R. Vat. 244 N. (Archet.) nr. 240.

1323. *Compositio Leonardi de Znoima super annatis de parochiali ecclesia in Vrbicz.*

1362 Augusti 9.

Item fuit subrogatus Leonardus de Znoyma presbyter Olomucensis dioc. in iure ecclesie parrochialis in Wrwicz dicte dioc. XI kal. Februarii a. decimo,

pro qua composuit cum camera dictus Leonardus a. domini MCCCLXII die IX mensis Augusti ad medietatem fructuum solvendam infra festum b. Michaelis, quod erit a. domini MCCCLXIII, et certificare cameram per literas collectoris aut episcopi ordinarii sui infra dictum tempus . . . ., juravit etc., presentibus Theoderico de Xanctis clerico Coloniensis dioc. et Ludolpho de Cestra clerico Bremensis dioc. testibus ad premissa.

Coll. Alam. (1361—1364) nr. 6 fol. 59. — Conf. nr. 1293.

INDEX

PERSONARUM ET LOCORUM

(Numeri indicis paginas huius tomi indicant)

C

D

E

H

J

L

M

O

T

U

V

X

Z

Abbreviaturae indicis.

a. = anno.
abb. = abbas, abbatis.
acolyt. = acolytus.
al. = alias.
alt. = altare.
altar. = altarista.
apostol. = apostolicus.
archidiac. = archidiaconus, archidiaconatus.
archieps., *archiepi.* etc. = archiepiscopus, — i etc.
art. = artium.

b. = beatus, bohemice.
baccal. = baccalarius.
bb. = beatorum.
ben. = beneficium, beneficia; *ben. c. v. s. cura* = beneficium cum vel sine cura; *ben. c. c.* = beneficium cum cura; *ben. s. cura* = beneficium sine cura.
boh. = bohemice.
Boh. = Bohemia.

c. = cum.
cam. = camera.
can. = canonicus, canonicatus; *can. exp. pr.* = canonicus exspectans praebendam, canonici exspectantes praebendas; *can. exp. pr. dign. pers. off.* = canonicus (canonici) exspectans (—tes) praebendam, dignitatem, personatum vel officium; *can. pr.* = canonicus praebendatus (canonicus obtinens praebendam), canonici praebendati, canonicatus et praebenda; *can reg.* = canonicus regularis; pro *can. exp. pr. suppl.* = pro canonicatu sub. expectatione praebendae supplicans; *can. pr. litig.* = canonicus de praebenda litigans.
cancellar. = cancellarius.
cant. = cantor.
cap. = capella.
capell. = capellanus.
capit. = capitulum, capituli.
card. = cardinalis.
cath. = cathedralis.
chorar. = chorarius.
civ. = civitas.
cler. = clericus.
[ad] *coll.* = ad collationem.
colleg. = collegiata.
collect. = collector.
commend. = commendator.
conv. = conventus.
cust. = custos.

dec. = decanus, decanatus.
decret. = decretorum.
diac. = diaconus, diaconatus.
dign. = dignitas.
dioc. = diocesis.
distr. = districtus (i. e. okresní hejtmanství, Bezirkshauptmannschaft).

eccla., *eccle.*, *ecclam.*, *ecclarum.*, *ecclis.* = ecclesia, -ae, -am, -arum, -iis.
elect. = electus.
episc. = episcopalis.
eps., *epi.*, *epo.*, *epum.*, *eporum.* = episcopus, -i, -o, -um, -orum.
exec. = executor.
exp. = exspectans, exspectantes.

familiar. = familiaris.
fr. = frater, fratrum.
frm., *frum.* = fratrum.

g. = germanice.
gener. = generalis.

hospit. = hospitale, hospitalis.

Infer. = Inferior.

licent. = licentiatus.
litig. = litigans, litigantes,
litt. = litterarum.

mag. = magister.
mart. = martyrum.
medic. = medicinae, medicus.
metrop. = metropolitanus, -a.
milit. = militaris.
monast. = monasterium.
Mor. = Moravia.

nob. = nobilis.
notar. = notarius.
nunc. = nuncius.

oboedientiar. = oboedientiarius.
obtin. = obtinens.
off. = officium, officialis.
ord. = ordinis.

par. = parochialis.
patron. = patronatus, patronus.
perpet. = perpetuus.
poenit. = poenitentia.
poenitentiar. = poenitentiarius.
pol. = polonice.
pr. = praebenda, praebendatus.
praepos. = praepositus, praepositura.
presb. = presbyter.
procurat. = procurator.
prof. = professor, professus.
protonotar. = protonotarius.
prov. = provincia, provisus.
publ. = publicus.

qu. = quondam.

rect. = rector.
referendar. = referendarius.
reg. = regio (i. e. Regierungsbezirk); regis, regem, regius.
regul. = regularis.

s. = sanctus; sine.
sacr. = sacrista.
scholar. = scholaris.
scholast. = scholasticus, scholastria.
secretar. = secretarius.
[in] *spirit.* = [in] spiritualibus.
ss. = sancti, sanctorum.
stud. = studens.
subdiac. = subdiaconus.
subnotar. = subnotarius.
suffr. = suffraganeus.
Sup. = Superior.
supplem. = supplementum.
supplic. = supplicans, supplicationum.
surrog. = surrogatus.

theol. = theologia, theologiae.
thesaurar. = thesauraria, thesaurarius.
tit. = tituli.

ung. = ungarice.

v. = vide.
vicar. = vicaria, vicarius.
vicedec. = vicedecanus.
virg. = virginis, virginum.

Annotatio. Index huius libri hominum et locorum nomina continet. In locorum nominibus forma latina posita est vel illa, quae in documentis hic editis et aliis eiusdem temporis saepissime occurit, ad modum scribendi, quo nunc utimur, reducta, eique moderna appellatio bohemica, germanica vel externa accedit. Numeri indicis paginas huius tomi indicant.

Corrigenda et supplenda.

Pag.	73	nr.	172	linea	30	loco:	*Armar. XXXV nr. 25*	lege:	*Armar. XXXIII tom. 25. fol. 156.*
„	109	„	261	„	6	„	*263*	lege:	*261.*
„	123	„	300	„	3	„	*Glambach*	lege:	*Głęboka.*
„	123	„	301	„	13	„	„	lege:	„
„	144	„	354	„	20	„	*R. Val. 299.*	lege:	*R. Val. 229.*
„	153	„	375	„	19	„	*R. Val. 273.*	lege:	*R. Val. 237.*
„	161	„	396	„	39	„	*Beswik*	lege:	*de Reisewicz.*
„	162	„	397	„	33	„	„	lege:	„
„	166	„	408	„	19	„	*Kojeilcz*	lege:	*Kojetitz.*
„	168	„	411	„	5	„		supple:	a) *Sobyessin.*
„	188	„	457	„	12	„	*Detlenum*	lege:	*Dellevum.*
„	189	„	458	„	9	„	*Dellenum*	lege:	*Dellenum.*
„	190	„	460	„	10	„	*Misna*	lege:	*Mšeno.*
„	195	„	474	„	25	„	*(Seichau)*	lege:	*(Seitsch).*
„	219	„	548	„	6	„	*Petor*	lege:	*Petro.*
„	219	„	549	„	21	„	*urifabri*	lege:	*aurifabri.*
„	233	„	580	„	9	„	*Ulrico*	lege:	*Johanni Ulrici*
„	252	„	642	„	17	„	*Homburg*	lege:	*Hohenburg.*
„	253	„	644	„	1	„	„	lege:	„
„	299	„	761	„	28	„	*Dub*	lege:	*Dubá.*
„	329	„	839	„	17	„	*Waldhausen*	lege:	*Walhausen.*
„	329	„	840	„	23	„	„	lege:	„
„	340	„	859	„	19	„	*Comenarum*	lege:	*Convenarum.*
„	347	„	874	„	13	„	*canonicas*	lege:	*canonicas* a).
„	347	„	874	„	15	„	*abbatisse*	lege:	*abbatisse* b).
„	347	„	874	„	27	„		supple:	a) *Corrige*: ‚*canonicos*‘ b) *Corrige*: *abbatis . . . qui*‘.
„	366	„	919	„	1	„	*dictae dioc.*	lege:	*Olomucensis dioc.*
„	379	„	956	„	3	„	*Homburg*	lege:	*Hohenburg.*
„	385	„	970	„	12	„	„	lege:	„
„	386	„	972	„	11	„	*Dellenus*	lege:	*Dellenus.*
„	396	„	995	„	3	„	*Henricum V.*	lege:	*Henricum VII.*
„	409	„	1026	„	30	„	*Johanni*	lege:	*Theoderico Johannis.*
„	487	„	1214	„	26	„	*Nuremburgensem*	lege:	*Nuemburgensem.*

Apud nr. 46, 79, 81, 91, 211, 273, 294, 313, 347, 396, 426, 457, 485, 491, 578, 642, 690, 698, 795, 839, 1149, 1150, 1292.
in adnotatione supple: Reg. ap. Kehr-Schmidt, Päbstliche Urkunden und Regesten aus d. J. 1353 bis 1378 die Prov. Sachsen betreffend. (Geschichtsquellen der Prov. Sachsen 22. Bd.)